G a *Apprehenſa.* Socrus Petri febricitans apprehenſa manu leuatur Febris, intemperantia eſt de qua nos filij ſynagogæ ꝑ manũ diſciplinæ, & leuationẽ deſiderij ſanamur: & huius ꝗ ſanat nos ad veſperũ declinãtis a nobis miniſtram' volũtati.
*Matt. 8. b* · *Roma. 6. d* · *Vbi ſup.* · *Ibidem.*
b *Miniſtrabat eis. Be.* Tropo.i. membra quæ ſeruierant immundiciæ, ſeruiant iuſtitiæ.

c *Veſpere autem Be.* Occaſus ſolis mors Chriſti. Afferebãt ad eum omnes male habentes. Plures enim per apoſtolos poſt mortem ſuam ſanauit quam cum in carne viuẽs Iudęis prædicauit.

*Luc. 4. c* · *Cũ in Mar. c. 10. 9.* · *Luc. 4. g* · *Moraliter*
d *Ad ianuam.* Hiero. Ianua regni, moraliter pœnitentia eſt cum fide, quæ operatur ſalutem varijs languoribus. Varia enim ſunt vitia, quibus langueſcit ciuitas mundi.

*Locu ſup. citato.*
e *Quoniam ſciebant eum. Beda.* Lucas dicit apertius. exibant dęmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei, & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant eum eſſe Chriſtum. Dæmonia ergo Chriſtum eſſe ſciunt & filium Dei eſſe confitentur. In ieiunio enim fatigatum hominem diabolus putauit, nec tentando potuit eum experiri, an eſſet filius Dei. Sed poſtea per ſignorum potentiam, vel potius ſuſpicatus eſt, vel intellexit. Nõ igitur eum, quia ignoraret crucifigi perſuaſit, ſed quia morte illius damnandum ſe eſſe non præuidit. vnde Paulus, Nemo principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.
** Chriſtũ eſſe.* · *1. Cor. 2. b*

*Vbi ſup.*
f *Et dil Be.* Sicut p occaſum ſolis mors ſic per diluculum reſurrectio Chriſti: cuius manifeſta luce abijt in deſertum gentium, & in fidelibus orabat: quia eorum corda ad orationẽ excitabat.

*Ibidem.*
g *Et erat prædicans in ſynago. Be.* In hac prędicatione intelligitur etiam ſermo ille habitus in mõte quem refert Matthæus: nam Marcus adiungit: Et venit ad eum le. de quo talia dicit. Quibus intelligitur ille eſſe, quem Matthæus dicit ſanatum, poſtquam dominus deſcendit de monte. Sic enim Matthęus ait, Cum autem deſcendiſſet Ieſus de monte, ſe. ſunt eum tur. m. & ecce leproſus ueniens adorabat eum, dicens, Domine ſi uis potes me mundare.
F · *Matt. 8. a*

*Ibidem.*
h *Et genu.* Beda. Humilis pudibundus. Debet enim quiſque de maculis uitæ ſuæ erubeſcere, ſed confeſſionem uerecundia non reprimat, oſtendat uulnus, remedium poſcat Hiero. Leproſus genuflexo domini uoluntatem deprecans mundatur, qui non uult mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Lepra noſtra peccatum primi parentis, quæ à capite incæpit, quando regna mundi deſiderauit, radix omnium malorum cupiditas. unde Giezi auariciam ſecutus, lepra ſuffunditur. Hæc uero ſacerdoti ſecundum ordinem Melchiſedech oſtẽſa, oblatione mundatur, dicẽti, Date eleemoſinam, & ecce omnia munda ſunt. Beda. Leproſus genus humanum ſignificat, qui ſecundum Lucam, lepra plenus fuiſſe perhibetur. Omnes enim peccauerunt & egent illa gloria Dei ſ. ut extenta manu Saluatoris, id eſt incarnato uerbo, humanamque contingente naturam a uarietate priſci erroris mundentur, & qui diu à populo Dei ſecreti erant a templo Dei reddantur, & uero ſacerdoti offerre (qui eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech) corpora ſua hoſtiam uiuentem ſ. d. p.
*Vbi ſup.* · *Ezech. 18. g* · *1. Tim. 9. b* · *4. Reg. 5. g* · *Luc. 11. f* · *Vbi ſup.* · *Luc. 5. c* · *Rom. 3. c* · *Rom. 12. a*

*Ibidem.*
i *Si uis potes. Be.* In uoluntate tribuit poteſtatem, nec dubitat ut incredulus de uoluntate domini, ſed colluuionis ſuæ conſcius non pręſumit. Be. Qui excluſus a lege domini ſe poteſtati curari poſtulat, ſupra legem iudicat gratiam eſſe. Vt enim in domino poteſtatis autoritas, ſic in illo fidei conſtantia.
*Ibidem.*

*Ibidem.*
k *Extendit manum. Be.* Leproſum tangi lex prohibet, ſed quia dominus legis eſt, non obſequitur legi, ſed legem facit. Non ideo tangit, quia ſine tactu curare non poterat, ſed ſic probat, quia legi ſubiectus non erat.

*Ibidem.* · *Ibidem.*
l *Volo, mundare & c. Be.* Illud mirabile, quo rogatur eo ſanat genere *Volo, mundare: & cum dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra Beda.* Nihil medium inter opus & præceptum. Dixit & facta ſunt. Vides quia uoluntas poteſtas eſt. Itaq; tanquam poteſtatem habens ſanandi, & autoritatem iubendi, non refugit teſtimonium operaudi. Volo enim dicit propter Fotinum, imperat propter Arrium, tangit propter Manichæum.
*Pſal. 32.*

G *Vide nemi-*

a ¶Non remanente moleſtia egritudinis, ut ſolet ſanitas, quæ datur imperio domini, tota ſimul redit.
a apprehenſa manu eius: & cõtinuo
b dimiſit eam febris, & miniſtrabat
a ¶Beda. Morte.
c eis. † Veſpere autem facto cum occ-
a ¶Beda. Chriſtus qui dicit, quandiu in mundo ſum, lux ſum mundi.
cidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes male habentes & dæmonia ha- b
bentes, & erat omnis ciuitas con-
¶Pœnitentiam.
d gregata ad ianuam. Et curauit mul- c
¶Vitijs.
tos qui uexabantur uarijs languori
bus. Et dæmonia multa eiiciebat, d
a ¶Beda. Peccatori dixit, quare tu enarras iuſticias meas &c. ¶Ne quis dum audit prædicantem, ſequatur errantem, & falſa veris miſcentem.
e & nõ ſinebat ea loqui, quoniam e
f ſciebant eum *. Et diluculo ualde f g
a ¶A morte. b ¶Gentes.
ſurgẽns, egreſſus abijt in deſertum
¶Beda, in ſuis.
locum, ibiq́ue orabat. Et proſequu-
¶Obediens.
tus eſt eum Simon, & qui cum eo
erant. Et cum inueniſſent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunt te.
¶Iã facto ſermone. a ¶Nõ decet ocioſum eſſe prædicatorẽ.
Et ait illis: Eãmus in† proximos ui- h
cos & ciuitates, ut ibi prædicẽ, Ad
hoc enim ueni. Et erat prædicans
g in ſynagogis eorũ, & in omni Galilęa, & dęmonia eiiciẽs. † Et uenit ad i
h cum leproſus deprecãs eum, & ge-
¶Oſtendit vulnus, remedium poſtulat.
i nuflexo dixit: Si uis, potes me mun- k
dare. Ieſus autem miſertus eius, ex- l
a ¶Miſericordiæ affectum. In hoc humilitas. b ¶Gratia ſuperat legem, non timet contaminari qui alios liberat. ¶Nullum ſpernamus, etſi maculoſum uideamus.
k tendit mãnum ſuam, & tãgẽs eũ,
a ¶In hoc pietas. b ¶In hoc poteſtas. c ¶Be. Nihil medium inter præceptum & opus.
l ait illi: Volo: Mundare. Et cũm m n
a ¶Illud: Volo mundare.
dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra,

NIC. DE LYRA.

¶ a Veſpere au. fa. *Hic ponitur pars incidentalis: occaſione enim huius ſanationis illi qui habebant infirmos in illa villa adduxerunt eos ad Chriſtum quærentes remedium: & hoc eſt quod dicitur:* Veſpere autem fa. *Dicit autem Theophilus expoſitor, quod ita tardè adduxerunt eos ad Chriſtum, quia illa dies erat dies ſabbati, & credebãt curationes non eſſe licitas durante die ſabbati, quæ finiebatur in veſpere illius diei.*
b Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, *i. multi de ciuitate: Et eſt modus loquendi hyperbolicus, ſicut ſupra dictum eſt.*
c Et cura. mul. *i. omnes qui fuerunt ibi adducti, qui erant multi. Aliter exponitur:* Multos. *id eſt plures de adductis, quorum fides & deuotio curationem merebatur.*
d Et dæmonia multa eijciebat: *Eodem modo dupliciter exponitur. i. omnia vel plura.*
e Et non ſinebat ea lo. *ex cauſis prędictis*
f Quoniam ſci. eum. *Iam dictum eſt, qualiter hoc ſit intelligendum.*
g Et dilu. ual ſur. *In hoc dans exemplum, vt prædicator & mirabilium diuinorum operator debeat fugere populi applauſum. veruntamen quia non debet omittere ſalutem animarum, ideo ſubditur,*
h Eamus in primos uicos & ciuitates, ut ibi prædicem. *Cætera patent.*
i Et uenit ad eum lepro. *Hic ponitur tertium miraculum de leproſo mundato, cuius fides exprimitur cum dicitur,*
*† proximum, pu, ut ibi, &c.*
k Si uis potes me mun. *confitendo enim in Chriſto diuinam potentiam, meruit curationem: ideo ſubditur,*
H · *† Mat. 8. a* · *Luc. 5. c*
l Ieſus autem mi. e. *Licet enim ſecundum determinationem legis ex tactu leproſi contraheretur immũditia, tamen hoc in Chriſto locũ nõ habuit, quia ex tactu leprã curauit.*
m Ait illi tu. *Hic eſt pũctus: & qđ ſubditur,*
n Mundare. *imperatiuum eſt, vt oſtendat ſe per modum imperij lepram curare, tanquam dominus creaturæ.*

¶ Et commi.

MORALITER.

* a *Veſpere autem facto cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes male habentes. Beda.* Myſtice ſolis occubitus paſſionem mortemque ſignificat illius qui dicit: Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi: & ſole occidente plures quam ante dæmoniaci & ægroti ſanantur: quia qui temporaliter in carne viuens paucos Iudæorum docuit, omnibus per orbem gentibus fidei ſalutiſque dona tranſmittit.
*Myſtice* · *Vbi ſup.*
e *Et non ſinebat ea loqui.* Theophilus: In hoc docens nos non credere dæmonibus, etiam ſi vera dicant, quia ſi aliquos credentes ſibi inuenerint, veritatibus mendacia miſcent. Vnde in collatione Moyſi abbatis dicitur, quod quidam anachorita deceptus fuit a dæmone in angelum lucis ſe transformante, qui poſt plura uera quæ ſibi dixerat, proiecit ſeipſum in puteum ad eius verbum. Nam ei dixit, quod tanti meriti erat apud Deum, quod ex hoc nullum pateretur malum, quod fuit falſum: nam ex hoc letaliter fuit vulneratus & cito poſt mortuus.
g *Et diluculo ualde ſurgens egreſſus abiit in deſertum locum.* Per hoc oſtendens, quod prædicator euangelij redire debet ad orationis ſecretum, vt ibi hauriat quod poſtea populis effundat. iõ ſequitur,
h *Eamus in proximos uicos & ciuitates, ut ibi prædicem, Ad hoc enim ueni. Et erat prædicans in ſynag. & c. Et uenit ad eum leproſus.* Per lepram, quæ morbus eſt contagioſus, originalis culpa ſignificatur, quæ per carnalem generationem ad poſteros deriuatur, qui manu Chriſti tactus ſanatur, quia virtute eius per baptiſmum emundatur. Per oblationem autem muneris & diuulgationem operis, ſignificatur, quod baptizatus tenetur Deo fideliter ſeruire, & eum iugiter collaudare.



G a *Vide ne. Be.* Non quia voluit quod non potuit, quia omnia quæcunq; voluit fecit. Sed docet noſtra beneficia reprimi, nõ tantum a mercede pecuniæ, ſed etiam gratiæ.
A · *In Mar. cnã ge. lib. 1. c. 1. n. 5.* · *Pſal. 113. b*
b *Oſten. Be.* vt intelligat non legis ordine, ſed gratia quæ ſuper legem eſt, eſſe creatum. Offerre iubet, vt oſtendat quia non legem ſoluit ſed implet, dum ſm legem gradiens ſuper legẽ ſanat, quos remedia legis non ſanabant. Nec ante ſacrificiũ, ſignificãs ceſſare debebat, cũ nõdum ſignificatum confirmatum erat cõſtitutione apłorũ & fide credentiũ.
*Ibidem.* · ** quidquã ſacerdoti*
c *At i. eg. Be.* Vnius ſaluatio multos ad Dñm cogit. Non poteſt tacere beneficium, etiam iuſſus ab eo qui dedit. Pręcepit Dñs abſcõdi. Vult. n. vt in bonis quæ agimus, latere uelimus, quod eſt humilitatis: et inuiti prodamur vt alijs proſimus, quod magnæ eſt ſublimitatis, cum etiam ſi ipſi velimus, opera non poſſunt taceri.
*Vbi ſup. paulo poſt* · *† diuulgare*
d *Ita vt iã nõ.* Hier. Non omnibus manifeſtatus eſt Ieſus qui latis atq; plataneis ſeruiunt laudibus, & proprijs voluptatibus: ſed his qui foris cum Petro exeunt, & in deſertis locis ſunt, q̃ elegit Dominus ad orandum & reficiendum populum, qui deſerunt delectationes mundi & omnia quæ poſſidẽt, ut dicant: Portio mea Dominus. Gloria uere Domini manifeſtatur his, qui conueniunt undiq; i. per plana & ardua, quos nihil poteſt ſeparare a charitate Dei.
*Cũ in Mar. c. 1. n. 9.* · *Pſal. 118. b*

& mũdatus eſt. Et comminatus eſt a
a ei: ſtatimq́; eiecit illũ, & dicit ei: Vi-
b de nemini * dixeris: ſed vade oſtẽde-
te † principi ſacerdotum, & offer
a ¶Secundum legem offerri.
pro emundatione tua, quæ præcẽ-
a ¶Si Deo credat, ſi impieratus lepra diſcedat. ¶Salutis.
pit Moyſes in teſtimonium illis.
¶Prohibitus eſt dicere, At ille egreſ. a ¶Sed nec ad horam potuit abſcondi.
c At ille egreſſus cępit prædicare, & b
d † diffamare ſermonẽ, ita vt iam nõ c
poſſet manifeſtè in ciuitatem introi
¶Tumultuoſas carnalium mentes fugit ſecretos a mundanis curis viſitat,
re, ſed foris in deſertis locis eſſe: &
¶Allego. Hi ſunt, quos nihil poteſt ſeparare à charitate Chriſti.
conueniebant ad eum vndique.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et commi. eſt ei. *prohibendo ne hanc curationem diuulgaret, donec oſtendiſſet ſe ſacerdotibus, & ſacrificium in lege præceptum pro ſua emundatione obtuliſſet. Legalia. n. habuerunt curſum ſuum & obligationem vſq; ad Chriſti paſſionem, in qua oblatum eſt unum perfectum ſacrificium euacuatiuum legalium. & ideo vſq; tunc Chriſtus legalia ſeruauit, ſicut declaratum fuit ſuper illud uerbum: Non veni ſoluere legem ſed adimplere. & ſimiliter alijs ſeruanda mandauit, vt hic patet.*
*Mat. 5.*
b At il. egreſ. cœ. *ſcilicet poſt factam oblationem prædictam.*
c Vt iam non poſ. *propter preſſuram hominum ſibi occurrentium ad quærendum ſanitates, & videndum miracula.*
B

In cap. j. vbi dicitur in poſtil. Ideo non eſt credibile, quòd calceamentis uteretur.

ADDITIO I.

*Vti calceamentis manifeſtum eſt eſſe de communi hominum conſuetudine, non ſolum rudium ſeu imperfectorum, ſed etiam ſanctorum, vt patet de Moyſe, cui in reuerentiam terræ ſanctæ dicitur per angelum: Solue calceamenta de pedibus tuis. Similiter de Ioſue legitur. Vnde non eſt incredibile, ꝙ Chriſtus qui non ſolitariam duxit uitam, ſed cum hominibus conuerſatus eſt, vt Baruch. iij. de calceamentis uteretur. Conuenientiſſimum. n. eſt, ut quis cum eis, quibus conuerſatur, ſaltem in licitis & honeſtis conformetur. vnde. 1. Cor. ix. d. Omnibus omnia fa. ſum. Nec obſtat illud quod poſtil. allegat, ꝙ Chriſtus impoſuit diſcipulis ad prædicandum miſſis ſine calceamentis incedere. Primò, quia non omnia quæ ipſis diſcipulis ad prædicandum miſſis impoſuit Chriſtus, ipſe ſeruauit. Præceperat. n. eis, in ciuitates Samaritanorum non intraueritis, quod tamen ipſe Chriſtus non ſeruauit, vt habetur Ioh. iiij. Similiter. In viam gentium ne ab ie. Chriſtus autem abijt in viam gentium, vt patet Math. xv. b. vbi legitur: Seceſſit in partes Tyri & ſydonis. Vnde illud quod legitur. Cœpit Ieſus facere & docere. intelligitur de his quæ ſimpliciter ſunt bona ſcđm legem naturalẽ vel diuinam, ſeu de his, quæ pertinent ad perfectionem vitæ. Vſus aũt calceamẽtorũ de ſe nec eſt bonus nec malus ſcđm vtrãq; legem prędictam. vnde ſcđm Aug. de doc. Chriſtiana. In omnibus nõ vſus rerum, ſed libido vtẽtis in culpa eſt. Scđò, qa illud quod dicitur: Nolite portare perã nec calceamẽta, à doctoribus intelligitur, nõ vt litera ſonat, ſed figuratiuè. vnde in glo. ibidẽ: vtrumq; de mortui animalis corio fit. unde nihil mortale uult eſſe in illis, quos ad prædicandum mittit. hæc in glo. quæ quidem glo. non myſtica tantum cẽſenda eſt, ſed potius literalis. Nã cętera quæ Xp̃s prohibuit diſcipulis ad prędicationem miſſis, ad literam intellecta ſunt impeditiua officij prędicationis, inquantum aliquam ſollicitudinem ſuperfluam ſecum trahunt, ſicut eſt poſſidere aurum & argentum, uel portare ſacculum uel perã & hmõi. Sed calceamenta manifeſtũ eſt, ꝙ nõ impediũt ad itinerandum, ſed potius expediũt. vnde Dominus qui Iſraeliticis exeuntibus de Aegypto, ad feſtinationem exeũdi & ambulandi hortabatur in eſu agni paſchalis, præcipiebat eos habere calceamenta in pedibus, vt patet Exo. xij. Cuius ratio eſt, ne nudis pedibus ambulando per offenſionem lapidum uel hmõi, impedirentur ab itinere. Ex quibus uidetur ſequi ꝙ Chriſtus non prohibuit prædicatoribus materialiter calceamenta, ſed intelligẽdum eſt prout in glo. allegata. Hoc. n. patet infra. vi. a. manifeſtè, vbi Chriſtus diſcipulis ad prædicãdum miſſis iubet calceari ſandalijs. ubi Aug. de cõſenſu euangeliſtarum, ꝙ Marcus, dicendo calceari ſandalijs, aliquid hoc calceamẽtum Myſtice ſignificationis admonet. & ideo nullam contradictionem includit, ſi vno loco calceamenta diſcipulis prohibeantur, & in alio eiuſdem præcipiantur, cum ſecundum myſticam expoſitionem vtrumq; ſit verum. Si quis aũt in tantũ voluerit proteruire, ꝙ nullo modo calceamenta intelligantur niſi materialiter, tunc ex dictis apoſtoli habebit concedere, ꝙ prædicatores euangelij debent habere calceamẽta. Dicit. n. Eph. vi. c. State ergo ſuc. & c. & ſequitur: Et calceati pedes in præparatione euangelij pacis. Oportet ergo dicere, ꝙ tam in dictis Chriſti prohibentis calceamenta diſcipulis, q̃ in dictis Apoſtoli præcipiẽtis prædicatoribus calceari, vtrobiq; intelligantur calceamẽta non materialiter ſed ſpũaliter. Tertiò, nam conſuetudo eccleſiæ vniuerſalis maximã hẽt autoritatem. Ipſa. n. doctrina catholicorũ doctorũ ab eccleſia autoritatẽ hẽt. Dicit. n. Aug. Non crederem euangelio, niſi eccleſia illud mihi traderet. Cõſtat aũt, ꝙ ex conſuetudine eccleſię vniuerſalis p̃dicatores diuini verbi materialibus vtũtur calceamentis: nec ex hoc reprehenduntur, niſi forte illi qui ex regula vel conſtõne ad hoc reſtringuntur. Cæteri autem nullo modo tam generaliter & irreprehenſibiliter hoc feciſſent, ſi ex præcepto Chriſti hoc fuiſſet interdictum prædicatoribus, vt poſt. videtur ſentire. Quartò, quia ex his verbis Iohannis Baptiſtæ Aug. intellexit ad literam, ꝙ Chriſtus calceamenta materialiter portabat. vnde dicit in lib. de verbis Domini: De his calceamntis quibus calceati ſumus, confortat me Dominus Ieſus: quia niſi calceatus fuiſſet, de eo Iohannes non dixiſſet: cuius non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere: Surrepat ergo humana præſumptio di. Ego euangelium ſeruo: quia nudo pede ambulo. Hæc ille. Eſt etiam alia ratio ad propoſitum: vide infra ca. vi. in additione ſcđa.*
*Exod. 3. b* · *Ioſue. 5. d* · *Mat. 10. a* · *Ibidem.* · *Act. 1. a* · *Lib. 1. c. 4. nu. 3.* · *Luc. 10. a* · *Lib. 2. c. 30. prope fi. 1. 4* · C · *Cõ. ep. Mã. quam uoc. Fund. ca. 5. poſt princ. tom. 6.*

In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. dicendum ꝙ illa apertio non fuit in corpore cœleſti ſed in aere.

ADDITIO II.

*Melius dicendum eſt ſecundum Hier. ſuper Mat. dicentem, ꝙ non reſeratione elemẽtorum, ſed ſpũalibus oculis cęli aperti ſunt: ſicut Ezechiel in primo ſui voluminis apertos eſſe commemorat, ſecundum quam ſententiam nec in corpore cęleſti, nec in aere apertio illa fuit facta ſed tantum reſpectu ipſius Chriſti hanc apertionem ſpiritualiter conſiderantis. Quod etiam ipſe modus loquendi euãgeliſtarum teſtatur. Dicitur. n. Mat. iij. Et ecce aperti ſunt ei cęli. vbi Chryſo. Quod corporaliter aperitur, omnibus apertum eſt. Similiter & Marcus dicit de Chriſto tantum: Vidit cælos apertos: quaſi ipſa apertio cælorum ad viſionem Chriſti referatur ſ. intellectualem, prout Chriſtus baptiſmo iam ſanctificato vidit apertum eſſe cælũ hominibus: quod tamen antea viderat fiendũ. vnde in hac apertione ſecundum Tho. in iij. par. q. xxix. ar. v. in cor. quæſtionis, tria ſunt conſiderãda q̃ pertinẽt ad efficaciã noſtri baptiſmi. Primò qdẽ principalis virtus, ex qua baptiſmus efficaciã habet: Quæ quidem eſt uirtus cæleſtis. ſ. diuina. quod rectè ſignificatur per apertionem cælorum. Secũdò, ad efficaciam baptiſmi operatur fides eccleſiæ & eius qui baptizatur. Baptiſmus. n. eſt fidei ſacramentum, per fidem autem cognoſcimus cæleſtia, quæ ſenſum & humanam rationem excedunt: ad quod ſignificandũ aperti ſunt cæli. Tertiò, quia per baptiſmum aperitur nobis introitus regni cæleſtis, prout in poſtilla.*
*Lib. 1. c. 3. 10. 9.* · *Cap. 1. a* · D · *In Matth. Hom. 12. ex c. 3. circ. fin. tom. 2.*

In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Si enim cognouiſſent dæmones ipſum eſſe Deum, nunquam induxiſſent.

ADDITIO III.

*Non videtur ratio quare dæmones non induxiſſent Iudæos ad crucifigendum Chriſtum, etiam ſi cognouiſſent ipſum eſſe Deum. Dæmones. n. cum ſint in termino damnationis, quanto ad maiora peccata homines trahere poſſunt, tanto ad illud magis conantur: & ideo Beda in hoc loco loquẽs de diabolo ſic dicit: Non igitur ideo Iudæis eum crucifigere perſuaſit, quia Dei filium non eſſe putauit. Ex quo patet, ꝙ etiam ſi filium Dei ipſum eſſe putaſſet, adhuc perſuaſiſſet vt crucifigeretur. Dictum autem Apoſtoli dicentis. Si. n. cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſsẽt, & c. nõ facit ad ꝓpoſitũ. Loqtur. n. de hoĩbus q tanq̃ viatores q̃tuncunq; viles ſint, nõdũ tamen cõiter attingunt ad terminũ dãnationis.*
*Vbi ſupra* · *1. Cor. 11. b*

REPLICA.

In primo ca. vbi dicitur: Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamẽti, &c. poſtil. hoc exponẽs dicit, ꝑ hoc ſignificari vile obſequũ. q. d. nõ ſum dig. ei in minimo obſequiũ p̃ſtare. Nõ. n. ad lĩam Xp̃s calceamẽta ſoluẽda habuit, q̃ apłis ne portarẽt interdixit, qa cæpit Ieſus facere & docere, &c. Bur. hoc dictũ ægrè ferẽs fortaſſe ꝑꝑ poſtil. nudipedẽ calceamẽtorum vſum paruipẽdit, nõ attẽdẽs ꝙ S. Dionyſ. ſingulari myſterio deſcribit angelos diſcalceatos, vt oſtẽderet ad diuinas illuminationes ſuſcipiẽdas & cõicãdas nudipedes eſſe aptiores. Attendat Bur. primum eccleſiæ electum & deputatum rectorem Moyſen, non niſi nudipedem ad diuina cõtemplanda accedere potuiſſe. Et prophetarum diſertiſſimum Iſaiam ad Dei præceptum nudipedem inceſſiſſe. Et magiſtrum vnicum nudipedẽ ſe diſſe, vt patet ex Mariæ poẽa, q̃ pedes eius lauit. Apłoſq; calceatos nõ fuiſſe. Et quis oĩm illarum rerum ſint rõnes myſticæ per doctores &
*De cælo hier. c. 15.* · *Exod. 3. a* · *Iſai. 20. b* · *Luc. 7. g*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E res & gloſſam aſſignatæ, verum eſt tñ ad literam illa contigiſſe, & Moyſi, & Iſaiæ & apoſtolis præcepta fuiſſe. Eccleſiæ catholicæ vſus eſt in picturis & imaginibus aliquorum ſanctorum depictis cũ calceis, imagines tñ apoſtolorum & Chriſti nudi pedes apparentque picturæ libri laicorum dicuntur, & rerum geſtarum remoratiuæ. vnde Burg. ſe inaniter fatigat, in cõmẽdatione calceamentorũ in ſugillationẽ poſtil. quaſi dixerit vel ſenſerit euangelicos prædicatores ſub præcepto Chriſti aſtrictos ad abiectionẽ calceorũ qđ tamẽ nũ intẽdit: ſed dicit apoſtolos prohibitos. Cõſtat ẽt p̃dicatores verbi Dei multa licẽter facere, q̃ facere apoſtolis nõ licebat. Conſtat. n. apoſtolos reliquiſſe omnia q̃ eorum ſucceſſores nõ relinquũt, ſed quidã theſaurizãt. Cõſtãt ẽt apoſtolos vota emiſiſſe: quę ſucceſſores eorũ nõ emiſerũt. Conſtat apoſtolos in illaris cõtumelijs fuiſſe gaudẽtes, ſucceſſores eorũ iniurias acriter vindicantes, & ſic de multis alijs. Fruſtra ẽt Bur. ſe fatigat ad perſuadẽdũ Chriſtũ inceſſiſſe calceatũ, quia, vt dicit, cõueniẽtiſſimũ fuit ſe cõformare cũ his cũ q̃b. cõuerſabatur in licitis & honeſtis. Allegat ad hoc apoſtolum. j Cor. ix. Omnibus omnia factus ſum. Et ſicut Bur. ſubſumit de calceamẽtis, ita & ego ſubſumo de diuitijs & poſſeſſionibus, quæ ſunt honeſtæ & licitæ. igitur cõueniebat Chriſtum fuiſſe diuitem & proprietàrium, ſicut Burg. arguit eum calceatum: ſed conſequẽs eſt contra
Matt. 8. c Chriſti profeſſionem. Dixit. n. Vulpes foueas habẽt, &c. filius ãt hominis nõ habet ubi caput ſuum reclinet. Ita ſubſumi p̃t de nuptijs & multis alijs licitis & honeſtis. patet igitur principium Bur. modicum ueritatis habere. Item ſi propter conuerſari cum hominibus, prout allegat Bur. Baruch. iij. Chriſtus debuit eſſe calceatus, igitur fuit calceatus antequam incarnatus. Tenet conſequentia, quia illa conuerſatio cum hominibus allegata, exponitur ad literam de cõuerſatione cum Iudæis in deſerto. Apoſtolus ẽt per Burg. allegatus, per totũ capitulũ probat oppoſitũ intentionis ſuæ, quia probat ibi autoritatibus & rationibus à licitis abſtinendum uecis prædicatoribus, ſicut accipere ſumptus neceſſarios ab his quibus prædicant; Vide Bonon. in apologia. Nec valet reſponſum Bur. ad argumentũ poſtillatoris, quia facit gloſſam nouam illius dicti: Cœpit Ieſus facere & docere. Et puto ſuam gloſſam fore errori propinquam: illud ſ. dictum inteligendum eſſe ſolum de his, quæ ſimpliciter ſunt bona ſm legem naturalem & diuinam. quia ſm illam gloſſam Xp̃s nõ feciſſet nec docuiſſet opera ſupererogationis neq; condeſcẽſionis, neq; conſilia, quæ non ſunt ſimiliter bona ad legem naturalem et diuinam pertinẽtia, alias. n. non poſſent omitti ſine peccato, quod
Matth. 19. falſum eſt, ut patet. Melius autẽ gloſſatur illud dictum, q̇ cepit Ieſus facere & docere. i. quidquid ad virtutem & auſteritatem vitæ p̃
F tinet, quod Chriſtus docuit, ipſe primò fecit. Et quia nudipeditio auſteritatis eſt, & apoſtolis præcepit, ideo fecit, quod eſt argumentum poſtil. Sed huic rationi. Bur. dat inſtantiam dicens: Chriſtus p̃
Matt. 10. a cepit apoſtolis: In viam gentium ne abieritis, & tamen ipſe tranſijt per mediam Samariam, &c. Hic dico, q̇ inſtantia non valet, quia non

non dicitur Act. j. q̇ Chriſtus docuit quidquid fecit, ſed dicitur, quidquid docuit, hoc primum fecit, & fecit quæ non docuit faciẽnda, prout Auguſt. dicit. Non enim Chriſtus dixit, diſcite à me mortuos ſuſcitare, ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare. Non hoc dixit, ſed quid ait? diſcite à me, quia mitis ſum & humilis. Poteſt etiam dici, quod cum Chriſtus tranſiret per mediam Samariam, ibant etiam cum eo apoſtoli, qui per eum prohibiti erant ad prędicandum gentibus propter cauſas aſſignatas in glo. autoritatis allegatæ, & ſic Chriſtus etiam ſeruauit, quia occaſionalis fuit eius tranſitus per Samariam, non principaliter intentus ad ibi prædicandum, ideo dixit mulieri, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Et ſequitur, Non eſt bonum ſumere panem filiorum & dare canibus. In eodem capit. vbi dicitur, Cœli aperti ſunt, poſtil. exponit de ſigno viſibili ſenſibili, vel imaginaria viſione conſiderato. Burgenſ. autem non uult aliquod fuiſſe reale ſignum in aere, ſed ſolius Chriſti ſpecialem intuitum ſignificare cœlum apertum. ſed doctores per eum allegati non loquuntur cum præciſione, reſtringentes ſe ad ſolam ſpiritualem viſionem Chriſti, cuius ſignum repreſentatiuum in aere apparuit etiam Iohanni Baptiſtæ, propter id quod dicitur Iohann. j. Ipſe baptizans accepiſſe à Deo ſignum agnoſcendi baptizatum. Nam ſi præciſè de Chriſto intelligeretur viſio ſpiritualis illius apertionis cœli, mirum videretur ad quem finem, cum anima Chriſti uiderit omnia in verbo quæ verbum. Sicut igitur non oportuit dici aperiri cœlum, vt cœlum videat, quia perfectior eſt uiſio omnium in verbo quam in ſpecie propria. Intelligibilius igitur videtur dici, quòd Iohannes viderit imaginaria vel ſenſuali uiſione (ſicut Ezechiel) ſuper Chriſtum cœlum aperiri, ſicut uidit ſpiritum deſcendere ad perhibendum teſtimonium de efficacia baptiſmi Chriſti, per quod aperitur ianua cœli, Vidit inquam in hoc, ſicut in ſigno repreſentante. In eodem capit. poſtil. præponderat opinionem dicentium dæmones non ſciuiſſe Chriſtum eſſe Deum. propter hoc quod dicitur primæ. Corin. ij b. Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, id eſt induxiſſent Iudæos ad crucifigendum. Burgenſ. autem abijcit rationem dicens, quòd non uidetur ratio etiam ſi nouiſſent eum eſſe Deum, quare non induxiſſent, quia conantur homines trahere ad peccata maiora libentius. Sed Burgen. potuit bene uidere rationem multiplicem, cur ad crucifigendum non induxiſſent. Nam diabolus ſciuit per mortem Chriſti ſuum perire imperium, & hominem, & ſaluari, & regnum Chriſti exaltari, &c. quæ quia diabolo præiudicant ſcienter, ad ſui præiudicium non conatur, vnde & ſi trahit libenter homines ad vitia, non tamen in ſuę poteſtatis deſtructionem, & ſic allegatum de Apoſtolo eſt magis ad propoſitum quàm de hominibus malis, de quibus Burgen. exponit, quia nemo vtens ratione ſibijpſi nocere cupit. H

G
Ser. de Sa. 47. ſerm. 1. tom. 10.
Matt. 11. d
Matt. 15. c

## GLOS. ORDIN. CAP. II.

In Marc. euang. li. 1. c. 2. to. 5.

E T iterum intrauit. Sequitur:
a *Ita vt non. Bed.* Prædicante dño, in domo nõ capiuntur, neq; ad Ianuam: quia prædicante in Iudæa Chriſto, gentiles ad audiendum nondum intrare voluerunt, ad quos tamẽ (& ſi foris poſitos) doctrinæ ſuę verba direxit per prædicatores ſuos.
Paralyſis Cõ. in Mar. li. 1. c. 2. t. 8.
b *Paralyticum. Hiero.* Paralyſis Typus eſt torporis, quo piger iacet in molliciæ carnis, habens deſiderium ſalutis: ſed turbis ignauis & duplis cogitationibus, acſi eneruatis membris offenditur. Quem portant quatuor, quas ſupradiximus, virtutes ad tegulas diuinitatis & ſapientiæ in domo carnis Chriſti patefactas. Cui vice muneris dicitur portare carnem quæ ſe portabat, vt per aliam viam cum magis in ſuam regionem redeat.
Vbi ſup. Sap. 8. b †Matt. 9. a Luc. 5. d
c *A quatuor po. Be.* Quia quatuor virtutibus ad Dñm fiducia mentis erigitur. De quibus dicitur in libro Sapientiæ: Sobrietatem & ſapientiam docet & ſcientiam & virtutem, quas alij prudẽtiam, fortitudinem, temperantiam & iuſticiam nuncupant.
Pſal. 118. b Ibidem Luc. 5. a
d *Nudauerunt te. ubi erat.* Tectũ domus in qua Chriſtus docet, ſublimitas eſt ſcripturæ, in qua corrigit adoleſcẽtior viam ſuam, in cuſtodiẽdo ſermones tuos. *Be.* Domus Ieſu ſm alium euangeliſtam tegulis tecta dicitur, quia vilitate literæ ſẽſus ſpiritualis tegitur. Cum grabato ante Ieſum deponitur, quia cognoſcere Ieſum debet etiam in carne hac cõſtitutus.
*Cum vidiſſet*

## CAP. II.

a Be. Poſt deſertum. Sed quia nec carnales deſerit, iterum intrauit in Caphar.
ET iterum intrauit a
Be. ciuitatem.
Capharnaum poſt dies octo: & auditũ
a Be. in Iudæa. Ideo.
eſt, quòd in domo eſſet, & conuene-
ſ. domus.
a runt multi, ita vt non * † caperent
a Beda. Tamen. b Be. Per apoſtolos.
† neq; ad ianuam: ẽt loquebatur eis
Doctores.
uerbum. † Et uenerunt ferentes ad b
a Be. Alle. animam molicie carnis torpentem.
b Quia quatuor libris euangelij omnis doctrina firmatur.
b c cum paralyticũ, qui à quatuor portabatur. Et cũ nõ poſſent † offerre eũ c
a Cogitationum. Domus.
d illi prę turba, nudauerunt tectũ ubi

*amplius †caperetur.
† appropinquare illi

## NIC. DE LYRA. CAP. II.

E T iterum intr. in Ch. poſt dies octo. *Poſtquam deſcripta eſt Chriſti prædicatio, hic conſequenter deſcribitur inſurgens ex ea Iudæorum æmulatio, & hoc in quatuor caſibus. ſ. in paralytici curatione, in Matthæi vocatione, in diſcipulorum Chriſti argutione, & in manus aridæ ſanatione. ſecunda pars incipit ibi: Et cum præteriret, vidit Leui. tertia, ibi: Et erant diſcipuli Iohãnis. quarta in principio ſe. c. Circa primum præmittitur æmulationis occaſio. ſecundò, æmulorum peruerſa cogitatio, ibi: Erant autem illic quidam de ſcribis. tertiò ipſorum cõfutatio, ibi: Quo ſtatim cognito Ieſus. Iſte tres particulę expoſitæ ſunt Matt. ix. in principio capituli: hoc excepto q̇ ibi tacetur modus offerendi paralyticum ipſi Chriſto, qui hic exprimitur cum dicitur:*
c Et cũ nõ poſ. of. eum &c. nu. te. *ſ. domus in qua erat Chriſtus. Ad cuius intellectum ſciendum, quod domus in terra illa habent plana recta & ibi aſcendunt hões cauſa recreationis ad habẽdum aerẽ & cõfabulãdũ*
*adinuicem:*

## MORALITER.

* a *Et iterum intrauit in Cap.* Sequitur,
b *Et ue. fe. &c.* per quem ſignificatur turpi marcens ocio, Lectus, in quo iacet, eſt praua conſuetudo. portatores eius, vt ſanetur à Chriſto, ſunt quatuor ſuę ſalutis procuratores, ſ. monens ſecretè, prędicans publice, orans pro eo, & inuitans exemplo, & ſic ante Deum locatur, & dictorum meritis, ſit tamen obicem non ponat, ſed magis conſenſum ſanatur & tollit lectũ male cõſuetudinis p̃ exercitiũ bõi opis & ſic p̃cedãs de
* uirtute



A a *Cum au. vid. Be.* Multum ualet apud Deum fides propria, vbi tantũ valuit aliena: vt homo interius & exterius ſanatus repẽte exurgeret, aliorumq; meritis, ſua ei relaxarentur errata.
Vbi ſup.
b *Fili.* Mira humilitas deſpectum ab omnibus, diſſolutum totis artubus, filium vocat. Aut certe ideo, quia dimittuntur ei peccata.
†perfodiẽtes Ioan. 5. c Quibus de cauſis affici. mur moleſtijs carnis.
c *Dimittun. ti. pec.* Oſtendit propter peccata fuiſſe morbo percuſſum, & ideo non poſſe ſanari niſi prius his dimiſſis. Sicut paralytico ad piſcinã: Ecce ſanus factus es, iam noli pec. ne deterius tibi con. *Be.* Quinq; de cauſis afficiuntur homines moleſtijs carnis. Aut p̃p merita augẽda. vt Iob & martyres. Aut p̃p humilitatem cõſeruãdã ut Paulus ab angelo Sathanæ. Aut ob pc̃tã intelligẽda & corrigẽda, vt Maria ſoror Moyſi. Et hic paralyticus q̇ nõ niſi dimiſſis pc̃tis potuit curari. aut ad gloriã Dei, ſicut cęcus, de quo: Neq hic peccauit, neq; parẽ. eius, &c. & Lazarus, cuius infirmitas nõ fuit ad mortẽ, ſed p̃ gloria Dei. aut ad initiũ ęternę dãnatiõis, vt Herodes.
Ibidem. Paulo poſt 2. Cor. 12. b Ioan. 12. c
Ioan. 9. a Ioan. 11. b †loquitur blaſphemias
d *Quis po. di. Be.* Verũ dicũt: Solus Deus hoc põt, ſolus ẽt p̃ eos dimittit, quibus p̃tãtem dimittendi peccata tribuit, ideo uere Deus. Verũ teſtantur, ſed perſonã Chriſti negando fallũtur. Errãt igitur, quia ut Deũ eſſe, & peccata dimittere credunt, Chriſtũ tñ eſſe cũ non credũt. Sed dementius, Arriani q̇ & Chriſtum eſſe & peccata dimittere negare non audent: Deũ eſſe, negare non timent.
Paulo ante
†Matt. 9. a Luc. 5. c
e *Quid eſt. Be.* Q. Qua potentia cordis occulta intueor, eadẽ peccata dimitto. Q. Ex vobis intelligite quid conſequatur paralyticus.
Ibidem.
f *Filius ho. Be.* Solus Deus dimittit pc̃tã. & filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata: ergo idem Deus & filius hominis eſt: Ita homo Chriſtus p̃ diuinitatem dimittit peccata, per huma-
B nitatem pro peccatoribus poteſt mori.
Ibidem.
g *Vade in dom. tuam. Bed.* Qui languerat, grabatum domum reportat, cum anima peccatorum remiſſione curata, ſe ad diuturnam ſui cuſtodiam cum ipſo corpore refert: ne quid iterum vnde feriatur admittat.
Ibidem.
h *Et egreſſus &c. Be.* Poſt curationem paralytici in Capharnaũ ad mare egreditur, quia non ſolum ciues, ſed & maris habitatores inſtruit, & fluctiuagos mundi motus fidei firmitate contemnere docet. Ibi turbam multam erudit. ibi publicanum apoſtolum facit, ibi peccatores p̃ pœnitentiam correctos ſuo dignos reddidit cõuiuio, & auditu ſuorum arcanorum, & ab vndis cupiditatũ ſeparatos, ad ſolitudinem quietæ conuerſationis, quæ eſt in ſpe cęleſtium, pertrahit. Nam ſequitur: Et cum præteriret, uidit Leui, &c.
† ſuperẽt †honorificarent.
i *Leu. Hier.* Leui additus, quia à teloneo negociorum ſecularium ſequitur ſolũ verbum quod dicit: quia qui non renũciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipul. *Bed.* Marcus & Lucas verecundiæ cauſa & honore euangeliſtæ nomen vulgatum non ponunt. Ipſe (ſecundum hoc quod ſcriptum eſt: Iuſtus in primis accuſator eſt ſui) Matthæum ſe & publicanum nominat. vt oſtendat nullum cõuerſum debere de ſalute diffidere. cum apoſtolus & euangeliſta de publicano ſit factus repente.
k *Sequutus eſt eum. Be.* Lucas plenius: Et relictis omnibus ſequutus eſt eum. Sequitur. Qui vt pauperem Chriſtum nõ tam corporis greſſu q̃ mẽtis affectu poſſit ſeq, omnia relinquit, ſicut Mattheus qui non ſolum lucra vectigalium, ſed etiam periculum, quod propter imperfectas

a Scripturarum myſteria.
erat, & † patefacientes ſubmiſerunt a
Carnem. Torpens.
grabatum in quo paralyticus iacebat. Cùm autẽ vidiſſet Ieſus fidem
Quia.
b c illorum, ait paralytico: Fili dimittuntur tibi peccata. Erant autem il
a In incredulitate non ſurgentes ad fidem.
lic quidam de ſcribis ſedẽntes et co
a Ideo inuident, quia dixit: Dimittuntur tibi peccata.
Non Dei. Deſpectiue.
gitàntes in cordibus ſuis: Quid hic
Tam alte. Enim.
d ſic † loquitur? Blaſphemat. † Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus
a Qui perditos ſaluare deſiderat occultorum cognitione, & operum virtute ſe Deum eſſe manifeſtat.
Deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarẽt intra ſe,
a Hoc cognito.
dixit illis: Quid iſta cogitatis in cor
a Mihi.
e dibus ueſtris? † Quid eſt facilius di
a Dixit & facti ſunt. Hier. Q. Euſdem ſententiæ eſt animam ſanare & corpus. b Quod ſpirituale, quod ſolus Deus nouit qui facit.
cere paralytico: dimittuntur tibi
a Quod corporeis oculis videri poteſt.
peccata, an dicere: ſurge, tolle grabatum tuum et ambula? Vt autem
a Vt viſibile miraculum probet inuiſibile.
f ſciàtis, quia poteſtatẽ habet filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico. † Tibi dico, ſur-
a Beda. A carnalibus deſiderijs. Beda. Carnem per continentiam ſpe cœleſtium à terrenis ſegrega.
b Paradiſum, quæ prima domus hominis fuit.
g gẽ, tolle grabatũ tuũ, & vade in dõ b
a Mira Domini virtus, ſine mora ſalus in iuſſu eſt.
mum tuam. Et ſtàtim ſurrexit ille, & ſublato grabato abijt coram oĩbus, ita vt † mirarentur omnes, &
a Damnata blaſphemia ad laudem vertuntur.
† glorificàrent Deum, dicentes:
Poſt curatum paralyticum.
h quia nunquam ſic vidimus. † Et e-
a Capharnaum. b Vt maritimos colligat.
greſſus eſt rurſus ad mare, oĩſque turba veniebat ad eũ, & docebat
a Oculis miſericordiæ. b Additus.
i eos. Et cùm præteriret, uidit Leui b c
a Ad curam vectigalium, telos enim Græcè Latinè vectigal.
Alphei ſedentem ad telonæum,
a Imitare.
& ait illi: Sequere me. Et ſurgens
Pauper pauperem. Beda. Et fecit ei conuiuium quod Lucas dicit.
k ſequutus eſt eum. † Et factum eſt
l cùm accumberet in domo illius,
m multi publicani & peccatores ſimul diſcũbebãt cũ Ieſu & diſcipu-
Pœnitentes.
lis eius. Erant. n. multi † qui ſequebantur eum. Et ſcribæ & phariſæi videntes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant diſcipulis eius. † Quare cum publicanis & peccatoribus man-

ſectas rationes accidere poterat a principibus ſeculi contemnit, cupidus ſequendi. Qui. n. exterius vocauit, vt mox ſequeretur, intus accendit, & modum docuit. Merito ergo qui obediendo humana contempſit negotia, diuinorum diſpenſator factus eſt talentorum. C
l *Et factum eſt dum. Beda.* Lucas. Fecit eis conuiuium magnum Leui in domo ſua. Qui. n. Chriſtum intus recipit, uoluptatum delectatur ubertate, & Dominus libenter ingreditur, & in eius recumbit affectu. Hoc eſt ſpirituale conuiuium bonorum pauperum, quo diues eget, pauper epulatur. Luc. 5. f Vbi ſup. par. 3.
m *Publicani & peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Erant e. multi qui ſequebantur eum. Et ſcribæ.* Qui publica uectigalia exigunt, uel ſeculi lucra ſectantes, qui exemplo publicani conuerſi iam de ſalute præſumunt, nec ut phariſæi calumniantur in uitijs permanentes, ſed pęnitentes. Vnde. n. &c. *Bed.* Moraliter. Ad conuiuium peccatorum uadit, ut docendi occaſionem habeat, & ſpirituales cibos impertiat. Eundo ad peccatores, Domini humilitas oſtenditur: in conuerſione pænitentiam patet doctrinæ eius potentia. *Bed.* Per uocationem Matthæi fides gentium, quę relictis lucris ſeculi, epulis charitatis & operum bonorum cum Domino conuiuantur: per phariſæorum ſupercilium, de ſalute gentium Iudæorum inuidia deſignatur, quibus dicitur: Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.
Moraliter Ibidem, paulo poſt. †Luc. 5. d
Ibidem.
*Non neceſ-*

## NIC. DE LYRA.

*adinuicem: quia de tecto vnius domus poteſt de facili trãſiri ad tectum alterius domus. & propter hoc dicit Saluator Mat. x. c. Quod in aure auditis. i. in ſecreto prædicate ſuper tecta. i. in publico vbi conueniunt homines. Et in quolibet tecto eſt vna clauſura, quæ aperitur, quando homines de domo aſcendunt ſuper tectum, & clauditur, quando deſcendunt. Illi igitur qui portabant iſtum paralyticũ, non potẽtes ingredi domum in qua Chriſtus erat propter turbam: quæ non ſolum erat intra domũ, ſed etiam ad oſtium, per aliam domum cõtiguã portauerunt illum paralyticum ſuper tectum domus in qua erat Chriſtus, & aperientes clauſuram tecti prædictam.* D
†Mat. 9. a Luc. 5. e Ioan. 5. b
a Submiſerunt. *paralyticum in lecto ante Chriſtum. Cætera exponuntur, ſicut expoſita ſunt Matthæi nono.*
†Mat. 9. a Luc. 5. f
b Et cum præteriret vidit Leui. *Hic deſcribitur æmulatio Iudæorum contra Chriſtum in Matthæi vocatione. Et primò ponitur æmulorum murmuratio. ſecundò eorum confutatio, ibi: Hoc audito Ieſus. Circa primum dicitur.*
c Vidit Leui Alphei ſedentem ad teloneum. *Matthæus enim ante vocationem Leui vocabatur, & erat filius Alphei. Cætera exponantur ſicut ſupra expoſita ſunt Matth. ix.*
Et erant

## MORALITER.

†Mat. 9. b Luc. 5. f
* virtute in virtutem, uadit ad domum ſuam cœleſtem. illi verò qui inde murmurant, ſignificant dęmones, qui inde valde dolent.
b *Et cum præteriret vidit Le.* Ibi ſedent aliqui cupiditate lucri per artem campſoriã, & aliqui per artem deceptoriam in ludo taxillorum. Et aliquãdo vocantur à Domino, non ſolum ad pœnitentiam agendum, ſed etiam ad prædicandum, ſicut hic vocauit Matthæum: & cum talibus voluit diſcumbere, oſtendens q̇ nullus debet eos deſpicere, ignorans quid Deus de ipſis diſpoſuit ordinare.
† & ſequuti fuerant.
†Marc. 9. b Luc. 5. f
* *Et erant*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Non neceſſe.Be.* Si medicum dicit, qui miro medicandi genere vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & liuore eius ſanati ſumus.

Iſa.53.b b *Et erant diſ.Be.* Alij euangeliſtæ dicunt phariſæos & diſcipulos Iohannis hoc quæſiſſe. Hic videtur dicere, ꝙ alij quæſierũt quos eiuſdẽ rei cura mouiſſet. Vnde colligitur hoc a pluribus fuiſſe obiectum, a phariſæis, a diſcipulis Iohannis, a conuiuis, vel quibuslibet alijs. *Be.*

Myſtice Myſtice. Diſcipuli Iohannis & phariſæorum ieiunant, quia qui operibus legis gloriantur, vel (quod peius eſt) traditiones ſequuntur hominum, vel etiam Chriſti præconium tantum aure, non cordis amore percipiunt, & ſpiritualibus bonis ieiuni corde tabeſcunt. Diſcipuli Chriſti non ieiunant, quia qui fideliter membrum Chriſti eſt, corpore ipſius epulatur & ſanguine alitur. dominus cum peccatoribus manducat et bibit, ſed ideo, quia illi abſtinentia meritum auget, nulla potentia naturæ eſt. Dominus autem, qui delicta naturaliter delere poteſt, manducantes ieiunãtibus poteſt facere puriores. Ieiunauit tamen Chriſtus vt ieiunares: manducauit cum peccatoribus, ut gratiam cernens poteſtatem agnoſceres.

c *Nunq.p.* Matthæus ita. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus, &c. Sponſus Chriſtus, ſponſa eccleſia, de quo ſpirituali cõnubio apoſtoli creati ſunt, qui lugere & ieiunare non poſſunt quandiu ſpõſum cum ſponſa vident. Quando tranſierint nuptiæ, ac paſſionis & reſurrectionis tẽpus aduenerit, tũc ieiunabunt. *Bed.* Moraliter. quandiu ſponſus nobiſcum eſt, in lætitia ſumus, nec ieiunare poſſumus, nec lugere: cum vero pro peccato recedit & auolat, tunc ieiunium indicendum, tunc luctus multiplicandus.

Moraliter F

d *Nemo aſſumen. Be.* Diſcipulos, veſtimẽta vetera dicit i. adhuc carnales, necdum innouatos fidei firmitate: quibus ſi nouus pannus i. pars doctrinæ q̃ ad nouã vitã ptinet, aſſuat, & ipſa quodãmodo ſcinditur, cuius pars importune tradit, q̃ ad ieiuniũ valet ciborũ, cũ illa doceat generale, nõ a cibis tñ, ſed ab oĩ voluptate carnis. Cauẽdũ eſt doctori, ne aiæ nondũ innouatæ, ſed in malitiæ vetuſtate perdurãti, nouorũ myſteriorũ ſecreta committat. *Be.* Allegorice. Veſte foris regimur vino intus reficimur. Veſtis, bona opera qbus hoĩbus foris lucemus. Vinum, feruor fidei ſpei & charitatis, quo in conſpectu Dei intus ſenſus nouitate reformamur.

e *Sed vinum no.* Erant autem noui, cum poſt aſcenſionem deſiderio cõſolationis eius ſpirando & orando innouabãtur: tũc ſpũſanctũ acceperũt, quo quaſi nouo muſto noui vtres repleti ſunt.

Vbi ſup. par. 4. f *Cum ſab.Be.* Nota primo apoſtolos literã ſabbati deſtruere cõtra Hebionitas, q cũ alios diſcipulos recipiãt, Paulũ quaſi trãſgreſſorem legis repudiant.

1 Re. 21.a Matt. 12.a g *Et vel.ſp.* Eſuriunt vt hoĩes. præ turba mãducãdi ſpaciũ nõ habẽtes. Sed exẽplũ auſterioris vitæ præbent, nõ pparatas epulas, ſed ſimplices quærũt. *Be.* Myſtice. Diſcipuli per ſata trãſeũt, cũ prælati ſubditos pia ſollicitudine circũſpiciũt, & qualiter quẽq; ad fidẽ trahant, ſedulò perpẽdũt, quorũ ſalutẽ eſuriũt. Vnde Petro inter preces eſurienti, oblatis, quas eſuriebat, dapibus dictũ eſt:

Act. 10.b Surge Petre, occide & manduca. Et mira ſacramenti cõcordia: ibi mactari & manducari iubent animalia: hic ſpicas cõuellũt diſcipuli; & ſcd̃m alios euangeliſtas manibus cõfricantes mãducãt. vnde: Mortificate mẽbra veſtra, & exuite veterẽ hominẽ. Aliter. n. nõ tranſeunt in corpus Xp̃i: Aliter doctorẽ ſui profectus fructus nõ paſcũt. Vellere itaq; ſpicas, eſt ab omni intentione terrena radicem mẽtis eruere. Fricare manibus, exemplis virtutũ a concupiſcentia carnis quaſi ariſtarum folliculis mentem exuere. Grana manducare, eſt purgatũ quẽq; per prædicatorum ora eccleſiæ incorporare. Hoc diſcipuli ante Dñm faciũt, q a præcedit ſermo doctoris, ſubſequitur gratia ſupernæ viſitationis. Et bene ſabbatis: quia prædicatores pro ſpe quietis laborant, & auditores admonẽt, vt a curis ſeculi feriãtes pro æterna requie laborent. *Be.* Moraliter. Per ſata cum Dño ambulant, q eloquia ſacra Domino obtemperãtes meditantur. In ſatis eſuriũt, cũ in eis illa inuenire deſiderant, qbus amplius accenſi, amore Dei quaſi pane paſcantur: & hoc ſabbatis. vnde Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt Dñs. vellũt ſpicas & cõterũt, quia teſtimonia ſcripturarum aſſumunt & perſcrutantur, donec medullam dilectionis extrahant quæ ſub vilitate literę quaſi ſub ariſtarum horrore velatur. Hoc dñs ſabbati probat, ſtulti defenſores ſabbati improbant, qui ſolam literæ ſuperficiem diligunt, mentis refectionem neſciunt, requiem animarum non norunt. vnde & ait illis: *Nunquam legiſtis quid &c.* G

Pſal. 33 Matt. 12 Luc. 6

b *Sub Abiathar princi.ſa.* Non te turbet quod alij

¶Cum peccatoribus iuſtus.

ducat & bibit magiſter veſter? Hoc

¶Magiſter pro diſcipulis reſpondit.

a audito Ieſus, ait illis: Non † neceſſe

¶Superbi. ¶Humiles.

habẽt ſani medico, ſed qui male ha

a ¶Ideo vos declino. b ¶Vos qui tanquam iuſti fugitis peccatores, qui veſtram iuſticiam ſtatuentes iuſticiæ Dei non eſtis ſubiecti.

bẽt. Nõ. n. veni vocare iuſtos, ſed

a ¶Qui ſe peccatores agnoſcũt. Non per legem iuſtificari ſe videntes, Chriſti gratiæ colla ſubmittunt ideo ad peccatores declino.

b peccatores*. Et erant diſcipuli Io-

a ¶Cauſam ſequentis quæſtionis præmittit.

annis & phariſæi ieiunantes, & veniunt, & dicũt illi: † Quare diſcipuli Iohannis & Phariſęorum ieiunãt tui autem diſcipuli non ieiunant?

¶Ideo. ¶i. debent.

c Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt

¶Apoſtoli. a ¶Chriſti & eccleſiæ. b ¶Chriſtus.

filij nuptiarum, † quãdiu ſponſus

a ¶Corporis præſentia. ¶Non. b ¶Quia.

eſt cũm illis, ieiunare? Quanto tem

a ¶Cuius plus proficit præſentia, quam corporalis abſtinentia.

pore habent ſpõſum ſecum, non poſſunt ieiunare. Venient autem

a ¶Aſcenſionis. ¶Paſſionis. b ¶Corporaliter.

dies cum † auferetur ab eis ſponſus,

a ¶Be. Tam à cibis quàm à mundi amore.

& tunc ieiunabunt in illis diebus.

a ¶Ideo non ieiunant, quia.
b ¶Sæuetiora præcepta nouæ vitæ.

d Nemo † aſſumentum pãni rudis aſ

a ¶Apoſtolis veteri conſuetudini deditis. b ¶Si aſſuit.
c ¶Repugnat noua vita veteri.

ſuit veſtimento veteri, alioquin, aufert ſupplemẽtum * nouum à uete

a ¶Quia ſi quid boni inerat, nimio quaſi pondere preſſum perit.

ri, & † maior ſciſſura fit. Et nemo

a ¶Spiritualia præcepta. b ¶Apoſtolos.

mittit uinum † nouũ in utres ueteres,

¶Non poſſunt pati, quia carnales adhuc.

alioquin dirumpet uinum * utres,

a ¶Doctrina ſpiritualis memoriæ non commendatur.
¶Qui habent, perdunt.

& uinum effundetur, & utres

¶Spiritualis doctrina.

e peribunt. Sed uinum nouum in u-

¶Spirituales.

tres nouos mitti debet. † Et factum

f eſt iterum cũm ſabbatis ambularet p ſata, & diſcipuli eius cęperunt

g progredi, & uellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei: Ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis quod

a ¶Veterem hiſtoriam obijcit.

non licet. Et ait illis: † Nun-

a ¶In Nobe.
b ¶Fugiens Saulem.

quam legiſtis quid fecẽrit Dauid, quando neceſſitatem habuit, & eſurijt ipſe & qui cum eo erant: quomodo introiuit in domum

h Dei ſub Abiathar Principe ſacerdo

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et erant diſ.Ioh. *Hic deſcribitur æmulatio Iudæorum contra Chriſtum in diſcipulorum Chriſti argutione, volentium retorquere apparentem defectum (licet non exiſtentem) diſcipulorum Chriſti in magiſtrum. Et ponitur duplex caſus. Secundus ponitur ibi: Et factum eſt iterum. Primus caſus eſt de hoc, quod arguebant diſcipulos Chriſti, eo ꝙ non ieiunabant ſicut diſcipuli Iohannis & phariſæi: ſed Chriſtus eos confutat, diſcipulos ſuos rationabiliter excuſando, et expoſitio literæ patet ex his quæ dicta ſunt Matth. ix. parum ante medium capituli.* H

b Et fac.eſt ite. *Hic ponitur ſecundus caſus, quia arguebant Chriſti diſcipulos, eo ꝙ euellebant ſpicas, & comedebant in die ſabbati: ſed Chriſtus confutat eos excuſando per ſcripturas vet. Teſtam. Et patet expoſitio huius literæ ex dictis Mat. xij. in principio: hoc excepto quod hic additur:*

c Sub Abia. *Et videtur hoc falſum: qa princeps ſacerdotum tunc erat Achimelech vt habetur. 1. Reg. xxij. Dicendum, quod Abiathar erat filius Achimelech, & tunc agebat ſacerdotium ſub patre. veruntamen magis hic exprimitur Abiathar quàm pater eius Achimelech, quia interfecto Achimelech à Saule, Abiathar filius eius fugit Dauid vt ibidem dicitur, & fuit ſocius itineris & laboris ipſius, & per conſequens maioris nominis & autoritatis fuerat quam pater eius: propter quod hic exprimitur tacito patre.*

## MORALITER.

a *Et erant diſ.Ioh.* Per iſtos autem qui propter ſuum ieiunium ſe diſcipulis Chriſti proferebant, ſignificantur hypocritæ, propter apparentiam ſuæ religioſitatis alios contemnentes, di. illud. Non ſum ſicut cæteri hominum, rap. adul. &c. Sequitur ibidem. Ieiuno bis in ſabbato, &c. Luc. 18

b *Et fac.eſt ite.cum do.* Per ſata ſignificantur ſacri libri, in quibus ſunt ſemina verbi Dei, Luc. viij. b. Semẽ eſt verbũ Dei. Igitur per ſata diſcipuli cum Chriſto ambulant, cum ſacras ſcripturas deuotè ſtudent & hoc fit ſabbatis: quia ſtudium hoc quietem exigit mentis. Spicas autem vellunt, cum ibidem vitæ panem inueniunt: ſed tunc manducant, cum ſibi per impletionem operis incorporant: & hæc refectio a malignantibus reprobatur, ſed à Chriſto veraciter approbatur.



ꝙ alii dicunt Achimelech: ambo. n. tunc illic aderãt, Achimelech pater, & Abiathar filius: qui occiſo patre a Saule, comes exilii Dauid factus eſt, & eo regnante ſummus pontifex maioris nominis quã pater: et ideo dignus cuius Dominus mentionem faceret, quaſi ſummi ſacerdotis, etiam patre uiuente. A

1. Re. 22.a Vbi ſupra, paulo poſt

a *Panes prop.Be.* Q. Si Dauid & Achimelech a nobis nõ reprehenduntur, ſed pro fame excuſant, cur in his cãm improbatis, quam in cæteris probatis? q̃uis ſit magna diſtantia, hi ſpicas confricant, illi panes Leuiticos comedũt, & accedebat ſabbato neomeniarum dies qñ in ꝯuiuio reqſit° fugit ex aula regis. *Be.* Figurate, qd̃ Dauid & pueri eius panes ſctificatos comedũt, ſigñat ſacerdotalẽ cibũ in vſum tranſiturum populorum, quia omnes ſacerdotum vitam debemus imitari, & omnes filii eccleſiæ ſacerdotes sũt, inũcti in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſeipſos ſpirituales hoſtias Deo. C

Paulo inferius.

b *Et dedit e.* Hoc ſequutus. Miſericordiam volo, & nõ ſacrificium, melius iudicauit a famis periculo homines liberare, q̃ ſacrificium offerre. Hoſtia Deo placabilis, hominum ſalus. Oſee 6.b

c *Homo pro ſab.Be.* Ita ſabbatũ cuſtodiri pceptũ eſt, vt ſi neceſſitas fuerit, nõ ſit reus q violauerit. Sabbato circũcidi non eſt phibitũ, q a neceſſariũ Ioſue muros Iericho ſeptem dieb. circũit Machabęi in ſabbato pugnãt: Qd̃ ñ ẽ licitũ I lege, neceſſitas licitũ facit. Sic & hodie in ieiunijs, ſi qs ieiuniũ fregerit egrot°, reus nõ tenet. Ibidem Ioſ 6.a 1 Mac. 2.e

d *Itaq; Do.* Q. Si Dauid rex & ſacerdotes (ſecundũ alium euangeliſtam) propter templi miniſterium ſabbatũ violantes, crimine carent: quanto magis filius hominis verus rex & ſacerdos: & ideo Dñs ſabbati in ſabbato vulſarũ ſpicarum crimine non tenet reus? Mat. 12.a

a tum, & panes propoſitionis manducauit, quos non licebat manducare

¶Et leuitis. ¶Achimelech.

b niſi ſacerdotibus: & dedit † eis qui

a ¶Aliter probat idem. b ¶Beda, ideo ſalus hominis prima cuſtodia ſabbati, prout hominis utilitas exigit.

cum eo erant? Et dicebat eis. Sabbatum propter hominem factum eſt,

c & non homo propter ſabbatum.

d Itaque Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.

## GLOS. ORDI. CAP. III.

Vbi ſup. li. 1. cap. 3.

a *Et intro. &c.* Sequitur:

b *Manum ari.Be.* Quę ad fructum vetitũ extenſa eſt, a bono opere aruit. p manus Chriſti in cruce extenſas, bonorum operum ſucis reſtituta. Hiero. Homo iſte ſigñat auaros, qui nolẽtes dare, volunt accipe, prædari & non largiri, qb. dr̃ vt extendant manus ſuas. i. q furabatur iam nõ furetur, magis aũt laboret operans manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

Iſa. 4. c Gl. in Mar. Eph. 4. f

c *Et obſeruabant.Be.* Quia diſcipulos pbabiliter excuſauerat: ipſum obſeruãt: vt ſi in ſabbato curet, tranſgreſſionis, ſi non curet, crudelitas aut imbecillitatis arguant. Vbi ſup.

d *Licet ſabbatis b.Be.* Arguit ꝙ legis pręcepta praua interpretatione violãt, æſtimantes in ſabbato a bono feriãdũ, cũm lex dicat: Omne opus ſeruile nõ fa. in. eo. i. peccatum. Hoc præcepto figuratur, q a q p ſex ſeculi ætates bona fecerint in ſeptima a malis tantũ feriabunt. Non n. erit ocioſus boni operis fructus, in laude Dei quieſcere. Matthæus dicit illos interrogaſſe; Marcus & lucas, interrogatos fuiſſe. Sed illi prius interrogauerunt, & Ieſus cognita nequitia eorum, ſtatuit in medio eorum ſanandum, & interrogauit, quod Marcus & Lucas dicunt: Et tunc illis tacentibus, ſimilitudinem propoſuit de oue, & cõcluſit ꝙ licet ſabbato benefacere. Et ſic circunſpiciens, &c. B

Ibidem. Leuit. 23.c Matt. 12.a

e *Animam Be.* Hominem totum per partem ſignificat. Vel quia propter animam hoc faciebat, vel quod hæc manus ſanatio, animæ ſalutem ſignificat.

f *Perdere.Be.* Non quod ſummę pius quenquam poſſit perdere, ſed eius nõ ſaluare eſt perdere. Sicut dicitur indurаſſe cor Pharaonis, non ꝙ obdurauit, ſed obduratum non emolliuit.

g *Extende man.Be.* Moraliter. infructuoſa debilitas animæ, non melius curat q̃ eleemoſynæ largitione. vnde: Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti, et qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Et in eccleſiaſtico: Fili, non ſit manus tua porrecta ad capiendum & ad dandum collecta. Fruſtra. n. in oratione manus ad Dñm expandit, qui eas ad rogãtẽ viduã nõ extendit. Moralit. Luc. 3.b Eccl. 4.f

h *Et reſti.eſt ma.illi.* Magnũ ſtudiũ neqtiæ in crimen reputant, ꝙ ad uerbũ illius ſanata eſt manus. Neque & ſabbato põt cõuinci laboraſſe, qui dixit & facta ſunt, cum ipſi in ſabbatis cibos portent, calices porrigant, & cætera victui neceſſaria.

i *Exeun.* Qui per ſe non poſſunt, ſocios iniquitatis quærunt *Cum Hero.*

## CAP. III.

a ET introiuit iterum

a ¶Vel maius donum ſcientiæ ibi intus periculum culpæ.

in ſynagogã, & erat

¶Genus humanum.

ibi homo habẽs manum aridam: & ob-

b ſeruabant eum ſi ſabbatis curaret

c ¶Calumniam præuenit.

*ut accuſarent illum. Et ait homini

¶Vt ab omnibus uideatur.

habenti manum aridam: Surge in

¶Hominem curare an non.

d medium. Et dicit eis: † Licet ſabba-

e tis benefacere, an male, animam ſal-

f uam facere, an † perdere? At illi tace-

a ¶Non audientes reſpondere. ¶Quaſi incredulitati illorum iraſcens.

bãt. Et circumſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitatem

g cordis eorum, dicit homini: Ex-

¶Illico.

tende manum tuam. Et extendit

h & reſtituta eſt manus † illi. † Exeun-

## NIC. DE LYRA CAP. III.

ET introiuit iterum. *Hic ponitur quartus caſus de ſanatione habentis manum aridam. Vbi primò ponitur Iudæorum inſidiatio, ſecundo, eorum cõfutatio, ibi: Et ait homini. tertio, eorũ obſtinatio, ibi: Exeuntes autẽ. Expoſitio primarum duarum partium patet ex dictis Mat. xij. vbi caſus iſte plenius ponitur, hoc excepto, quod ſubditur hic:*

b Licet ſab. benefa. *Circa quod ſciendum, quod aliqui ſunt actus boni in genere entis, qui tamen ex ſe non habeat bonitatem in genere moris, ſicut ædificare domum vel hmõi, & talia non erant licita in die ſabbati. Alij aũt ſunt actus boni in genere moris ſecundum ſe, ſicut ſunt opera uirtutum, & talia licita ſunt in die ſabbati: de quib. erat ſanatio manus aridæ, quia erat opus pietatis, & cum hoc erat ad gloriam Dei mẽti ſtudiũ, inquantum fiebat miraculoſe. & ideo de talib. nulli dẽt eſſe dubiũ, q poſſint fieri in die ſabbati, non ſolum licitè, ſed ẽt laudabiliter: & hoc eſt qd̃ dicitur:* Licet ſab. bene, *q. d. certum eſt omnib. q ſic.*

c Animam ſaluam face. *i. hominem curare. Et accipitur hic anima pro ipſo homine: quia eſt principalior pars hominis. Et per talem modum loquendi dicitur Exo. 1. Oẽs animæ quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob &c.*

d At illi ta. *Nõ potẽtes cõtradicere uerbis eius, nec tamẽ nolentes confiteri ueritatem.*

e Et cir. eos. *p p eorũ cæcitatẽ & maliciã. Ad maiorẽ itellectũ huius dicti q̃ritur, vtrũ ira fuerit in Xp̃o? Arguitur primo ꝙ nõ, qa nõ eſt niſi duplex ira ſcd̃m doctores catholicos. ſ. ira p uitiũ, et ira p zelũ: ſed neutra fuit in Xp̃o: ergo &c. Probatio minoris: qa Gre. dicit mora. ꝙ ira p uitiũ excæcat oculũ mentis ira p zelum ipſum turbat: ſed oculus mẽtis in Xp̃o non fuit excæcatus nec turbatus. ergo, &c. Item ira opponitur manſuetudini, ut habetur. iiij. Ethic. ſed Chriſtus fuit maxime manſuetus, ergo ira in ipſo non habuit locum. Contrarium dicitur in litera. Et cir. e. Dicendum ꝙ ira eſt appetitus vindictæ pp illatam iniuriam ſibi uel alteri, ut habetur. ij. Rhetoricæ. Talis autem uindicta poteſt appeti præter ordinem rationis, & ſic eſt uitioſa, & uocatur ira per uitiũ de qua dicitur. Ira uiri iuſticiam Dei nõ operatur. Alio modo põt appeti ſcd̃m ordinẽ rectæ rõnis, et hoc eſt laudabile. ſecundum quòd dicitur. Lętabitur iuſtus cum uiderit uindictam, &c. Iſtud. n. laudabiliter appetitur, de quo quis iuſte lætatur & talis ira eſt per zelum, ſcd̃m quod dicit Augu. ſuper Ioh. ij. Zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruerſa, quæ uidet, emendare cupit: & ſi emendare nõ poteſt, tolerat & gemit. & talis ira fuit in Chriſto. unde Ioh. ij. illud pſal. lxviij. Zelus domus tuæ comedit me, introducitur tanquam dictum de Chriſto. Ad primum dicendum, quod ira per zelum in nobis aliqualiter bene turbat oculum mẽtis, quia potentiæ animę ſic ſe habent, ꝙ una intenſa in actu ſuo alia remittitur. Et ideo motus iræ, qui eſt in iraſcibili parte, quamuis ſit moderatus ratione, impedit intellectum à contemplatione ueritatis, & ſic dicitur turbare oculum mentis. Talis tamen turbatio non eſt peccatum, ueruntamen in Chriſto non habuit locum: quia uirtute diuina quęlibet potentia permittebatur agere illud quod erat ſibi proprium: ita quòd una non impediebat aliam in actu ſuo. Et ideo ſicut gaudium fruitionis in anima Chriſti non impediebat dolorem paſſionis in parte inferiori, ſic econtrario motus iræ in parte inferiori in nullo impediebat actum mentis ſiue rationis. Ad ſcd̃m dicẽdũ, ꝙ ira, quæ eſt pter rationem, eſt oppoſita manſuetudini, non autem illa, quæ eſt moderata ratione, quia de ratione manſuetudinis eſt, quod faciat talem moderationem.*

Mat. 12.a Luc. 6.b D Luc. 5. c. 33 in 5. e. Iob. 5 fine. tom. 3. Philoſoph. Iaco. 1. c † illius ſana, ut altera. † Mat. 12.b Ioan. 10.g Pſal. 57. b Tracta. 10. poſt mediũ. tom. 9.

f Exe.a. *Hic deſcribitur Iudæorum obſtinatio, quia nec verbis Chriſti nec*

## MORALITER.

a *Et in.ite.ha.mari.* Per manum quæ eſt organum organorũ, ut dicit. 1. iij. de aiã, conuenienter intellr̃ opus meritoriũ, & iõ manus eſt arida, quæ eſt ad hoc opus inualida: ſed cum ad uerbum Chriſti ſurgit p gratiam, tunc manum extendit ad ſcdãm operationem.

f *Exeunt antem.* Per phariſæos qui diuiſi interpretãtur, deſignantur diſſẽtientes

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cum Hero.* Miniſtri Herodis propter inimicitias quas ipſe aduerſus hominem exercebat, Ieſum inſidiis & odiis perſequebantur, quem Iohannes prædicabat.

b *Se.* Fugit vt homo, qa nondũ venerat hora eius, & paſſionis eius extra Ierl'm non erat locus. *Be.* Alleg. De ſynagoga ſecedit ad mare &c. Iudæam relinquit, ad gentes venit cum diſcipulis. ſ. prædicantib. apoſtolis corda gentiũ adijt: & ſic multos ad ſe venientes ſuſcepit, & deſideratam ſalutem dedit. vnde apte ſubditur: *& dixit diſ. ſu.*

c *Et mul. tur. Be.* Magiſtri plebis & miniſtri regis odio perſequuntur, vulgus indoctum dilectione ſequitur, & plurimi ſanari merentur.

d *Naui.* Eccl'ia de gẽtib. cõgregata; fluctus ſeculi mẽte trãſgreſſa, q̃ quãto ſinum cordis gratiæ recipiendæ dilatat, tanto fluctus ſeculi ſecurius calcat.

e *Ne compri.* Cõprimunt, qui eccleſię pacem turbant. Tangunt, qui fidẽ vero corde & dilectione ſuſcipiunt qui tetigere ſanati eſſe perhibent, fugiens comprimentes nauiculam aſcendit.

f *Et ſp. im. &c. di. Be.* Vterq; et plagas hñtes, & immũdi ſpũs. Sed infirmi pia intẽtione ſalutis, dæmoniaci, vel potius in eis dęmones: nõ ſolũ timore coacti ad ꝓcidẽdũ, verũ ẽt ad cõfitẽdũ maieſtatem eius. Pũtia.n. eius ꝑterriti, quẽ filium Dei eſſe iamiamq; nouerãt, celare non poterant. Saniores Arrianis, q etiam hodie negãt filium Dei eſſe.

g *Ne manifeſtarent Be.* Non ſolũ dęmones q inuiti, vel ab eo ſanati, qui ſponte confitent: ſed et apl'i toto orbe poſt paſſionẽ ꝑdicaturi, ante paſſionẽ tacere iubent ne diuina maieſtate ꝑdicata paſſio differretur, & ſic ſalus mundi.

h *Et aſc. e. Be.* Poſtq̃ immundos ſpũs ſe ꝑdicare prohibuit, ſanctos elegit, qui F eum prædicarent, & nefandos ſpũs eijcerent. Mõs iſte ſigñat altitudinẽ iuſticię, q̃ inſtruẽdi, & q̃ ꝑdicaturi erãt: p locũ admonet ad cæleſtia erigi, ſic & legem in monte dedit. Hiero. Cõſuetudo diuinæ ſcripturæ eſt Allegorice loq: ſed nos ſic excelſa ſenſib. noſtris applicemus, vt hiſtoriæ ueritatem cernamus. Xp̃s.n. ſolus ſpũaliter mons eſt, cæleſtiũ rerum qualitate copioſus, ex quo fluunt aquæ viuę, & quidquid ſũmè bonũ creditur, in hoc fundatur q eſt mons omniũ mõtiũ, et ſanctiſſ. ſctõrũ, quos quotidie ad ſe inuitat. In mõtem vocant excelſi & merito & verbo, vt locus congruat meritis altis.

i *Vt e. duo.* Spẽm Iacob dilexit Deus cũ videret excelſus gẽtes, & ſepararet filios Adã. Statuit terminos ꝑplorũ iuxta numerũ filiorũ Iſrael, vt ſint ſuper thronos duodecim, iudicantes duodecim trib. Iſrael. Quib. data eſt poteſtas, q̃ filius accepit a pr̃e ſm carnẽ, vt opera q̃ ipſe fecit et ipſi faciãt, et maiora horũ faciãt. *Bed.* Dedit etiam poteſtatem mortuos ſuſcitandi, ſicut Matthæus dicit, vt virtus oſtenſa fidem verbo daret, & noua facerent qui noua prædicabant. nun autem quia numerus fidelium creuit, multi uitam virtutum tenent, & ſigna virtutũ non habent, quia fruſtra foras miraculum oſtenditur, ſi deeſt qui intus operetur, quia linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.

k *Et i. npo. B.* Non modo primum, ſed cum adducto ab Andrea dixit: Tu vocaberis cephas, qđ interpretatur Petrus. Sed hic euãgeliſta te attẽtũ reddit dicẽs, ꝙ eum Dñs ſic cognominauerit Aliter n. putares ſic vocari caſu, nõ ꝓuidẽtia Dei. Voluit aũt eũ Deus prius alio noĩe vocari, vt ex mutatione noĩs viuacitas ſacri notaret. i. Græce vel Latine Petrus, qđ ſyriace cephas: & in vtraq; lingua a petra dictum, de qua: Petra autẽ erat Chriſtus. Sicut.n. a Xp̃o luce lux mũdi vocantur apl'i, ſic a petra. Petrus. Simon ponens mœrorem negationis. ſ. viſio Dño poſt reſurrectionem. Vel audiens triſticiam mortis. ſcl'i ci dr̃: Alius te cinget & ducet quo tu non vis. Hiero. *Et impo. Simoni nomen Pe.* de obedientia aſcendit ad agnitionẽ. Qui.n. habet dabitur ei, & abun. *Et Iaco* qui ſupplãtata habet deſideria carnis. Et Iohannem, qui gratia accepit qđ alij per laborẽ. *Et impo. eis no. Boaner. quod eſt filij toni.* quorũ ſublime meritũ in mõte meretur audire tonitruum patris per nubem de filio tonantis. Hic eſt filius meus dilectus, vt per nubem carnis & ipſi Xp̃i ignẽ ac fulgura in pluuiam ſpargerẽt in terris qm̃ Dñs in pluuiam fulgura fecit, vt extinguat miſericordia quod iudicium exurit. vnde: Miſericordiam et iudiciũ cantabo tibi Dñe.

Iacobum

a Hiero. Similis ſimilem quærit. b Quia ſoli nõ poſſunt.

a Exeun- tes autem ſtatim phariſęi, cum He-

a Gens ſine conſilio. Magna inſania, qui ſalute indigent, de nece Saluatoris conciliantur.

rodianis cõſilium faciebant aduer-

a Quia ratione uincuntur mortem machinantur.

ſus eum † quomodo eum perderẽt.

Ideo. a Medicus cedit inſano populo. b Odientibus cedit, amantibus accedit.

b Et Ieſus cum diſcipulis ſuis ſeceſſit

Rota.

ad mare, † & multa turba à Galilæa

Confeſſio.

& Iudæa ſequuta eſt eum, & ab Ie-

Viſio pacis. Sanguinea.

roſolymis, & ab Idumęa & trans

Aliena diſcenſio. Anguſtia.

Iordanem, & qui circa Tyrum &

Venatio piſcis.

c Sydonem, multitudo magna, au-

a Quia. Beda. Opinionem uirtutum.

diẽntes quæ faciebat, uenerunt ad

Ideo.

eum. Et dixit diſcipulis ſuis, vt in

a Eccleſia de Gentibus congregata.

d nãuicula ſibi deſeruirent propter

D leordes.

e turbam, ne comprimẽrent eum.

a Ideo confluebant quia.

Multos enim ſanabat, ita ut irrue-

Fideles.

rent in eum, ut illum tangerẽt quot

f quot habebant plagas. Et ſpiritus

immundi cum illum uidebant pro

Dæmones.

cidebant ei, † & clamabant dicẽtes:

Tu es filius Dei. Et vehemẽter com-

a Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſticias meas. &c. b Dæmonibus & curatis. c Deum eſſe ne differretur paſſio.

g minãbatur eis, ne manifeſtãrent il-

h lum. † Et aſcendens in montem

a Gratis. Non meriti, ſed diuinæ gratiæ eſt. b Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos.

uocãuit ad ſe quos võluit ipſe: & ue

Libero arbitrio

i nerunt ad eum. Et fecit, ut eſſent

a Vt ter quaterni fidem charitatis per quatuor partes orbis prædicarent, unde ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab auſtro portæ tres, ab occaſu portæ tres.

duodẽcim † cum illo, & ut mitte-

k ret eos prædicare. Et dedit illis po-

l teſtatem curandi infirmitates, &

k eiiciendi dæmonia. † Et impoſuit Si

## NIC. DE LYRA.

¶ *nec factis reſilerunt à malo ſuo: ſed magis obſtinati ſunt incipientes machinari in mortem Chriſti.*

a Cum Hero. *hoc exponitur dupliciter: qa dicunt aliqui, ꝙ iſti Herodiani fuerũt quidã Iudæi, fingentes quandam ſectam nouam, dicentes de Herode Aſcalonita, qđ erat Meſſias, moti ex falſo intellectu illius quod dicitur. Non auferetur ſce. de Iuda: vbi dicitur, ꝙ ablatio regni à tribu Iuda erat ſignũ aduentus Meſſiæ. Iſte aũt Herodes obtinuit regnum illud, cum tamẽ eſſet alienigena, quia pater eius fuit Idumæus ſcđm ꝙ dicit Ioſephus & alij hiſtoriographi. Et quia Meſſiam promiſſum illi intelligebant regnare temporaliter, nec uidebant alium regnare tunc in Iudæa, niſi Herodem, iõ dixerũt eũ eſſe Meſſiam: cum tamen prophetia Iacob prædicta eſſet ſcđm ueritatẽ intelligenda de Xp̃o, qui nat⁹ fuit tp̃e dicti Herodis, ut habetur Mat. ij. Iſti igitur habebãt occaſionẽ perſequendi Xp̃m, eo ꝙ ipſum eſſe Xp̃m ſicut erat ſcđm veritatem, erat contrarium ſectæ ſuæ. Alij aũt dicunt, ꝙ iſti Herodiani erant milites Herodis Antipæ, qui fuit filius prędicti Herodis & dominabatur in Galilæa, non ſicut rex, ſed ut Tetrarcha. ut habetur Luc. iij. Et iſte incarcerauit Iohannem, ex quo habebant aliquam occaſionem perſequendi Xp̃m quẽ ꝑdicauerat Iohannes. Et ex his patet malicia phariſæorum qui cum peruerſis hoĩb. tractabant conſilium ad perdendum Chriſtum.*

b Et Ieſus. *hoc expoſitum eſt Mat. xij.*

c Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis &cæ. ſibi deſer. *infirmitatem oſtendens in ſe carnis.*

d Quotquot ha. pla. *i. infirmitates uarias.*

e Et ſpi. imm. *in hoc oſtendebat uirtutem ſuæ deitatis. vtrumq;.n. neceſſe eſt confiteri fuiſſe in Chriſto. ſ. infirmitatem carnis, & potentiam deitatis, & ideo utrumque manifeſtabat Chriſtus in operibus ſuis.*

f Tu es fi. Dei. *coniecturaliter loquebãtur.*

g Et uehe. commi. eis. *Cuius cauſa aſſignata eſt ſupra in primo ca.*

h Et aſcendens in montem uoca. ad ſe. *Poſtquam deſcripta eſt Chriſti prædicatio per ſeipſum tantum, hic conſequenter deſcribitur eius prędicatio etiam per apoſtolos. & primo, deſcribitur poteſtatis collatio. ſecũdo, dictæ collationis exequutio. xi. c. ibi: Et uocauit. xij. Circa primum, prima poteſtas confertur. ſecundo, dubium remouetur, ibi: Et ueniunt ad domum. Circa primum deſcribitur electio apoſtolorum, & numerus, & nomina eorum: & ptãs eis collata. & patet ſñia ex his q̃ dicta sũt. Mat. x. hoc excepto.*

¶ Boaner.

## MORALITER.

✠ diſſenſiones faciunt: ſignificantur. Per Herodianos autem ſuperbi, quia glorioſi in pellibus interpretantur. Iſti uero conſilium faciunt contra Ieſum, qui cum humilibus & charitatem habentibus commoratur, & ideo recedit ab eis ſe elongando, & humiles eum ſequuntur, & à Deo ſalutem conſequuntur.

*b Et aſcendens in montem.* Per hoc autem ꝙ apoſtolos inſtituit in monte, ſignificauit ꝙ epiſcopi qui ſunt apoſtolorum ſucceſſores, in ſuperiori gradu ſunt eccleſiæ. vnde dicuntur ab epi quod eſt ſupra, & ſcopos intentio, quia ſupra gregem dominicum debẽt intendere, ut eum dirigere ualeant ad ſuperna.

*i Et fecit ut eſſent duo.* ad ſignãdum, ꝙ quilibet eorum, per quatuor partes ſuæ dioceſis fidem trinitatis debent prædicare. duodecim enim conſurgunt ex ductu quaternarii per ternarium.

*k Et dedit il. po.* curandi infirmitates peccatorum.

*l Et eij ci. dæmo.* i. excõmunicandi ſuperbos & rebelles de eccleſia.

✠ *Et conue.*



a *Ia.* Qui curam carnis Domino vocante ſupplantauit, & ipſam carnem Herode trucidante contempſit.

b *Iohan. Be.* In quo eſt gratia, vel Domini gratia. qui ob amoris præcipui gratiam quam virginali gloria promeruit, ſupra redemptoris ſui pectus in cœna recubuit.

c *Fi. Be.* Quorum vnus intonãs, vocem theologam (q̃ nemo prius edere nouerat) emiſit: In principio erat verbũ &c. q̃ tanto pondere grauidam reliquit vt ſi aliquanto plus intonare voluiſſet, nec ipſe mundus capere potuiſſet.

d *Et Andream.* Hiero. Qui uiriliter vim facit ꝑditionis ſuæ vt rñſũ mortis ſp in ſe habeat, & animam ſp in manib. ſuis.

e *Et Phil.* Hier. Qui os lãpadis eſt, q illuminat ore qđ accepit, cui datũ ẽ op⁹ oris illuminati. Hoc loquutionis gen⁹ ſæpe ſcriptura ꝯmemorat, qñ noĩa ꝑꝑ myſteria ſũt poſita, qđ nũc euãgeliſta, ex Dei pſona vehementer affectans interſerit.

f *Et Bartho. Hie.* Qui eſt filius ſuſpendentis aquas, illius ſcilicet, qui dixit. Mandabo nubib. meis, ne pluãt. Nomẽ vero filii Dei per pacem & dilectionem acquiritur. B.n pacifi. qñ fi. d. v. Et diligite inimicos veſtros, vt ſitis filii Dei.

g *Et Matthæum.* Qui eſt donatus. cui nõ ſolum remiſſio pctõrum, ſed ẽt in apoſtolorum numero eſſe dat, vt leo & bos ſimul comedãt. & lupus cum agno. Nota, ꝙ alii euangeliſtæ Matthæum ꝑponũt, et publicanũ nõ dñt. Ipſe poſt Thomam ſe ponit, & publicanum. ſe dicit:

h *Et Tho. Hier.* Qui eſt abyſſus. Multi.n. profunda ſciũt, ſed nõ proferunt. Vnde Scio hoĩem in Xp̃o &c vſq;. q̃ nõ licet hoĩ loq. *Be.* Thomas abyſſus, quia altitudinem uirtutis in reſurrectione penetrauit. Vel geminus Græce, quod dicitur dydimus i. dubius propter dubium cor, B quia reſurrectionem vix credidit.

i *Et ia. al.* i docti vel milleſimi cuius a latere cadent mille, & decem milia a dextris tuis *Hie.* Iacobum alphæi, cui nõ eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes po. te. &c. *Be.* Iacobum alphæi, q & frater Dñi dr̃, qa Maria alphæi fuit Soror matris Domini q̃ Iohannes Mariam Cleophę dicit fortaſſe, qa idem Alphęus & Cleophas. Vel defuncto Alphæo poſt natum Iacobum Cleophæ nupſit: Qui merito filius Alphæi: i. docti. inde enim poſt reſurrectionẽ ſtatim Ieroſolymorum ordinatur ep̃s, tanquam doctus vel docti filius.

K *Tadeum:* Cuſtos cordis: Hunc Lucas in euangelio, et in actibus apoſtolorum Iudam Iacobi nominat, quia frater Iacobi fratris Domini, Vnde dicitur filius Mariæ matris Iacobi & Ioſeph & Iudę & Simonis. Hiero. & Tadeum, qui eſt corculus. i. Cordis cultor, qui ſeruat cor ſuum omni cuſtodia: Mundicia namq; cordis videtur Deus vt per virum mundum.

l *Et Simonem Be.* Simon Chananæus a chana vico Galileæ, q & Simon zelotes i. ęmulator. Chana zelus: chananęus Zelotes. *Et Simon. Chananæum.* qui & Zelotes. Simon ponens vel habens triſticiam. Beati namq; qui lugent, quoniam ip. con. Trinum luctum implet qui conſolationem quęrit futuram. Deflet propria pctã cum Dauid & Maria: Cum Paulo flet cũ flẽtib. Et flet multũ cũ Iohanne q dicebat. Et ego flebã multũ, qa nemo dignus inuẽtus eſt q ape. li. & ſol. eius. Zelotes ãt dr̃ quẽ cõedit Zelus dom⁹ Dei, vt Phinees: et ceſſauit quaſſatio.

m *Et Iudam ſca.* Qui nõ delet pctm̃ ſuũ p pniam, nec illud delet p memoriam. Vnde & pctm̃ matris eius nõ deleat. Fiat ꝯ Dñm ſp. Iudas cõfitẽs vel glorioſus, Scarioth memoria mortis. Cõfeſſores multi ſunt in eccl'ia ſupbi & glorioſi quorum primus Simõ magus, & alij hæretici, quorũ memoria mortalis in eccl'ia celebratur, vt deleatur. *Hier.* Iudas ſcarioth a vico in quo ortus, aut a tribu Iſacha. Iſachar merces, ꝑtiũ. ſ. ꝑditionis. ſcarioth memoria mortis, qa nõ repente, ſed ꝑmeditatus Deũ tradidit. Hic ꝓuide inter apl'os eligiĩ, qa magna vis veritatis, q̃ nec aduerſarius miniſter infirmat. Voluit Dñs prodi a diſcipulo, vt tu a ſocio proditus modeſte feras, tuum erraſſe iudicium, tuum periſſe beneficium. *Hie.* Hi.n. apoſtoli circa tabernaculum Domini per quadrum terni excubant, & ſancta Domini verba propriis operum humeris portant, vt tabernaculum vnum manſionibus multis ad terram promiſſionis portent, quos vnius exemplum ad timorem humiliat, vt angelos luciferi caſus. vt non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, ſed qui gloriatur in Domino glorietur.

n *Et ueniunt &c. Be.* qui aliorum curam ſuſceperunt ſollicite, cuſtodire debent conſcientiæ domum, vt ſe prius, inde alios regant. Hier. Domus in qua cõueniũt, primitiua eccl'ia eſt Turbæ quæ impediunt panem manducare peccata et vitia ſunt quia qui mãducat corpus Domini indigne, iudicium ſibi manducat & bi. non di. c. d. Vnde Dñs in furorẽ vertiĩ cũ dicit. Niſi mãducaueritis carnem filij hominis & bi. e. ſ. n. h. v.

o *Et cum audiſ. &c.* Turba frequẽtat eũ, ſui tanq̃ furioſum deſpiciunt, in quo ſalus gentium notatur, & inuidia Iudæorum reprobatur, de quibus: In propria venit & ſui eum non receperunt.

p *Et ſcribe. Be.* Si q tarditate mẽtis non intelligunt verbũ Dei, remanet tamen ſpes ſalutis, ſi forte intelligant. Qui autem intelligere nolunt & inuertunt quod intelligunt, nulla ſpes eſt. Vnde, ſcribe i. ſapientes &c.

q *Ab Iero.* Quod ſignificat eum a ciuibus ſuis eſſe ꝑſequẽdũ vſq; ad mortẽ. Legimus ſup. qa ſequuta eſt eũ turba à Galilæa & Iudæa & Ieroſolymis, & trans Iordanem & circa Tyrum & Sidonem, quæ ſunt ciuitates gentilium: & ſcribæ ab Ieroſolymis blaſphemabant. quia turba populi Iudæorum illum cum palmis & laudibus perduxit gentiles deſiderabant. ſcribe & ſeniores populi de nece eius tractabant.

r *Beel.* Vir muſcarum ſiue habens muſcas, quo nomine principem dæmoniorum cognominabant propter ſordes immolaticij cruoris.

Quomodo

a Vocauit ad ſe. b Supplantatorem.

a moni nomen Petrus, ẽt Iãcobum

a Fugitiui.

b Zebedæi et Iohannem fratrem Ia

cobi: et impoſuit eis nomina Boa

c d nerges, qđ eſt filii tonitrui. Et An-

a Beda, uirilis, a Græco aner quod eſt vir, quia viriliter Domino adhæſit. b Os lampadis vel lampadarum. c Filius ſuſpendentis aquas prædicatores ad cæleſtia, unde vberius inebrient corda terrenorum. Syrum eſt.

e f dréam et Philippũm et Bãrtholo-

a Donatus. b Abiſſus uel geminus. Gręce dydimus

g h męũ & Mãtthæum & Thõmam

a Ad differentiam Iacobi Zebedæi. Docti uel milleſimi. b Corculus. i. cordis cuſtos.

i k & Iacobũ Alphẽi & Tãdeum &

a Ponens triſticiam. b Ad differentiam Simonis Petri. c Huius caſus confirmat alios in humilitate.

l m Simõnẽ Chãnanæum, & Iudam

a Memoria mortis.

n Scãrioth, qui & tradidit illum. Et

a Fœlix occupatio ſaluatoris, fœlix ſtudium turbæ confluentis.

o ueniunt ad domũ, & conuẽnit ite

a Idiotæ minus eruditi. Etiam

rũ turbã, ita ut nõ poſſent neq; pa

nem mãducare. Et cum audiſſent

a Diſcipuli. Quem faciunt alii magnum, ſui deſpiciunt, quia non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua. c Tanquam furioſum. d Quia ſapientiæ eius altitudinem capere non poterant, alieno ſenſu loquutum putabant.

ſuiª exiẽrunt tenere ẽum. Dicẽ-

a Ex hoc errabant diſcipuli.

bãt enim quoniã in furõrẽ uerſus

a Sapientes.

p q eſt. † Et Scribæ qui ab Ieroſoly-

a Hoc.

mis deſcenderant, dicẽbant, quo-

a Hic patitur ipſe quod nos pati docuit dicens: Beati eritis cum maledixerint vobis ho. Vir muſcarum.

r niãm Beelzẽbub habet, & quia in

principe dæmoniorum eijcit dæ-

## NIC. DE LYRA.

a Boanerges. &c. fi. to. *Sic.n. uocati ſunt à Chriſto: quia in transfiguratione Chriſti audierunt verbum Dei patris dicentis de Chriſto: Hic eſt filius eius dile. &c. Quod quidem verbum vocatur tonitruum ſecundum illum modum loquendi Iob. Cum uix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus: tonitruum magnitudinis illius quis poterit intueri?*

b Et ue. *Hic conſequenter remouetur dubium: Ex hoc enim, quòd contulerat poteſtatem prædicandi apoſtolis, poſſet aliquis credere, quòd in perſona propria vellet à prædicatione ceſſare, quod remouetur per hoc quòd feruentius prædicauit quàm prius. Et iſte feruor primo oſtenditur in generali. ſecundo in ſpeciali ſe. c. Adhuc circa primum dictus feruor primo oſtenditur. ſecundo, irrationabilis loquutio ex hoc inſurgens repellitur. ibi: Et cum audiſſent ſui. Circa primum dicitur:*

c Et conue. ite. tur. *ad audiendum verbum Dei ab ipſo: & ipſe ita feruenter intendebat prædicationi, quòd ipſe & diſcipuli eius non habebant tempus manducandi.*

d Et cum audiſ. *Hic irrationabilis loquutio inſurgens ex prædicto feruore repellitur: & hoc in tribus caſibus. Secundus ponitur, ibi, Et ſcribę. Tertius ibi: Et ueniunt mater eius. Circa primum ſciendum, quòd illi qui erant de cognatione ſua ex parte matris videntes inſolitum feruorem in eo, quia ſicut dictum eſt, propter feruorem prædicandi omittebat horam comedendi: uidebant etiam in uultu eius inſolitam claritatem ex uirtute diuinitatis procedentem. Item audiebant eum loquentem de diuinis ardua, & inſolita, & per conſequens eis non intelligibilia, ideo credebat eum loqui ſicut arrepticium uel furioſum: ideo voluerunt eum tenere & ligare, ne ſibi uel alijs poſſet nocere: & iſti mouebantur pietate. Circa caſum ſecundum qui ponitur, cum dicitur:*

e Et ſcribæ. *conſiderandum, quòd iſti moti contra Chriſtum inuidia & malignitate dicebant ipſum Chriſtum habere quendam dæmonem priuatum, alijs dæmonibus ſuperiorem: per cuius virtutem expellebat dæmones inferiores a corporibus obſeſſis ab eis. & ideo Chriſtus illorum & iſtorum irrationabilia verba repellit, cum dicitur:*

¶ Et conuocatis

## MORALITER.

✠ *c Et conuenit iterum tur. &c.* Hoc eſt contra illos, qui dimittũt opus prædicationis propter ſaturitatem comeſtionis.

*d Et cum au. &c. ex. i. te. eum.* Similiter illi, qui ſunt feruidi ad ſequendum Chriſtum à mundanis hominibus inſani reputantur, & ab eis quantum poſſunt retinentur.

✠ *Quomodo poteſt*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quo.po.&c.Be.* Eligãt qđ volũt. Si Sathanas Sathanam nõ põt eiicere, nihil contra Dñm dñt. Si autem põt, recedãt a regno eius, ꝙ diuiſum ſtare nõ poteſt.
b *Et tunc do.&c. Be.* domum diripuit, qa omnes mundi partes a diabolo poſſeſſas, apoſtolis & eorum ſucceſſoribus quaſi diuiſas prouincias, ut populos ad fidem conuerterent, diſtribuit.
c *Qui au.blaſpe.Hier.* qa nõ meret pniam agere vt recipiat. q Xp̃m intelligẽs, principẽ demoniorũ eſſe dicebat, qa nũquã ſoluit a carcere, q quadrãtẽ verbi nouiſſimũ non ſoluerit ante finem uitę. Quatuor namq̃ partib fundat denarius æternæ uitæ, vt qđ corde credis, ore confitearis: & qđ cõfiteris, opere cõpleas: & qđ cõpleueris, docere nõ ceſſaueris. Qui.n. fecerit & docuerit, hic magnus vocabit in regno celorum. Beda. Matthæus dicit, q blaſphemauerit in ſpũm ſanctũ, vel verbũ dixerit contra ſpũm ſanctum non habebit remiſſionem neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Vbi oñdit q̃dã relaxari in futuro. Qđ de minimis intelligendũ eſt, vt de ſermone ocioſo de riſu nimio: quot ũ ẽt hæc vita vẽiã ꝓmeruit.
d *In æter.* Hoc cõtra Origenem, qui omnib. peccatorib. veniam promittit poſt judicium tranſactis innumeris ſeculis.
e *Reus erit æter.de.Be.* Nõ quia ſpiritum non eſſe, vel quia eſſe, ſed non Deũ eſſe, vel Deũ eſſe, ſed minorẽ pr̃e & filio: qa hoc nõ inuidia diabolica, ſed humana ignorantia, ſed, *quoniam dice.&c.*
f *Fratres Hier.* Non filii Mariæ ſemp virginis vt mẽtit Heluidius: vel Ioſeph ex alia vxore ſicut alii garriũt, ſed cognati. Be. Myſtice. Mater & frẽs pp̃ls Iudæorũ ex qb. Xp̃s ſecũdum carnem, foris ſtant in literali ſenſu. Turba in domo gentes in ſpirituali myſterio. Foris uolunt Iudæi videre Chriſtum, quia ſpiritualem intelligẽtiã nõ q̃rẽtes, poti᷒ ad carnalia docenda cũ exire cogunt vel quærunt.
g *Quæ eſt ma.Be.* Non refutatur obſequi matri q dicit Honora patrẽ & matrem: ſed oñdit ſe plus debere paternis myſteriis, q̃ maternis affectib. idẽ exẽplo mõſtrauit qđ verbo ait: Qui amat pr̃ẽ aut mr̃em plus q̃ me, nõ eſt me dign᷒. Nec frẽs iniuriose contẽnit, ſed opus ſpũale ꝑtulit cognationi, docens meliorem eſſe copulam cordium quam corporum.
h *Ecce mater mea &c. Hiero.* Vt ſciamus nos eſſe & fratres eius & matrem ſi uoluntatem patris eius fecerimus, vt cohęredes ſimus quia non in ſexibus, ſed in factis diſcernit. Soror & frater credendo, mater prædicando dum per prædicationem amor Chriſti quaſi ipſe Chriſtus in corde auditoris generatur.

*Vt probet ratione, quia neq; mente captus eſt. neq; in beelzebub eijcit dæmones.*
monia. Et conuocatis eis, in para-
*Vt non intelligant donec capiantur.*
bolis dicebat illis: Quomodo po-
*Hoc. Sicut dicitis me in Beelzebub eiicere dæmonia. Nullomodo quia.*
teſt Sathanas Sathanam eiicere?
*Cauſæ præmiſſa. Vt dæmones pugnent contra ſe.*
Et ſi regnum in ſe diuidatur, non
*Diſcordia maximæ res dilabuntur.*
poteſt ſtare regnum illud. Et ſi
*Aliter probat idem. Contra. Pugnando*
domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare.
*Ergo. De cuius regno eſtis. Contra.*
Et ſi Sathanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non poterit ſtare, ſed finem habet.
*Vos dicitis, quia in Beelzebub eiicio dæmonia, ſed: Nemo po.&c. b Homines a diabolo deceptos. c Diaboli.*
Nemo poteſt uaſa fortis in-
*Be. Mundum in maligno poſitum, in quo vſque ad aduentum Saluatoris quaſi in pacato imperio ſine contradictione quieſcebat.*
greſſus in domum diripere, niſi
*Diabolum. b A ſeductione compeſcat.*
prius fortem alliget, & tunc do-
*Ereptos a diabolo eccleſiæ adunauit. & per diſtinctas graduum dignitates ordinauit.*
mum eius diripiet. † Amen dico
*Dicitis me immundum ſpiritum habere, ſed. Hæc cõtra Nouatianum qui in martyrio lapſis veniã negat:*
uobis, quoniam omnia dimittẽtur filiis hominũ peccata & blaſ-
*Digne pœnitentibus. a In quoslibet. b In Deũ.*
phemiæ, quibus blaſphemaue-
*i. qui intelligens opera Dei, cum negare non poſſit ex inuidia contradicit, & opera ſpiritusſancti dicit eſſe Beelzebub.*
runt. † Qui autem blaſphema-
*Quia pœnitere digne non poteſt.*
uerit in ſpiritũ ſanctum, nõ ha-
bet remiſſionẽ in ęternũ, ſed reus
*Quia ſimilis diabolo, contra conſcientiam ſuam maieſtatem Dei oppugnat. b Quia ipſe delinquit qui nunquam pœnitet.*
erit æterni † delicti, quoniã dicebant, ſpiritũ immundũ habet. † Et
*Eo prædicante. Populus Iudæorum. In litera.*
ueniunt mater eius & fratres & foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eũ.
*Foras. b Be. In ſpirituali intelligentia quieſcebat. Gentilium.*
Et ſedebat circa eũ turba, et dñt ei: Ecce mater tua et frẽs tui foris q̃runt te.
*Nos quoque ſi foris ſtemus, non cognoſcemur. Vt attentos faciat.*
Et rñdẽs eis ait: Quæ eſt mater mea, & frẽs mei; Et circũſpiciẽs eos, qui in circũitu eius ſedebãt, ait: Ecce mr̃ mea, & frẽs mei.
*Propter utrumque ſexum fidelium.*
Qui.n. fecerit uolũtatẽ Dei: hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

## NIC. DE LYRA.

a Et conuocatis eis. *Quia rationabiliter loquendo, oſtendit ſe non eſſe furioſum. Et uera & ſancta docendo, oſtendit ſe non habere dæmonem priuatum cum ſit pater mendacij, ut habetur Ioh.viij. Cætera patent ex his, quæ dicta ſunt Matth.xij.*
f Et ueniunt mater eius & fratres. *Hic conſequenter ponitur tertius caſus. Ipſo enim prædicante nunciatum fuit ſibi inſidioſe, quod mater eius & fratres ſtabant foris ad tentãdum, ſi ex affectu carnali ad matrem dimitteret uel interrumperet prædicationem: & ipſe hoc verbum malignum repulit rationabiliter ut patet ex his quæ dicta ſunt Mat.xij.*

## MORALITER.

b *Quomodo poteſt Sathanas Satha. eijce.* Hoc autem moraliter fit quando vitium unum aliud expellit, ut prodigalitas auariciam, uel econuerſo.
c *Et ſi re.in ſe diuida.* Regnum animæ diuiditur, quando ſenſualitas rationi contrariatur.
d *Et ſi domus ſuper ſe.* Hoc contingit, qñ in eodem homine habitus malus ad aliquid declinat, cui conſcientia recalcitrat.
e *Nemo poteſt uaſa for.* Iſte fortis eſt fomes, qui fortiter inclinat ad malum, ſed per rationem fortiter alligatur, quando virtutis habitus in iraſcibili & concupiſcibili per bonum exercitium confirmatur, & tunc eius vaſa, id eſt opera diſſipantur.
f *Et veniunt mater eius & frat. foris ſtantes.* Chriſti mater, & eius fratres poſſunt dici ſynagoga & Iudæi, qui foris ſtare dicuntur Chriſto prędicante, quia gentibus Chriſto credentibus ſynagoga cum Iudæis extra fidem manſit pro maiori parte.

## GLOS. ORD. CAP. IIII.

*Iterum cæ.docere Be.* Exiens de domo ubi dæmonium habere dicitur, docet ad mare, vt oſtenderet ſe ob perfidiæ culpam Iudæam relicturum & ad gentes tranſiturum. Vnde apte præmittitur, quia prædicante eo in domo, mater & fratres foris ſteterunt. Hiero. Cœpit docere ad mare, vt locus indicet auditores amaros & inſtabiles. Et ideo in parabolis loquitur, vt qui non intelligerent, ab apoſtolis, quos contemnebant inquirentes diſcerent myſterium regni quo carebant. Mare mundus eſt, qui guſtatus amarus eſt, & vitiorum fluctibus inquietus: ſed ab ipſo Domino eripiũtur prædeſtinati, qui amara dulcificat, triſtia cõuertit in gaudium, ægritudinem in ſalutem.
b *Nauim aſcendens in ſe.in ma. Be.* Eccleſiam, quę eſt in mari inter infideles, quã Deus gratia ſuæ viſitationis illuſtrat, & dilectam ſibi manſionem conſecrat.
c *Et omnis turba circa mare. Hiero.* Hi ſunt, qui nuper ad audiendum verbum uenerunt, & inde pietate animi ab amaritudine reproborum tanquã a mari, ſequuti ſunt, ſed nondũ cum Domino in naui ſunt, quia nondum cæleſtibus myſteriis vel ſacramentis, quæ deſiderant, imbuti ſunt.
d *In para.mul.* Parabola eſt rerum natura diſcrepãtiũ ſibi ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio. More ſuæ prudentiæ loquitur, ut qui cæleſtia capere non poterant, per ſimilitudinem terrenam auditam percipere potuiſſent. Grece, ſimilitudo dicitur quando quod intelligi volumus, per aliquas comparationes indicamus, vt ferrum, aliquem durum, velocem ventis comparamus & auibus. Idem fit in triceſimo ſexageſimo & centeſimo fructu, ideſt lege, prophetia & euangelio, quòd in ore trium teſtium myſterium regni in monte oſtenſum, ideſt Moyſi Eliæ & Ieſu conſiſtit.
a *Alind cecidit ſecus viam: & venerunt uolucres &cæt.* Lucas: Et conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt. Via mens, metu carnalium cogitationum trita vnde ſemen perit nec fructum affert, & a volucribus rapitur, ideſt a dæmonibus. Qui volucres cæli dicuntur, ſiue quia cæleſtis & ſpiritualis naturæ, vel, quia in aere habitant.
b *Hi autem ſunt, qui circa uiã vbi ſeminatur verbũ &c* Differentias ponit eorum qui audiunt verbum. Sunt autem quidam, vt gentiles, qui nec audiunt.
c *Reliqua concupiſcentię &c. ſuffocant verbum.* Quod prę ceptũ eſt, pręcipitur enim Concupiſces ſapientiam. ſerua mãdata &c. Et alibi: Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. Hę cõcupiſcentiæ bonæ, qu. reliqua concupiſcit, & aberrat.
d *Lucerna.&c.* Hiero. Lucerna verbum Dei. Modius aut lectus, auditus inobediẽtium. Candelabrũ, apoſtoli, quos illuminauit verbum Dei. Abſconditum & occultum, quod palam fit cum a Domino tractatur Bed. modius, vita noſtra diuina præſcientia menſurata. Lectus caro, in qua quieſcit anima. Lucerna verbum, quod illuminat. Qui ergo amore præſentis vitæ & carnalis illecebrę occultat verbũ Dei, quaſi ſuo modio vel lecto lucernam operit, quia ei carni concupiſcentias præponit.
e *Nonne vt ſuper candelabrum ponatur. Bed.* Vt dominetur prædicatio veritatis ſubſit ſeruitus corporis, per quam tamen excelſior appareat doctrina tãquam per candelabrum lucerna.
f *Non eſt enim aliquid &c.* Q. Nolite erubeſcere euangelium, quia nihil occultum modo, quod non fiat palam in iudicio quando illuminabit deus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, vbi vobis a Deo laus, illis autem poena æterna.
g *In qua menſura menſi &c.* Hieronymus. Etenim ſecundum menſuram fidei vnicuique diuiditur intelligentia myſteriorum & adijcietur nobis donum ſcientiæ, etiam adijcientur virtutes.

## CAP. IIII.

*Eodem die. vnde Matthæus poſt ſuperiorem ſermonẽ, cõtinuo ſubiungit. In il.d.ex.&c.*
† Iterũ cępit do-
*Gentes tumidas & amaras.*
cere † ad mare: et
*Be. Frequentia populorum ad fidem confluentiũ.*
cõgregata eſt ad eũ turba multa, ita ut in nauim aſcẽdẽs ſederet in mari, & oĩs turba circa mare ſup
*Infidelium.*
terrã erat: & docebat illos in parabolis multa, & docebat illos in doctrina ſua. Audite:
*Chriſtus. De ſinu patris in mundum, vel de Iudęa ad Gentes, vnde Habacuc: Egreſſus es in ſalutem populi tui. b Verbum per ſe vel per ſuos.*
† Ecce exijt ſeminãs ad ſeminãdum. Et † dum ſeminat:
*Circa.*
aliud cecidit ſecus uiam: et uenerunt uolucres, & comederunt illud.
*Bed. Duriciam proteruę mentis.*
Aliud verò cecidit ſup petroſa, ubi nõ ha-
*Bed. Leuitatem animi obedientis. b Bed. Quia audito verbo ad horam delectantur.*
buit terram multam & ſtatim exortum eſt, quoniã nõ
*Probitatem animi cæleſti diſciplina exercitati, & ad obediendum regulariter inſtituti. b Feruor perſequutionis.*
habebat altitudinẽ terrę, & quãdo exortus eſt ſol, exæſtuauit, & eò ꝙ nõ habebat radicem, exaruit. Et aliud ce-
*Firmi deſiderij. b Quia huiuſmodi ad horam tantum audito ſermone delectantur.*
*Corda diuitiarum cura ſollicitata. b Multiplicatæ ſunt diuitię. c Nec poteſt fructificare verbum.*
cidit in ſpinãs, & aſcẽderũt ſpinę, et ſuffocauerũt illud,
*Ideo. Fidelem mentem.*
& fructũ non dedit. Et aliud cecidit in terrã bonã, & dabat fructum aſcẽdẽtẽ & creſcẽtẽ: & afferebat unum triginta, et unũ ſexaginta, & unum cẽtum.
*Fidem ſanctę trinitatis. In coniugatis, quod ſignificat index & pollex, ad ſignificandum tricenarium quaſi blando oſculo iuncti. b In viduis. c In virginibus. d Significat ſe alta dixiſſe,*
Et dicebat: Qui hẽt aures audiẽdi audiat.
*Cordis. b Intelligat. c Secretus a turba.*
Et cum eſſet † ſingularis, interrogauerũt eum hi † qui cũ eo erant duodecim parabolam.
*Diſcipuli. Qui mecum, non his qui foris ſunt. b Secreta ſcripturarum.*
† Et dicebat eis: Vobis datum eſt * noſſe myſteriũ regni Dei:
*Nolunt accedere. b Non in naui mecum. c Non modo verba, ſed & facta: quia non poterant capere ſpiritualia, quæ in eis tegebantur.*
Illis aũt qui † foris ſunt, omniã in parabolis fiunt, ut uidẽtes uideãt, & nõ uideãt, et audiẽtes audiãt, & non intelligãt, nequando cõuertãtur, & dimittãtur eis peccata.
*Exterius b Exteriora. c Corde. d Exterius. Corde. Id eſt ut non. b Q. Ideo non conuertuntur, nec remittuntur eis peccata. Excitat attentionem.*
Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoſcetis? Qui ſeminat uerbum ſeminat.
*In quibus.*
Hi autem ſunt qui circa uiã ubi ſeminatur uerbũ, & cũ audierint, confeſtim uenit Sathanas & aufert uerbum quod ſeminatũ eſt in † cordibus eorũ.
*Quia nulla fide, nullo intellectu, vel tentandi vtilitatis occaſione percipiunt.*
*Be. Hi vtilitatem probant, deſiderium guſtant, ſed aduerſa impediunt quæ formidant.*
Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminãtur, qui cũ audierint uerbũ, ſtatim cũ gaudio accipiũt illud, & nõ ha-
*Fidem firmam. Ad tempus credunt. Ergo. b Interiori.*
bẽt radicẽ in ſe, ſed † tẽporales ſunt, deinde orta tribulatione & pſequutione pp uerbum, confeſtim ſcãdalizãtur.
*De loco in locum.*
*Diuitijs, quę diuerſis curis pungunt, quia permultis indigent, qui permulta poſſident.*
Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur, hi ſũt q uerbũ audiũt, & † ærũnæ ſeculi*, & deceptio diuitiarũ & circa reliqua cõcupiſcẽtiæ introeũtes ſuffocãt uerbum, &
*Curarum. b Appetitus deficiens. Acquirendi. b Id eſt ſtrangulant guttur mentis nec bonum deſiderium ad cor tranſire ſinunt.*
ſine fructu efficitur.
*Fidelem conſcientiam.*
Et hi ſunt qui ſuper terrã bonam ſeminati ſunt: qui audiunt uerbum & ſuſcipiũt, & fructificant, unum trigintã, unum ſexaginta, & unum cẽntum.
*Beda. Hi excipiunt, conſeruant, & fructificant.*
*Fidem trinitatis in electorum cordibus. b Perfectionem bonæ operationis, quia ſex diebus ornatus mundi expletus eſt. c Bed. Perpetuam beatitudinem, quia centenarius a leua trãsfertur in dexteram digitali computatione.*
*Q. Vobis datum eſt n.m.r. ſed cęteris per vos idem myſterium reuelandum. & ideo carnali timore non abſcondatis. Verbi Dei.*
Et dicebat illis: † Nunquid uenit lucerna, ut ſub modio ponatur, aut ſub lecto? Nonne ut ſuper candelabrum ponatur?
*Vita veſtra. b Carne. Corpus. Vt dominetur.*
† Non eſt enim aliquid abſconditum, quod non manifeſtetur, nec factũ eſt occultũ, ſed ut † in palã ueniat.
*Alias reueletur. Intelligendi verbum Dei. b Memorię mandet. Non ſe ſubtrahat, non auditum ad fabulas conuertat.*
Si q̃s habet aures audiẽdi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. † In qua menſura
*Q. Omnia quę poteſtis ſolerter facite, quia: In qua menſura menſ. fue. reme. vo.*

## NICOL. DE LYRA. CAP. IIII.

Iterum cœpit. *Hic conſequenter oſtenditur feruor prædicandi in ſpeciali. Et primo deſcribitur feruor prædicationis. ſecundo, ex hoc inſurgens liuor æmulationis: in principio. vi. ca. Circa primum euangeliſta primo deſcribit prædicationis typum. ſecundo, prædicationis fructum, ibi: Et dice. Sic eſt regnum Dei. tertio, confirmans miraculum, ibi: Et ait in illa die. Circa primum primo deſcribitur prædicationis Chriſti tempus & modus. ſecundo prædicationis parabola ſiue typus, ibi: Ecce exijt ſeminans. tertio, huius parabolæ aperitur intellectus, ibi: Et cum eſſet ſingularis. Et iſta pars diuiditur in duas: quia primo aperitur intellectus parabolæ apoſtolis ſpecialiter. ſecundo prædicitur aperiendus per apoſtolos omnibus generaliter, ibi: Nunquid venit lucerna, tres primæ partes expoſitæ ſunt Matthæ. xiij. paucis exceptis.*
b Et cum eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi, qui cum eo erant duodecim parabolam. *id eſt extra preſſuram turbarum tunc expoſuit parabolam apoſtoli.*
c Nunquid venit lucerna: vt ſub modio ponatur &cæ. *Hic oſtenditur doctrina euangelica per apoſtolos publicanda. Quod factum eſt poſt aſcenſionem Chriſti ad cœlos. tunc enim diſperſi ſunt per orbem vt in omnem terram exiret ſonus prædicationis eorum: & etiam ante paſſionem Chriſti miſſi ſunt ad prædicandum, non tamen ita diffuſè: & hoc eſt quod dicitur: Nunquid venit lucerna: id eſt doctrina euangelica ſecundum illud Pſalmi. Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c.*
d Vt ſub modio ponat.&c. *id eſt occultè in latebris doceatur, ſicut doctrinæ ſuſpectæ hæreticorum & hominum malorum, quaſi dicat, Non.*
e Nonne vt ſuper candelabrum ponatur. *hoc eſt in palam, & publicè doceatur. quaſi dicat Sic.*
f Non eſt enim aliquid abſconditum. *quia illa, quæ Chriſtus docuit apoſtolos ſecrete, uoluit per apoſtolos prædicari publicè & manifeſtè ſecundum quod dicitur eis. Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.*
g Siquis habet aures audiendi. *id eſt deſiderium intelligendi doctrinam Chriſti, quaſi dicat. talis poteſt proficere non ſolum ſibi intelligendo, ſed etiam alijs ipſos docendo, ideo ſubditur:*
i In qua.men.menſi fueritis. *Quod exponit ſic Be. Si ſolerter omnia*

## MORALITER.

a *Et iterum cœpit docere ad mare, & cong.* Sequitur: Ecce

## MORALITER.

a *Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum.* Sicut docet quis verbo, ſic etiam exemplo. Matthæi. xiij parabolam iſtã expoſui de verbo doctrinæ. Hic autem exponi poteſt de exemplo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Qui enim ha.da.ei.ſ.* qui fidem habet, habebit uirtutem. & qui habet opus verbi, habebit intelligentiam myſterij. Et ecõtra, qui non habet fidem, deficit virtute: & qui non habet opus verbi: eius intelligentia caret: & qui non intelligit iam auditum perdit, ac ſi non audiſſet. E

Commen. in Mar. 4. to. 9. b *Sic eſt re.* Hiero. Scriptura diuina p terrenas ſimilitudines monſtrat cæleſtia ſacramenta, ſicut totum euãgeliorum corpus conſtat. *Regnum Dei.* eſt eccleſia quæ regitur a Deo, & ipſa regit homines, & vitia calcat, vt centurio habens ſub ſe milites. Homo iaciẽs ſemen filius hominis eſt Semen, eſt uerbũ. Terra, corda humana. Dormitio hominis, mors eſt ſaluatoris. Exurget ſemen nocte et die, poſt ſomnum Chriſti, numerus credentium per proſpera, & aduerſa magis, magiſque germinauit in fidem & creuit in opere. *Dum neſ.il.* Tropice Tropica eſt iſta loquutio, & in diuinis crebertima, neſcit, i. neſcire nos facit quis fructum in fine afferat, dum dicit: Mat. 10. c Qui perſeuerauerit in finem, hic ſaluus erit. †De pe.di. 1. ca. dum ſanctam. *Vltro.n.ter.fru.* dum voluntatẽ noſtrã Deus expectat dicens: Mat. 9. e Si vis peruenire ad vitam ſerua mandata. Pſa. 110. b *Pri.her.* i. timorem. Initium ſapientiæ timor Domini. *Deinde ſpi.* i. pœnitentiam lachrymoſam: *Deinde ple.fr.in ſpi.* i. charitatem. Roma. 13. c Plenitudo .n. legis eſt charitas. *Et cum ex ſ* pro. †producatur. Falx, eſt mors vel iudicium quod ſecat omnia Pſal. 125. a *Quo. adeſt. meſ.* i. conſummatio ſæculi, in qua iuſti gaudebunt qui lachrymis ſeminauerunt.

Vbi ſup. c *Sicut gra.* Hiero. Hoc ſemen iterum cõparat grano ſinapis, quod minimum in timore eſt, magnũ in charitate, quæ maior eſt omnibus oleribus, quia Deus cha1. Ioan. 4. c ritas eſt, & omnis caro fœnum & qui inEſa. 40. b firmus eſt, olera mãducet. Roma. 14. a Et facit ramos miſericordię, & compaſſionis: Mat. 13. c Cuius ſub umbra pauperes Chriſti, qui ſunt cæli animalia delectantur habitare: F

d *Seminatum ſue.* A Chriſto ſiue ab homine in terra, vel in agro. i. in corde ſuo. Hic homo, eſt ſenſus noſter & animus, q fouens granum prædicationis humore fidei facit pullulare in agro pectoris ſui.

e *Minus eſt &c.* Quaſi contemptibilia prędicans. †Luc. 13. d & primo non creditur, quia prædicat Deum hominem mortuum crucifixum hoc eloquentiæ & ſapientiæ Philoſophorum cõparatũ minus inuenitur.

f *Aſcendit in ar.* Quæ altitudine, amplitudine, annoſitate tranſcendit herbarũ naturam. Alta eſt, quia ad cæleſtia ſuſtollit. Ampla, quia totum mundum occupauit. Annoſa, quia non poterit finiri.

In Mar. euang. lib. 1. c. 4. to. 5. g *Oleribus. Bed.* Philoſophicis diſciplinis, quæ quanto apertius excreſcunt, viliores fiũt: qa ſicut olera herbarũ cito decident.

Ibidem h *Sine para. Bed.* non ꝙ nullum ſermonẽ turbis apertum faceret, ſed quia nullus ſermo eius inuenitur, in quo aliquid parabolæ non inueniatur.

Vbi ſup. i *Seorſum au.di* Hier. Illi enim digni erant audire myſteria in intimo penetrali ſa†ædificare pientiæ, qui remotis cogitationum tumultibus in ſolitudine virtutum permanebant. Sapientia enim eſt in tempore ocij diſcenda.

*In naui.*

a ¶ In præſenti ſenſus intelligendi, & effectus operandi, & in futuro dona æterna retributionis adijcientur.

menſi fueritis, † remetietur uo-

a ¶ Q. Verbo quod auditis operam date. Qui enim habet &c.

a bis, & adijcietur uobis * † Qui a

a ¶ Amorem verbi. b ¶ Senſus intelligendi quod amat.

enim habet dabitur illi, & qui b

¶ Amorem. a ¶ Naturali igneo vel literarum exercitio.

non habet, etiam quod habet c

a ¶ Beda. Id eſt nulla veræ ſapientiæ dulcedine gaudebit.

auferetur ab eo. Et dicebat: d

¶ Eccleſia.

b † Sic eſt regum Dei, quemad- e

¶ Filius hominis. ¶ Verbum.

modum ſi homo iaciat ſemen-

¶ Corda. ¶ Moriatur.

tem in terram, & dormiat: &

¶ Aduerſis. ¶ Proſperis.

exurgat nocte & die, & ſemen

a ¶ In opere. b ¶ Neſcire facit.

germinat & † increſcat dum ne- b

¶ Quia in arbitrio hominis eſt.

ſcit ille. Vltro enim terra fru-

a ¶ Timorem.

ctificat, primum herbam, de-

b ¶ Pœnitentiam lachrymoſam. ¶ Charitatem.

inde ſpicam, deinde plenũ fru- f

mentum in ſpica. Et cùm ex ſe g

produxerit fructus, ſtatim mit

¶ Mortem vel iudicium. ¶ Finis ſeculi.

tit falcem, quoniam adeſt meſ- h

ſis. Et dicebat: Cui aſſimila- i k

a ¶ Beda. Prædicatio euangelij, quæ ducit ad regnum Dei: de qua dicitur: Auferetur a vobis regnum &c.

bimus regnum Dei, aut † cui pa

rabolæ comparabimus illud?

l † Sicut granum ſinapis, quod l

a ¶ Beda. In corde credentis, vel in mundo.

cùm ſeminatum fuerit in ter-

a ¶ In timore.

e ra, minus eſt omnibus ſemini-

f bus quæ ſunt in terra: & cum

natum fuerit, aſcendit in arbo-

a ¶ Primo paruũ. b ¶ Charitate.

g rem, et fit maius omnibus ole-

a ¶ Omnis caro fœnum.
b Prædicatores ex ipſa prædicatione naſcentes. ¶ Ramos, miſericordię & compaſſionis.

ribus, & facit magnos ramos,

a ¶ Protectione Dei, de qua ſub vmbra illius quem deſiderabã ſedi &c.

ita vt poſſint ſub vmbra eius

a ¶ Sancti.

aues cęli † habitare. Et talibus m

multis parabolis loquebatur eis

a ¶ Lac potum dedi vobis, non eſcam.

uerbum, prout poterant audi-

h re: † Sine parabola autem non

¶ A turba.

i loquebatur eis. Seorſum au- n

¶ Spiritualibus ſpiritualia dignis intelligere. ¶ Aperte.

tem diſcipulis ſuis † diſſerebat

*Seruus qui ſcivit voluntatem Domini ſui, & non facit, vapulabit multis.* G

Luc. 12. f d Et dicebat. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti prædicationis fructus, primo in vno homine, ſecundo, in communitate eccleſiæ, ibi:* Et dicebat cui aſſi. Diuiſio *Circa primum ſciendum, quòd per ſemen intelligitur prædicatio, ſicut patet in parabola præcedenti. Ex ſemine autem iſto recepto in aliquo homine ſit talis proceſſus: quia primo concipitur timor diuinorum iudiciorum, & ſignificatur per herbam, quæ eſt quid imperfectum, cum dicit:* †menſurabitur Fructifi pri. h. *Et quia ex timore ceſſat homo a malis, & incipit ſe exercere in bonis: ideo ſecundo concipitur ſpes diuinorum beneficiorum* *qui audi-tis † Luc. 8. c Matt. 13. b *quæ ſignatur per ſpicam, in qua iam eſt ſpes grani futuri, cum dicitur:* Deinde ſpi. *Tertio, ex hoc datur charitatiuus amor, q habet opus perfectum: & ideo ſignificatur per plenum frumentum. cum dicitur:*

Roma. 13. f Deind. plenum fru. *Quia vt dicitur. Plenitudo legis eſt dilectio: & tunc eſt homo diſpoſitus, vt de ſtatu gratiæ tranſeat ad gloriam. ideo ſubditur.*

g Et cum ex &c. mit. fal. *ſ. ipſe Dominus abſcindendo iuſtos de præſenti vita, vt transferat ad gloriam. ideo ſubditur:*

h Quoniam adeſt meſſis, *ideſt collectio iuſtorum in patria.*

i Et di. *Hic conſequenter deſcribitur fructus prædicationis Chriſti quantum ad cõmunitatẽ eccleſiæ, quæ de paruo ſtatu creuit ad magnum ſicut ſinapis granum: & patet ſententia ex dictis, Matth. xiij. excepto, quòd hic ſubditur.*

m Et talib. mul. *Quod exponit Theophilus dicens: Quoniam turbæ erant indoctæ a conſuetis nominibus inſtruit eas per ſimilitudinem rerum ſenſibilium, quæ erant eis cognitæ. Sed hoc videtur contradicere ei quod ſupra dixit Chriſtus apoſtolis eodem capitulo. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: Illis autem qui foris ſunt, in parabolis, vt videntes videãt & non uideant: & Matth. xiij. d. In parabolis loquor eis, quia uidentes non vident, &c. Dicendum, quòd ſacra ſcriptura hoc habet proprium, quòd ſub vna litera habent plures ſenſus quorum aliqui ſunt potentiores, & alij magis latentes: & ideo in parabolis Chriſti turbæ capiebant ſenſum magis patentem, non autem latentem, ſed de tali intellectu docebat Chriſtus apoſtolos ad partem. ideo ſubditur:* H Parabolis quare dominus populis prædicauit. †qua parabola

n Seorſum autem diſcipulis, &c. *De turbis autem prædictum eſt, vt videntes videant, & non videant, id eſt capiant ſenſum magis patentem, non autem latentem.*

¶ Et ait illis

## MORALITER.

✻ exemplo vitæ, quod ſemen dici poteſt. Videntes autem exemplum hoc ſemen recipiunt, ſed diuerſimode: Nam aliqui ſunt dæmonum ſuggeſtionibus paruij qui rapiunt ſemen illud, ſignificati per volucres, per ſuperbiam alta petentes. Aliqui verò ſunt in malicia indurati ſicut petra, propter quod ſemen in eis non facit fructum. Aliqui vero ſunt ſicut ſpinæ pungitiui & maledici, propter quod ex bono exemplo non proficiunt ſed magis deficiunt attribuentes illud hypochriſi. Aliqui uero ſunt bonæ uolunatis & deuotionis, & iſti proficiunt inde diuerſis tamen gradibus ſecundum gratiam a Domino ſibi datam.

Lib. 1. ſuper Ezec. hom. 15. poſt princ. tom. 1. e *Sic eſt re.* Gre. Cum deſideria bona concipimus, ſemen in terra iactamus, cum opera ri recta incipimus, herba ſumus: cũ ad profectũ boni creſcimus, ad ſpicã peruenimus, cũ eiſdẽ operationis perfectione ſolidamur, iã plenum frumentum in ſpica proferimus. †aperiebat Miſſio vero falcis tempus eſt bonæ mortis.

## NIC. DE LYRA.

¶ *omnia quæ valetis bona facere ac proximis intimare ſtudetis, aderit diuina pietas, q̃ vobis in præſenti ſenſum altiora capiendi conferet, & in futuro retributionem æternam adijciet, &* †Mat. 7. c *ideo ſubditur:* Et adiicietur vobis.

a Qui. n. ha. da. il. &c. *quia habens fidem & gratiam ex vſu talis gratiæ meretur, quòd iterum ſibi detur gratia ad augmentum præcedentis.*

b Et qui non habet. *ſ. fidem gratiam quales erant ſcribę & Phariſæi.*

c Etiam quod habet auferetur ab eo. *Quia noticia legis, quam habebant, ablata fuit ab eis, inquantum non valuit eis ad ſalutem: ſed magis fuit eis in augmentum ſuæ damnationis, ſecundum dictum Saluatoris Seruus*

k *Cui aſſimilabimus regnum Dei.* ſequitur.

1. Cor. 13. l *Sicut gra. ſi.* Seminatio, eſt boni propoſiti conceptio: profectus ſeminis incipit a timore, qui principium eſt ſapientiæ: & eſt minimũ inter ſeptem ſpiritusſancti dona: ſed fit magnum introducta charitate, quæ maior eſt omnibus virtutibus. Et facit ramos per actus charitatis diſtinctos: in quibus aues cęli. i. contẽplatiui requieſcũt.

✻ *Et facta eſt*



a *In naui. Be.* Allegori. Mare, ſeculi ęſtus. A Nauicula, crux qua mundi fluctus aſcendimus, & ad littus patrię cæleſtis peruenimus. In Mar. euang. lib. 1. ca. 4. to. 5. Allegor. Aliæ naues quæ cum Domino fuiſſe, nec in altum ductę, nec tempeſtatem pertuliſſe dr̃, eos ſignificant, qui ita fide dominicæ crucis imbuuntur, vt tanq̃ rudes nondum tribulatione pulſati ſuſcepta fidei myſteria in pace cõſeruent. †In ulteriorem ripam. †Mat. 8. d Vel eos q poſt tribulationũ crebras procellas ad tp̃s pacis ſerenitate vtunt̃. †Irruebãt Erãt .n. forſitam illæ naues nuper factæ, & in portum tantum deductæ: vel poſt maris pericula ad portum reductæ.

In Mar. c. 4. to. 9. b *In pupi.* Hie. Puppis mortuis pellibus viuos continet, & fluctus arcet, & ligno ſolidat̃. i. cruce & morte Dñi ſaluatur eccleſia. Ibidem. Hie. Puppis initium eſt ſanctę eccleſiæ, in qua Dñs dormit morte corporali, qua nunq̃ dormiet, qui cuſto. Iſrael. Pſ. 120. a Pſal. 88. b Cõminat̃ vento & mari, de quo dr̃: Tu dñaris ꝑtãti maris. Ventus & mare, dæmones & pſequutores ſunt, qbus dicit, tace, qñ compeſcit edicta iniquorũ regũ vt voluerit, quia non eſt hominis, vt dirigat greſſus ſuos. Trãquilitas mag. pax eccleſię poſt preſſuras, ſiue theorica poſt actiuam uitam.

Vbi ſupr. c *Dormiens. Bed.* Diſcipuli nauigantibus Chriſtus obdormit, quia fidelibus regni futuri qetẽ meditãtib. & ſpũſſancti ſcdo flatu vel Remigio ꝓprij conatus mundi fluctus poſt terga iactãtib' ſubito Chriſti paſſio aduenit, quo aſcẽdẽte puppim crucis, vt ſomnũ mortis caperet, fluctus blaſphemãtiũ dæmoniacis excitati ꝓcellis aſſurgũt, quibus tamen non turbatur eius patientia, ſed diſcipuli turbantur, Moraliter trepidãt, periclitãt̃. Moraliter. Cũ ſigno crucis imbuti, mundũ relinquere diſponimus, nauẽ cũ Ieſu cõ cendimus, mare B trãſire conamur. Sed q non dormitabit Pſ. 120. a neq; dormiet cuſtodiẽs Iſrl̃, nobis nauigãtibus dormit, qa intermedios virtutũ niſus, uel dæmonum uel hoĩm prauorũ uel noſtrarũ cogitationũ impetu, fidei ſplendor

omnia. Et ait illis in die illa cum a

a ¶ Appropinquante occaſu veri ſolis.

ſerò eſſet factum: Tranſeamus

† contra. † Et dimittentes turbã

a aſſumunt eum, ita ut erat in na-

¶ Vel cum eo.

ui: & aliç † naues erant cum illo.

a ¶ Perſequutorum vel dæmoniorum.

Et facta eſt procella magna vẽti b

¶ Eccleſiam.

& fluctus † mittebat in nauim,

ita ut impleretur nauis. Et erat

a ¶ Alias naui.
b ¶ Corpus cui diuinitas, ſicut caput inclinata recumbit.
c ¶ Corporaliter vt homo.

b c ipſe in puppi ſuper ceruical dor

a ¶ Bed. Ne diutius reſurrectione dilata perirent omnino.
b ¶ Diſcipuli turbati precantes reſurrectionem.

miens. Et excitãnt eũ, & dicunt

¶ Q. Non eſt tibi curæ.

illi: Magiſter, non ad te pertinet

a ¶ A morte. per mortem deſtruxit eum, qui habebat mortis imperium.

quia perimus? Et exurgens com

a ¶ Diabolo. b ¶ Perſequutoribus.

minatus eſt uẽnto, & dixit mã-

a ¶ Be. Iudæorum rabiem per reſurrectionem repreſſit, quæ caput quatiens clamauit: Si filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce.
¶ Imperat vt Deus.

d ri: Tãce, obmuteſce. Et ceſſauit

uentus, & facta eſt tranquilli-

a ¶ Pax in eccleſia poſt preſſuras, vel theorica poſt actiuam,

e tãs magna. Et ait illis: † Quid

¶ ideo timidi, quia nec &c.

timidi eſtis? † Necdum habetis

f fidem? Et timuerunt timore

magno: & dicebant ad alter-

¶ Vere mirabilis.

utrum: † Quiſputas eſt iſte,

quia & uentus & mare obediunt ei.

ſplẽdor obtenebreſcit, ſpei celſitudo tabeſcit, amoris flãma refrigeſcit. Sed ad gubernatorẽ recurramus, illũ ſedulo excitemus, q nõ ſeruit, ſed imperat uẽtis, q oĩa ſedabit, q̃ portum ſalutis indulgebit. C †nauiculæ

d *Tace ob.* Nota ꝙ oĩs creatura ſentit imperiũ creatoris. Nõ ꝙ oĩa aĩata, ut mẽtiũtur hæretici ſed maieſtate ꝯditoris quæ nobis inſenſibilia, illi ſunt ſenſibilia.

Vbi ſup. e *Quid ti. eſt. Be.* Q. Quid me p̃ſente timetis. Cui ſiſe eſt, ꝙ poſt reſurrectionẽ exprobrauit incredulitatẽ illorũ, et duriciã cordis qa his qui uiderunt eũ reſurgere, non crediderunt, Et item: Luc. 24. d O ſtulti & tardi corde ad credendũ in omnibus q̃ loquuti ſunt prophetæ: Nõne oportuit ſic pati Chriſtum, & intrare in gloriã ſuã?

Matth. 8. d f *Et ti.* Mattheus. Porrò hoĩes mirati ſũt dicẽtes: Qualis ẽ &c. Nõ ergo diſcipulis ſed alij q in naui erãt mirabãt̃, de eo dubitãtes, cui mare & vẽtus obedirẽt. Vel ẽt ipſi diſcipuli recte homines dicti, qui necdum nouerant potẽtiam Saluatoris.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ait illis in illa die. *Hic conſequenter deſcribuntur miracula doctrinæ Chriſti in confirmatiua. Et primo deſcribitur miraculũ factũ in mari. ſecundo, in terra. in principio ſequentis capituli: Sententia primæ partis patet ex his quæ dicta ſunt. Matth. viij.*

## MORALITER.

✻ b *Et fa. eſt pro. mag. &c.* Nauis quã Chriſtus ingreditur eſt anima iuſti quę ab eo per gratiã inhabitatur. Procella vero ſurgens eſt tribulatio, quæ frequenter inſurgit pie viuẽtibus in Chriſto. †Matt. 8. c †Qũo non Sed Chriſtus dormit cum talia permitit ſecundum vulgare dictũ ſed excitatur cum oratio patientis exauditur. †Quiſnam †Luc. 8. d Et ſit tranquillitas exterius cũ perſequutio ceſſat: vel interius qñ Deus ſuſtinenti patientiam bonam præſtat. Et hæc trãquillitas melior eſt quàm prima ſicut dictum fuit Paulo. D Sufficit tibi gratia mea. Propter quod ſubiunxit. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

## GLOS. ORDINAR. CAP. V.

Vbi ſup. lu. cap. 5. E *T vene. &c. Geraſenorum. Be.* Geraſa vrbs inſignis Arabię trãs Iordanem iuncta monti Galaad in tribu Manaſſe, non longe a ſtagno Tyberiadis in quo porci ꝑcipitati ſunt, ſignificat gentes quas poſt reſurrectionẽ ſuã dñs miſſis p̃dicatorib' viſitare dignatus eſt. Vñ hũ geraſa ſiue gergeſi, colonum eijciẽs, ſiue aduena appropinquans interp̃tat̃: qa gentiũ populus colonum. ſ. diabolum, a quo diu incolebatur, expulit, & qui erat longe, factus eſt prope in ſanguine Chriſti.

1. Tim. 3. a b *Hõ in ſpi.* Iſido. Hõ iſte deſperatiſſimus eſt populus gentiũ quẽ enumerat apl̃s, elatus, ſupbus, immũdus, ſanguinarius, idololatra, ignominioſus: nec lege naturæ, nec Dei, nec humano timore ligatus: cui legio nomẽ eſt. i. decẽ milia q̃ cadũt a dextera p̃ris q̃ eſt Chriſtus. Huic grex porcorũ credit̃. hi ſine reſpũ miſericordie ſimul in inferno p imperiũ immaturæ mortis ſuffocantur. Prou. 19. d Ab his multi fugiunt, qui paſcebant eos: Flagellato enĩ ſtulto ſapiens ſapiẽtior fit vel prudẽtior.

Vbi ſup. c *Et ne. ca. &c. Bed.* Catenis & cõpedibus graues, & duræ leges gentium ſignantur, qbus peccata in re eorũ publica cohibebant̃: Ruptis catenis (vt Lucas ſcribit) ſubito agebatur a Dño in deſerto Luc. 8. e qa ẽt trangreſſis illis legibus ad ea ſcelera cupiditate raptabantur, quæ iam uulgarem excederent conſuetudinem.

*Torque.*

## CAP. V.

a E T uenerunt † trans a

fretum maris in

regionem † Ge-

raſenorum. Et

† exeunti ei de

naui ſtatim occurrit de monu- b

a ¶ Beda. Gentes, quæ dęmoniacis illuſæ doctrinis idola colunt.

b mentis homo in ſpiritu immũ-

a ¶ Quia gentes mortuis operibus. ideſt peccatis delectantur.

do, qui domicilium habebat in

a ¶ Beda. Perfidorum corpora animę peccatis mortuæ ſunt ſepulchra.
b ¶ Legibus diuinis, quia non erat dignus.

c monumentis. Et neque catenis

¶ Vel Deus, vel homo.

iam quiſq̃ poterat eum ligare:

quoniam ſæpe compedibus &

catenis uinctus dirupiſſet cate-

nas & compedes comminuiſ-

ſet: & nemo poterat eũ domare.

¶ Aduerſis. ¶ Proſperis. ¶ In fœditate operum.

Et ſemper nocte ac die in monu c

¶ In faſtibus ſuperbię. a ¶ Be. Per verba duriſſimæ infidelitatis.

mẽtis & in mõtibus erat clãmãs

a ¶ Beda. Idolis. ¶ Quoniam abreptis cautibus ſeipſos furibundi concidebant.

& cõcidens ſe lapidibus. Videns

autem Ieſum a lõge cucurrit, &

## NIC. DE LYRA. CAP. V.

†In ulteriorẽ ripã E T venerunt transfretum. *Hic conſequenter deſcribuntur Chriſti miracula facta in terra ad doctrinæ ſuæ confirmationem.* † Gadarenorum. *Et primum deſcribitur dæmoniaci curatio, ſecundo filiæ Archiſynagogi reſuſcitatio ibi. Et cum aſcendiſſet Ieſus in nauim.* Diuiſio †Marc. 8. d † exeunte eo Luc. 8. d *Prima in duas: quia primo deſcribitur curatio dæmoniaci, ſecundo deuotio ipſius curati, ibi: Cumque aſcenderet: Expoſitio primæ partis patet ex dictis. Matth. viij. paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

b Occurrit ei de monu. homo in ſpi. immũdo. *ideſt obſeſſus a demone Mat. viij. dicitur q erant duo. ad quod dicendum, quòd ſecundum veritatem duo erant dęmoniaci, vt dicit Matthæus. ſed vnus erat ſenior altero in quo erat legio dæmonum, vt dicitur infra & iſte ſolus nominatur hic a Marco, et alius tacetur, quia non erat ita famoſus in malo.*

c Et ſemper &c. in monumenti. *ſcilicet gentilium damnatorum ſuper quorum animas dęmones iam habebant poteſtatem, & ideo habitabãt vbi corpora eorũ erant ſepulta, tanquam ¶ habituri.*

## MORALITER.

✻ a *Et venerunt transfretum.* Sequitur: b *Statim oc. &c.* Per iſtum dæmoniacum diabolus ſignificatur, qui in monumentis & in montibus. ideſt in fœdis & in ſuperbis hominibus habitat & concidit ſe lapidibus ideſt hominibus in fide ſtabilibus, quos acriter tentat. Sed conciditur: nam ✻ ab



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E *a Torqueas.Bed.* magnum tormentum ei a læſione hominis ceſſare,& tanto dimittit grauius quanto poſſidet diutius.

*In Marc. euange. li. 2. c. 5. to. 5. Ibidem.* *b Quod tibi nomen eſt? Beda.* Non quaſi neſcius interrogat,ſed vt confeſſa publica peſte quam tolerauerat, virtus curantis gratior appareat. Sed etiam ſacerdotes noſtri temporis, qui per exorciſmum dæmones eijciunt ſolent dicere:non aliter patientes poſſe curari,niſi quantum ſapere poſſunt omne quod a dæmonibus viſu, auditu, vel quolibet ſenſu corporis aut animi vigilantes dormientesve pertulerunt, patenter confiteantur.

*Ibidem. † De pœni. diſ. 3. c. plures* *c Legio &c.Beda.* Significat populum gentilem numeris idololatriæ cultibus mancipatum : cui contra eſt: Multitudinis cre. e.cor vnum & anima vna . Vnde bene in Babylonis conſtructione linguarum vnitas per ſpiritum ſuperbię ſciſſa , in Ieruſalem per gratiam ſpiritusſancti linguarum varietas eſt adunata:& illa cōfuſio & hæc pacis viſio dicitur,quia electos in pluribus linguis & gentibus,vna fides & pietas toto orbe pacificando confirmat : reprobos autem plures ſectæ quàm linguæ diſſociando confundunt. *† iuxta* *† oēs dæmones*

*Luc. 8. e Vbi ſupra* *d Mitte nos.Be.* Lucas: Et rogabant eum ne imperaret illis , vt in abyſſum irent . Sciebant ergo aliquando futurum vt per aduētum eius mitterentur in abyſſum,non futura prædiuinantes , ſed prophetarum in ſe dicta recolētes:ideoque gloriam Chriſti,quam mirabantur,ad ſuam tendere timebant damnationem.

*Vbi ſup.* *e In por.Be.* Porci ſignificant homines immundos, qui vocis & rationis expertes in mōte ſuperbiæ paſcūtur,& lutulentis actibus oblectant : quibus p cultū idolorum pmīt dæmones dominari. Nā niſi quis porci more vixerit , in eum diabolus poteſtatem non accipit,niſi forte ad probandum non autem perdendum. F

*Vbi ſup.* *f Grex præ.eſt. Bed.* Quia iam clarificata eccleſia,& liberato populo gētium a dęmonum dñatione in abditis agunt ſacrilegos ritus,qui Chriſto credere noluerunt cæca & propſunda curioſitate ſubmerſi.

*Vbi ſup. * cum qui habuerat legionem.* *g Ad duo mi.Bed.* Erubeſcat Manichæus ſi de eadem ſubſtantia, & ex eodem autore hominum beſtiarumque ſunt animę:quoniam ob vnius hominis ſalutem duo mi. porcorum ſuffocantur.

*h Qui an.* Quia quidam primates impiorū quàmuis Chriſtianam legem fugiant,potentiam tamen eius ſtupendo & mirando per gentes prædicant.

*Vbi ſup.* *i Et ui.il.Be.* Lucas ſedētem ad pedes eius: quod ſignat eos , qui a peccatis correcti ſunt fixa mentis intentione veſtigia Saluatoris,quæ ſequantur,intueri.

*Luc. 15. d* *k Veſtitum.* Virtutum ſtudio,quod veſana mēte perdiderat . Vnde filius prodigus ad patrē rediens, mox ſtola prima cum annulo induitur : quia quiſquis vero corde pęnituerit poteſt donante Chriſti gratia priſtina iuſticiæ opera de quibus ceciderat cum annulo inuiolatę fidei recuperare.

*l Et ti.* Multi enim antiqua ſuauitate delectati honorare ſe,ſed pati nolle Chriſtianam legē dicunt , quia eam implere non poſſunt, admirantes tamen fidelem populum a priſtina conuerſatione ſanatum.

*m Et ro.cu.eum.Rab.* Vt Petrus . Exi a me Domine , quia homo peccator ſum, &c. Ne tangant arcam Dei. vt Oza.

*† traiecisset Luc. 5. b 2. Reg. 6. b Vbi ſup. † illum* *n Vade in do.tuam.Be.* Sic quiſq; poſt reſurrectionem peccatorum in conſcientiam bonam redeat & propter aliorum ſalutē euāgelio ſeruiat:vt poſt cum Chriſto quieſcat,nedum preproperè vult iam eſſe cum Chriſto, negligat prædicationis myſterii fraternæ redemptioni accommodatum. Hierony.

adorauit eum,& clamans uo

a ¶ Be. Q. nihil commune nobis. ¶ Hoc contra Iudæos qui dicunt. In Beelzebub eijcit dæmo.

ce magna,dixit. Quid mihi &

a Hoc contra Arrium,qui negat filium Dei. ¶ Credunt & contremiſcunt filium Dei. ¶ Alias lunami.

tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? Ad-
a iuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi : Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat eum : a
b Quod tibi nomen eſt? † Et di-
c cit ei:Legio mihi nomē eſt qa b multi ſumus . Et deprecaba- c

a ¶ Sed mitteret in gregem porcorum,& hoc eſt:Erat enim &c.

tur eū multū ne ſe expelleret d extra regionem. Erat autē ibi †circa montem grex porcorū magnus paſcēs in agris.Et deprecabantur eum †ſpiritus,di-
d e centes:† Mitte nos in porcos,

a ¶ Vt porcorum perditio,hominibus eſſet ſaluis occaſio,paſtores enim videntes ſtatim nunciauerunt ciuitati.

ut in eos introeamus. Et cōn-

a ¶ Beda. Accepta poteſtate a Deo,aliter enim nec pecoribus nocerent.

ceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeūtes ſpiritus immundi introierunt in porcos,& magno im-
f petu grex pręcipitatus eſt in
g mare ad duo milia & ſuffoca-
h ti ſunt in mari. Qui autem paſcebant eos,fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros . Et egreſſi ſunt uidere quid eſſet factū,& ueniūt ad
i Ieſum , & uident illum qui a dæmonio uexabatur ſedentē
k l ueſtitum,& ſanæ mentis* & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant , qualiter factum eſſet ei qui dæmonium

a ¶ Conſcij fragilitatis ſuæ adhuc infirmi pondus ſapientię eius ſuſtinere non poterant.

m habuerat, & de porcis. Et rōgare cœperunt eum ut diſcederet de finibus eorū.†Cumque aſcenderet nauim , cępit e illum deprecari qui a dęmonio uexatus fuerat , ut eſſet

a ¶ Diſſolui , & eſſe cum Chriſto multo melius eſt. b ¶ Quia manere in carne propter alios neceſſarium eſt.

cum illo, et nōn admiſit eum f
n ſed ait illi : Vade in domū tuā ad tuos,et annuncia illis quāta tibi fecerit Dñs,& miſertus ſit tui. Et abijt & cępit prędi- g care in decapoli quāta ſibi feciſſet Ieſus:& omnes mirabātur . Et cum † tranſcendiſſet h Ieſus in naui rurſus transfretum , conuenit turba multa † ad eum : & erat circa

¶ Moyſes legislator.

o mare. Et uenit quidam de ar- i

Hierony. Homo ſanatus mittitē in domū ſuā i.in ſpūalē legis obſeruantiā: & pdicat in decapoli .i. obſeruat decalogū , dū Romano nūc regno cōuertunē Iudæi.i. ſunt de ecclīa.q ēt in līa tm̄ pēdēt decalogi: qa moralia ad literā obſeruāda ſunt. *Bed.* Matthæus duos:Marcus & Lucas vnum a dæmone curatum dn̄t,qa vnus eorum clarioris nominis,eſt famoſioris:& ideo curatio eius & famoſior. All Duo,gētes ſignificāt de duobus filijs Noe. Cū enim Noe tres filios genuerit. vnus aſſumptus eſt in poſſeſſionem Dei,duo idolis dediti. G *Cō.in Mar. c. 5. to. 9.* *vbi ſup.* *Allegor.*

*vbi ſup. Rom. 11. d* *o Et ue.qui.de ar.&c.* Hier. Poſt hæc Iairius archiſynagogus venit, quia cum intrauerit plenitudo gentium tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Iayrus illuminans vel illuminatus.i. Iudaicus populus vmbra literæ depoſita ſpiritu illuſtratus & illuminatus,procidens ad pedes i. ad incarnationem Ieſu ſe humiliās,rogat pro filia:qui ſibi viuit alios viuere facit . Abraham & Moyſes & Samuel rogant pro plebe mortua , & ſequitur Ieſus preces eorum. *Beda.* Iairus illuminans vel illuminatus: quia uerbis uitæ populum illuminauit : & ut hoc poſſet,a ſpiritusancto illuminatus eſt. *vbi ſup. † Matt. 14*

☞ *Quoniam filia*

## NIC. DE LYRA

¶ *habituri ptātem ſuper ea poſt finale iudicium.*

a Et in.eum.quod ti.no. eſt. *Interrogauit autē Chriſtus, non quia ignoraret: ſed vt multitudo dæmonum in illo homine habitantium ex confeſſione eorum appareret vnde ſubditur :*

b Legio mi.no.eſt. *Legio autem proprie dicitur numerus determinatus armatorum in exercitu : Et cōtinet ſex millia ſexcentos ſexaginta ſex, & inde dicitur legio in dæmonibus qui militant contra nos.* *Legio quid eſt.*

c Et depræcabatur. *ſcilicet legio dæmonum.* H

d Ne ſe ex &c. *i.extra hoīm habitationē:vnde & Luc.viij.e.dicitur in abyſſū:locus.n.inferni debetur dæmonibus, pmittūtur tamē in hoīes habitare vſq; ad iudiciū vt glorioſior ſit electorum victoria in dæmonum tentantium ſuperationem.*

e Cumque aſcende. *Hic deſcribitur curati deuotio,quia gratus de beneficio ſibi collato,voluit ſequi Chriſtum.Ieſus autem:*

f Non ad.eū. *i.nō recepit eum ad apoſtolatū vel diſcipulatū p p horrorē præcedētis paſſionis. Item ne aſcriberetur dæmoni , quòd iſte faceret ſi eſſet diſcipulus Chriſti. Ex hoc loco accipitur,quòd dæmoniaci & furioſi poſt curationem non promouentur in eccleſia Dei.*

g Et abijt & cœ.prædi.in decapo. quam &c. *Nomen eſt regionis : & dicitur a deca quòd eſt decem & polis quòd eſt ciuitas.*

h Et cū tran. Ie.in na. *Hic conſequenter deſcribitur reſuſcitatio filiæ archiſynagogi:Et primo deſcribit huius facti inchoatio. ſcdo , interponitur mulieris ſanguifluæ curatio ibi : Et mulier q̄ erat in profluuio ſanguinis. tertio. deſcribitur pdicti facti cōſumatio, ibi: Adhuc eo loquente : Sententia iſtarum trium partium :patet ex his quæ dicta ſunt Matth. ix. exceptis aliquibus quæ exponentur. Quantum ad primam partem dicitur hic.* *† Luc. 8*

¶ Depræcabatur

## MORALITER.

* ab eis deuincitur. Nomen eius legio:quia multis in malum ſociatur. Eius autem eiectio per Chriſtum ſignificauit dęmonum multitudinem deuincendam per ipſum , Quod autē dęmones eiecti porcos intrauerūt, ſignificat, quòd intrant ducētes vitam porcinam:& eos præcipitant in gehennam.

*i Et ue.quidam de archiſynagogis.* Per quem intelligi poteſt vnus de ſacerdotibus curatis , qui ſi habeat aliquam perſonam in periculo mortis ſpiritualis, cui non poteſt aut neſcit ſucurrere , debet ad Ieſum venire.i. ad illum qui habet zelum ſalutis animarum : & ſcit & poteſt remedium adhibere . Et ſi aliqui velint impedire dicentes: *Mat. 9. d*

* *Quoniam filia*



☞ *a Quoniam filia mea.* Beda. Lucas, quia filia vnica erat illi fere A annorum. xij.& hæc moriebatur. Filia Archiſynagogi, eſt ſynagoga ſola legali inſtitutione compoſita,quaſi vnica Moyſi nata. Hæc. xxij. anno.i.tempore pubertatis appropinquante moriebatur,quia nobiliter a prophetis educata,poſtquam ad intelligibiles annos peruenit, & ſpiritualem Deo ſoblem generare debuit,ſubito errorem languore conſternata, ſpirituales vias deſperabiliter omiſit. *In Marc. euang. lib. 2. c. 5. tom. 5. Luc. 8. f*

*b Et comprimebant .* Dum ad puellam ſanandam vadit,a turba comprimitur : qa Iudæis ſalutis monita præbens , quibus ægram eorum conſcientiam erigeret,noxia carnalium populorum conſuetudine grauatus eſt.

*Rom. 11. e Nota* *c Et mulier &c.* Pergente domino ad filiā Archiſygogi , morboſa mulier annis xij. pręcepit ſanitatem,& poſt filia ſanata eſt,& ſuſcitata eſt , quia ſic diſpenſata eſt ſalus humani generis,vt primo aliqui ex Iſrael, deinde plenitudo gentium , & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Be. Notandū, quod puella duodenis & mulierem xij. annis ſanguine fluxit.i.quando hęc nata fuit illa infirmari cœpit . Vna enim pene eademq; ſeculi ætate & ſynagoga in patriarchis naſci & gentes cæperunt idololatria foedari. B. Mulier ſanguinaria à domino curata, eccleſia eſt de Gentibus in genti carnalium delectatione fluxu polluta,& iam à cætu fideliū ſegregata. Hæc dū Xp̄s Iudeā ſanare diſcerneret, iā paratā alijsq; pmiſſā ſalutē ſpe certa puenit. *† expenderat.* *† adiumentu ſenſerat*

*d Multa perpeſſa à compluribus medicis &c.* Beda: Falſis theologis,philoſophis legū ſeculariū doctoribus, qui ſe vtilia viuendi præcepta dare promittebant . Dæmones, quoque quaſi hominibus conſulendo ſe pro Deo colendos ingerebant, quibus audiendis,quāto magis naturalis induſtriæ vires expendebant, tanto minus ſanari poterant . Sed cū audiſſent populū Iudæorū æg otaſſe & verū medicum de cælo veniſſe, cæperunt languoris ſui & ſperare & inquirere remedium. B *† cognouit*

*Ioan. 12. d Oſee. 11. d* *e Venit in tur.re.* Beda. Si quis mihi miniſtrat me ſequat. Et alibi, Poſt dn̄m Deū ambulabis, Vel qa Deum præſentem in carne nō videt, ſed poſt ad fidei agnitionis gratiā puenit & tactu.i. participatione ſacramētorū eius meruit ſanari à peccatis Frons quippe, ſanguinis, origo pc̄ti, ptimordiū īmundæ cogitationis, ex quo omne pc̄tm̄ oritur. Sed dn̄s nō ſolū opa ſed & verba mala & cogitationū radicē ſacramētis euāgelicis quaſi ſuis veſtimētis,fontes obſceni ſanguinis emundat.

*Ioan. 10. d Cō.in Mar. c. 5. to. 9. Mat. 9. c Luc. 8. g Luc. 8. f Matt. 1. a Gal. 4. a* *f Tetigit.* Be. Sola fidelis mulier dominū tangit,quem paſſim comitans turba cōprimit. Quia qui diuerſis inordinate glomerantium hæreſibus,vel peruerſis morib. grauatur , ſolo fideli eccleſiæ corde tāgitur. vnde : Noli me tangere,nōdum .n. aſcēdi ad pa.meū. Quia ueraciter tangere eſt eū æqualē pr̄i credere. Hierony. Septima virtute ſuſcitat mortua,ſed ītra viā tāgit fimbriam retro mulier ſāguinaria q̄ cū ſalute ſubſtātiā in medicos nihil proficientes perdiderat. Septimo die requieuit Deus ab oī opere . Quando ſuſcitatur mortua intus,& ſemiuiua foris cum turbis,fluxus ſanguinis ſterilitatem facit Vnde dicitur ad eccleſiam Gentium: Lętare ſterilis q̄ non paris. Retro accedit.i. poſt reſurrectionem. Fimbriam tāgit,ac cymbala & malapunica q̄ pendēt in extremis oris tunicæ ſūmi ſacerdotis. Cymbalū, cōfeſſionē. malūpunitū martyrij voluntatem ſignificat & virtutū candorē.

*g Mulier autem.* Bed. Ecce quo tēdebat interrogatio , vt mulier ſcilicet confiteatur veritatem diuturnæ infirmitatis, & ſubitę credulitatis & ſanationis,& ita ipſa cōfirmaretur in fide,& alijs præberet exemplum. C

*b Adhuc eo lo.* Be. Muliere ſanata ſtatim nūciatur puella mortua,quia eccleſia Gētium à labe vitiorum curata : & ob fidei meritum filia nominata , continuo ſynagoga perfidiæ læto reſoluta eſt,quia in Chriſtum non credidit, & inuidiæ, quia eccleſiam credere doluit.

*i Quia filia tua.* Bed. Multi enim hodie ſtatum ſynagogæ uidentes, reſtaurari poſſe non credunt , & pro reſtauratione eius ſupplicandum eſſe non ęſtimant, Sed qd̄ hominibus eſt impoſſibile, Deo eſt poſſibile. vnde ſequitur. *Ieſus autem &c.*

*k Archiſynagogo.* Archiſynagogus, cœtus eſt doctorum legis, de quib. Sup ca mo.ſ. ſcrib. & phari. Qui ſi credere voluerint etiam ſubiecta eis ſynagoga ſalua erit. *Matt. 23.*

*l Et non admi.* Bed. blaſphemis & irriſoribus non ſunt reuelanda myſteria , ſed fidelibus qui honorent . Vnde alibi :

☞ Iuſtificata eſt

chiſynagogis nomine Iairus :

a ¶ Bed. Humiliat ſe. pedes,incarnatio eſt. b Caput Chriſti Deus: ¶ Incarnationem.

& uidens eum prōcidit ad pē-b des eius , & deprecabatur eum a

¶ Plebs Iudaica.

a multum, dicēs: Quoniam filia b

¶ In deſperatione. a ¶ In carnem.

mea in extremis eſt, uēni impo

Miſericordiæ. ¶ A vitiis

ne mānum tuā ſuper eā, ut ſal-

¶ In virtutibus.

ua ſit & uiuat . Et abiit cū illo, & ſequebatur eū turba multa,

¶ Emorroiſſa.

b c & comprimebāt eū.†Et mulier c quę erat in profluuio ſanguinis d
d annis duodecī, & fuerat multa perpeſſa à cōpluribus medicis,

¶ Naturalem induſtriam.

& † erogauerat omnia ſua,nec quidquam †profecerat,ſed magis deterius habebat:cū audiſ-

¶ Per fidem.

e ſet de Ieſu, uenit in turba retro, & tetigit ueſtimentum eius. Dicebat enim : quia ſi uel ueſtimētum eius tetigero, ſalua ero . Et

¶ Radix immundæ cogitationis.

confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius ,& † ſenſit corpore, quod ſanata eſſet à plaga . Et ſta e tim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens uirtutem, quæ exierat†de illo conuerſus ad turbam , aie-

a ¶ Beda. Interrogat vt ſalus, quam mulieri dederat, declarata & agnita fidei uirtute multis proficiat.

f bat : Quis tetigit ueſtimenta f mea ? Et dicebant ei diſcipuli

¶ Inordinatos. ¶ Hæreſibus, prauis moribus.

ſui: Vides turbam comprimē- g tem te,& dicis, quis me tetigit?

a ¶ Beda. Oculi domini ſuper iuſtos, & a. c. in pre. e. Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.

Et circumſpiciēbat , uidere eā
g quæ hoc fecerat. Mulier autem timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, uenit, & procidit ante eū , & dixit ei omnē ueritatem . Ieſus autem dixit

a ¶ Ideo quia fidelis.

ei : † Filiā , fides tua te ſaluam

a ¶ Be. Non dicit faciet. In eo enim quod credidit iā ſalua facta eſt. b ¶ Beda. Perſeuerādo in eadem fide: Qui enim perſeuerauit vſque in &c.

fēcit: uade in pace , & ēſto ſana
h à plaga tua . Adhuc eo loquente ueniunt nuncij ad archiſynagogum , dicentes : quia filia
i tua mortua eſt, quid ultra ue- h xas magiſtrum ? Ieſus autem audito uerbo quod dicebatur, ait archiſynagogo : Noli timere, tantummodo crede. Et non i

## NIC. DE LYRA

¶ a Depecabatur eum mul. di. quoniam. *Matt. ix. c. dicitur quod Archiſynagogus dixit Chriſto : Filia mea modo defuncta eſt. Ad quod dicendum, quod euangeliſtæ repetendo dicta alicuius vel aliquorum, aliquando repetunt eadem verba: aliquando vero ſententiam per alia verba. Filia autem Archiſynagogi laborabat in extremis, ſecundum quod dicit hic Marcus. verum tamen erat ita propinqua morti, quod reputabatur mortua . vnde etiam ſecundum communem modum loquendi de aliquo, qui ſic eſt morti propinquus, dicitur, quod mortuus eſt, quia quod modicum diſtat quaſi nihil reputatur. & hoc modo loquendi vſus eſt Matthæus . Circa ſecundam partem dicitur,* *Marc. 9. c Luc. 8. f*

d Et fuerat mul. *ſcilicet non ſolum in facultatib. ſed ēt in corpore, vt patet p literam ſequētē.*

e Et ſta. Ie. in. *Non eſt intelligendum, quod aliqua virtus exiſtēs in Chriſto migrauerit extra ipſum, ſed talis exitus intelligitur per modū cauſæ producētis effectū, in quē dicitur exire inq̄tū cā relucet in effectu . Et p talē modū loquēdi dicitur Sap. vij. d. de ſapientia increata, quod per nationes in aīas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei & prophetas conſtituit. Quę tranſlatio non poteſt intelligi , quod ſapientia increata ſit alicubi vbi prius non erat , cum de neceſſitate ſit vbique præſens: ſed quia cauſat ibi nouum effectum. Vtrum autem talis virtus in Chriſto fuerit virtus diuina tantum, vel cum hoc humana, dicetur in fine huius ca.* *† de ſe* D

f Quis teti. *Non quærit ex ignorantia , ſed ut per confeſſionem mulieris ſanatæ appareat fides eius, & à Chriſto commendetur. & quia manifeſtatio miraculi dictę ſanationis cedebat ad gloriā Dei, & archiſynagogi aſſecurationē , vt per hoc certificaretur de futura ſuſcitatiōe filię ſuæ.*

g Turba compri. *Licet in tali preſſura eum tāgerent corporaliter , non tamen tangebant eum cum tali deuotione & fide ſicut illa mulier tetigerat . & de tali tactu ſingulariter quærebat. Circa tertiam partem dicitur ſic:*

h Quid ultra ue. *Licet enim crederent ipſum poſſe eam ſanare, non tamē à mortuis ſuſcitare, ex quo patet quod eorum fides erat imperfecta.*

i Et non admiſit &c. *oſtendens quod in operibus miraculorum non debet faciens quærere oſtentationem , in hoc dans exemplum eius diſcipulis , qui erant facturi*

¶ *miracula. veruntamen*

## MORALITER.

* *b Quoniā fi.* i. qd̄ impoſſibile ſit remediū adhibere, pp hoc dimittere non debet, quia de nullo deſperādū eſt vita præſenti durāte.

*c Et mulier quæ erat in proflu.* humanitas Chriſti dicitur eius veſtimentum Phil. ij. a. In ſimilitudinem hominum factus eſt, & habitu inuentus ut homo. Cuius fimbria ſunt pedes tanquam extremitates. Mulier. xii. annis ſanguinifluа fuit. Magdalena multo tempore peccatis polluta , ſed tangendo Chriſti pedes fuit ſimpliciter emundata.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Iuſtificata eſt ſapientia ab om.fi.ſu.

E *a Flentes & ulu.Be.* Letentur omnes, qui ſperant in domino, & in æternum exultabunt, & ha.in.e. Hanc lęticiam merito inſi delitatis ſynagoga amiſit, & ideo inter flentes & vlulantes mortua iacet. Sed Ieſus eam funditus interire non patitur. vnde ſequitur. *Et ingreſſus eſt.*

*Luc. 7. e*
*Pſal. 5. e*

*b Non eſt mor.* Mihi, in cuius diſpoſitione & anima recepta viuit, & caro ſuſcitãda quieſcit. Hinc mos eſt Chriſtianis, vt mortui qui reſurrecturi nõ dubitantur, dormientes vocentur. vnde: Nolum⁹ vos ignorare fre. de dor. Bed. Cũ aĩa quæ peccauerit moriatř, ea tamen, quam dominus ad uitam æternam præuidet, nobis quidem mortua fuiſſe ſed ei obdormiſſe non incongrue dici poteſt.

*1. Theſ. 4. e*
*Ezec. 18. a*

*c Eiectis omnibus.B.* Moraliter. Turba eijcitur ut puella ſuſcitetur, quia niſi ſecularium curarum multitudo à corde eijciatur, anima quæ intus iacet, mortua non ſuſcitatur. Dũ enim ſe ꝑ uniuerſas cogitationes ſpargit, ad cõſiderationẽ ſui ſeſe nullaten⁹ colligit.

*d Thabita cu.* In Syro ſermone quem euangeliſta ponit, non plus eſt quam puella ſurge. Sed forte ad uim dominicæ iuſſionis exprimendam hoc addidit: tibi dico ſurge. & magis ſẽſum loquentis quam uerba intimare curauit. Sic ſæpe apoſtoli & euangeliſtæ cum aliquod teſtimonium aſſumũt, magis ſenſum quam uerba ponunt. Hie. Ad puellã dicitur thabita cumi id eſt puella ſurge. Archiſynagogo dicitř, Filia tua mortua eſt. Ieſus, Non eſt mortua, ſed dormit. utrunque eſt: mortua uobis, ſed mihi dormit. Annorum.xij. erat puella. & annis.xij. mulier perpeſſa, peccata incredentium apparent in initio fidei credentium. unde dicitur, Credidit Abrahã Deo, & repu. eſt ei ad iu. Bed. Moraliter. Quod Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit, tria genera animarum ſignificat. Puellam ſuſcitat adhuc in domo clauſam.i. animam conſenſum tãtum

F non actum delectationi malæ præbentem. Iuuenem ſuſcitat iam extra portam delatum.i. peccatorẽ qui conſenſum iã perduxit ad actum. Suſcitat Lazarum iã fœtentem, & longa conſuetudine peccandi animam male olẽtem, & alios fama corrũpentẽ. Puellã paucis alloquitur, quia eam facile reſuſcitat, quam & mortuam negat, & animam ſimilem cito reſuſcitari demonſtrat. Iuuenem pluribus corroborat, cum dicit, Tibi dico ſurge, quia tales animæ aliquando difficilius reuiuiſcunt. Ad monumentum Lazari fremit, turbatur, lachrymatur, magna voce clamat, Lazare, ueni foras. Similiter longa conſuetudine peccãdi præſſus, uix & quaſi cũ labore ſuſcitatur. Notandũ quoq; ꝙ publica noxa publico eget remedio. Leuia autẽ & ſecreta poſſunt deleri pœnitentia leui & ſecreta. Puella in domo iacens paucis arbitris ſurgit, & eis præcipitur, ut nemini dicant. Iuuenis extra portã turba multa comitante & uidẽte. Lazarus de monumẽto uocatus intantum innotuit, ut ꝑ hoc turbæ cum palmis domino occurrerent, & multi abierunt ex Iudæis, & crediderunt in Ieſum. Quartũ mortuum annũciante diſcipulo audiuit, ſed quia viui q pro eo ꝓcarentur defuerunt, Dimitte inquit mortuos ſepelire mortuos ſuos.

*vbi tha cumi.*
*Cõ. in Mar. c. 5. 10. 9.*
*†dixit dari*
*Gal. 3. a*
*Moraliter*
*Matth. 9. c*
*Luc. 7. c*
*Ioan. 11. c*
*Mortui per Chriſtum quot & qui ſuſcitati ſũt*
*Matt. 8. b*

admiſit quemq̃ ſequi ſe, niſi Petrum
& Iacobum & Iohannem fratrem
Iacobi. Et ueniunt in domum Ar-
chiſynagogi, & uidit tumultum, &
a flentes & eiulantes multum: & in-
greſſus ait illis. Quid† turbamini, &
b ploratis? Puella non eſt mortua, ſed
dormit. Et irridebant eum. Ipſe ue-
¶Irriſoribus. ¶Qui miraculum venerentur.
c ro eiectis omnibus aſſumit patrem
& matrem puellæ, & qui ſecum erãt
& ingrediuntur ubi puella erat ia-
a ¶Be. prius mundat manus Iudæorum quæ ſanguine plenæ ſunt, aliter puella non reſurgeret.
cens: & tenens mãnum puellæ ait il-
¶Be.i. puella ſurge.
d li: †Thabita cumi: quod eſt interpre- a
tatum, puella tibi dico ſurge. Et con-
¶Be. a vitiis.
feſtim ſurrexit puella, & ambula-
¶Be. in bonis operibus.
bat. Erat autem annorũ duodecim:
& obſtupuerunt ſtupore magno. Et b
præcepit illis uehementer, ut nemo
id ſciret. Et†iuſſit dare illi manducare c

*Pſal. 135.*
*† tumultuamini*

## NICOLAVS. DE LYRA.

¶ *miracula, veruntamẽ, quia in operibus miraculoſis manifeſtatur Dei gloria ideo aliquando faciebat miracula valde publice, ſicut patet in Lazari ſuſcitatione, & cæci illuminatione, oſtendens exemplum diſcipulis, vt in talibus quærerent Dei gloriam tantum, & non propriam.*

a Thabita cumi. *Duæ ſunt dictiones hebraicæ, quarum prima eſt nomen, & ſecunda verbum, vt patet per interpretationem. Sciendum autem ꝙ Thabita non eſt nomen commune: ſed eſt proprium nomen illius puellæ quæ fuit ſuſcitata, & hoc patet per ſimile Act. ix. f. vbi dicitur, In Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine Thabita. & ideo Marcus pro nomine ꝓprio poſuit commune interpretando ſ. puella. Sciendũ etiam, quod illud quod ibi interponitur. ſ. tibi dico, non eſt de ſignificato ſermonis hebraici hic poſiti, ſed additum fuit ab euangeliſta ad maiorem expreſſionem, quod ad verbum Chriſti illa puella ſuſcitabatur.*

b Et præcepit illis uehe, &c. *Cãiam eſt expreſſa, per hoc volens dare exemplum alijs, vt non quærerent oſtentationem in opib. miraculoſis.*

c Et iuſſit dare illi man. *ad probationem veræ reſurrectionis, ſicut & Chriſtus*

G *Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam manducauit cum apoſtolis, vt habetur Luc. xxiiij. Ad maiorem euidẽtiam eorum, quæ dicta ſunt hic & alibi de miraculis Chriſti, quæritur vtrum Chriſtus fecerit miracula ſola diuina virtute. Et arguitur primo quod ſic. Dicit enim Leo Papa in epiſtola ad Flauianum, Cum in Chriſto ſint duæ naturæ, vna earum eſt. ſ. diuina quæ fulget miraculis. altera. ſ. humana quæ ſuccumbit iniurijs, ergo ſicut ſe habet humana natura ad ſuccumbendum iniurijs, ſic ſe habet diuina ad agendum in operibus miraculoſis, ſed ſola natura humana iniurijs ſuccumbit, quia talia pati repugnat deitati; ergo ſola natura diuina agit in operibus miraculoſis. Et confirmatur, autoritate Pſal. Qui facit mirabilia magna ſolus, ergo ſola diuinitas eſt principium agendi miraculum. Item opera miraculoſa excedunt totam virtutem naturæ creatæ. natura autem humana in Chriſto creata eſt, ergo vt videtur in nullo attingit opera miraculoſa. Contra, quia Chriſtus per tactum corporis ſanabat miraculosè, vt dictum eſt de muliere patiente fluxum ſanguinis. & infra. vi. g. Quotquot autem tangebant eum, ſalui fiebant. ſi ergo talis tactus nil ageret in ſanatione prædicta, fruſtra adhiberetur, quod non conuenit ipſi Chriſto, ſcilicet aliquid fruſtra agere. ergo ille tactus aliquid faciebat: & certum eſt quòd pertinebat ad humanitatem. ergo &c. Reſponſio. in hac quæſtione ſic eſt procedendum, quia primo videndum eſt qualiter viri ſancti viui vel defuncti, quorum miracula ſcripta ſunt, in illis operati fuerunt. ſecundo qualiter Chriſtus inquantum homo operatus fuerit. Circa primum aliquid eſt certum, videlicet quod miracula non poſſunt fieri aliqua virtute tanquam principaliter agente niſi virtute diuina, quia ſicut dictum eſt, operatio miraculoſa excedit totam facultatem virtutis creaturæ. Similiter certum eſt, quod ſancti viri ad miracula poſſunt operari meritorie, quia frequenter expertum eſt miracula facta fuiſſe à Deo ad preces ſanctorum. Sed dubium eſt vtrum viri ſancti in miraculis aliquando operati ſunt per aliquam virtutem* H *in eis exiſtentem, non quia illa ſit principalis ratio agendi, ſed tantum inſtrumentalis, vt ſic Deus tanquam principaliter agens fecerit miracula per ſanctos tanquam per quædam inſtrumenta. Et hanc quæſtionem relinquit Auguſtinus xxij. lib. de ciui. Dei inſolutam, vbi enarratis multis miraculis martyrum dicit ſic: Siue enim Deus per ſeipſum miro modo, quo res temporales operatur æternus, ſiue per ſuos miniſtros iſta faciat, & eadem ipſa quæ per miniſtros facit, ſiue quædam faciat, etiam per martyrum ſpiritus, ſiue per homines adhuc in corpore conſtitutos, ſiue Deus iſta per angelos quibus inuiſibiliter immutabiliter, incorporaliter, imperat, operetur, vt quæ per martyres fieri dicuntur eis orantibus tantum & impetrantibus, non etiam operantibus fiant: ſiue alia iſtis, ſiue alia illis modis, qui nullo modo comprehendi à mortalibus poſſunt, ei tamen atteſtatur fides hæc in qua carnis in æternum reſurrectio prædicatur. Beatus tamen Gregorius hanc quæſtionem determinare videtur. ij. lib. Dialogorum, vbi dicit ſic. Qui deuota mente Deo adhærent, cum rerum neceſſitas expoſcit, exhibere ſigna modo vtroque ſolent, vt mira quæque aliquando ex prece faciant, aliquando ex poteſtate conceſſa illis à Deo: Et hoc probat conſequenter ratione & exemplo. Ratio autem talis eſt. Cui conceditur illud quod eſt maius, non eſt mirum ſi aliquando concedatur quod eſt minus, ſed maior eſt poteſtas filios Dei fieri, etiam per adoptionem, cum hoc ſolum ſanctis concedatur quam miracula operari, quod etiam aliquando malis conceditur, vt habetur Matth. vij. Sed primum conceditur hominibus ſanctis, ſecundum quod dicitur: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Item probat hoc exemplo: quia Petrus ſuſcitauit Tabitam orando, vt habetur Act. ix. g. Ananiam vero & Saphiram morti tradidit ſubito abſque oratione, ſed ſolum culpam eorum increpando: & ſic videtur illud factum feciſſe ex aliqua poteſtate ſibi conceſſa à Deo tanquam inſtrumentum diuinæ iuſticiæ. Item ad hoc videtur facere, quod gratia Dei diuiditur per gratiam gratis datam & per gratiam gratum facientem, & licet aliquando ab aliquibus dictum fuerit, quod gratia gratum faciens nihil ponit in anima, tamen de gratia gratis data ab hominibus conceditur, quod aliquid ponit in anima. & hoc patet manifeſte de gratijs gratis datis, quæ vocantur ſermo ſapientiæ & ſermo ſcientiæ. quia ſignificant quaſdam eminentes cognitiones diuinorum & humanorum, quæ ponunt aliquid in anima. Similiter fides, prophetia, genera linguarum, & interpretatio ſermonum. Et eadem ratione videtur, quod gratia ſanitatum & operatio virtutum, id eſt miraculorum, quæ ponuntur gratiæ gratis datæ, dicant aliquam virtutem in anima exiſtentem. Dicunt tamen aliqui, quod iſta virtus operantis miracula non eſt aliqua virtus manſiua per modum habitus, ſed per modum paſſionis*

¶ *tranſeun-*

*Mar. 5. c*
*Ca. 9. a. m. uſque ad. ſerm. 3.*
*Cap. 30. ij. med. n. 1.*
*Ioan. 1. b*
*Act. 5. a*
*1. Cor. 12. b*



A *tranſeuntis, ſicut & prophetia: propter quod tales non poſſunt facere miracula quotienſcumque volunt, nec prophetare. Sed quidquid ſit de concluſione, ratio tamen non valet: quia ſicut dictum eſt, talis virtus operandi miracula, non eſt principalis, ſed tantum inſtrumentalis. Inſtrumentum autem operari non poteſt, quamuis ſit perfectum, per formam ſuam, niſi moueatur actualiter per manum artificis ſicut patet quod ſecuris non poteſt ſecare, niſi per manum artificis moueatur. & ideo dato quod talis virtus ſit manſiua, non poteſt tamen operari ad miracula abſque motione diuinæ virtutis principaliter agentis, ſi tamen talis virtus ſit manſiua vel per modum paſſionis tranſeuntis ſolum, ſicut eſt motio inſtrumenti, cum mouetur ab agente principali, nihil dico modo. Item ad concluſionem inducitur illud quod à ſanctis & doctoribus catholicis dicitur de ſacramentis nouæ legis, videlicet quod efficiunt quod figurant, ita quod tanquam quædam inſtrumenta diuinæ miſericordiæ agunt ad inductionem gratiæ ipſam inſtrumentaliter attingendo, uel ſaltem aliquam diſpoſitionem ad ipſam, ut characterem, uel aliquid ſimile correſpondens in ſacramentis, quæ non imprimunt characterem, ita ꝙ in ſacramentis eſt aliqua uirtus ad efficiendum modo prædicto: & tamen ſacramenta conſiſtunt in quibuſdam rebus ſenſibilibus: & ideo multo fortius uidetur quod in animabus ſanctorum uirorum defunctorum uel uiuentium poſſit poni aliqua uirtus diuinitus eis conceſſa in operibus miraculoſis per modum prædictum. Ex dictis patet quid dicendum ſit de humanitate Chriſti, quæ eſt organum ſeu inſtrumentum coniunctum ipſius deitatis, ſicut manus eſt inſtrumentum artificis. Homines autem alij quantumcumque ſancti non ſunt ſic coniuncti. & ideo ſunt quaſi quædam inſtrumenta deitatis ſeparata, & adhuc plus ſeparata ſunt eccleſiæ ſacramenta. inſtrumentum autem coniunctum magis participat efficaciam agentis principalis quàm ſeparatum: & ideo talis uirtus operandi miracula efficacior inuenitur in humanitate Chriſti, quam in quibuſcunque alijs. His dictis poteſt reſponderi ad argumenta. Ad primum dicendum. quod ſimile tenet quantum ad hoc quod ſicut humanitas in Chriſto fuit ratio patiendi, ſic deitas eſt ratio & principium faciẽdi miracula principaliter: non tamen tenet quantum ad ſecundum, quia non repugnat humanitati Chriſti operari ad miracula per modum inſtrumenti: repugnat autem deitati qualitercumque pati. Veruntamen ratione identitatis ſuppoſiti idiomata communicantur, quia ſicut hæc eſt uera, Deus paſſus eſt ita hæc eſt uera demonſtrato Chriſto, iſte puer creauit ſtellas. Ad illud quod inducitur de pſa. dicendum quod li, ſolus, non excludit humanitatem tanquàm inſtrumentaliter agentem, ſed tanquam principaliter. & ſic intelligendum eſt reſpectu aliorum ſanctorum, quod ſolus Deus facit miracula, ſcilicet tanquam principale agens. Ad ſecundum dicendum, quod inſtrumentum in uirtute principalis agentis bene attingit ad aliquid, quod excedit facultatem propriam conuenientem ei ſecundum ſe, ſicut calor naturalis in uirtute animæ generat carnem, ut habetur. ij. de anima.* *Tex. 35.* *Argumenta autem in contrarium concludunt tantum, quod humanitas Chriſti agebat ad miracula ſicut agens inſtrumentale & ſecundarium: quod conceditur.* C

## GLOS. ORDIN. CAP. VI.

Et egreſſus. Sequitur.

*a Vnde huic &c.* Mira cæcitas. In factis & dictis Chriſtum cognoſcere poſſunt, ob ſolam generis noticiam contemnunt.

*b Faber B.* Qui operatur igni & ſpiritu. vnde: Ipſe baptizabit vos in igne & ſpũ. Faber eſt qui fabricatus eſt aurorã & ſolẽ Hiero. Filius fabri vocatř: & hoc myſticũ. ſ. fabri q fabricatus eſt aurorã & ſolẽ, eccleſiã primã & ſeq̃ntẽ, in quarũ figura mulier & puella ſanatř.

*c Non eſt &c.* Prope naturale eſt ciues ciuibus inuidere quia nõ opera ſed infantiã quã viderunt recordãtur. Iſido. Comitatur ſæpe vilitas originem. Vt qs eſt filius Iſai. Sed humilia dominus

B reſpicit, & alta à longe cognoſcit.

*d Et non po.ibi.uir.ul.* Ne ciues incredulos peius condemnaret faciens multas virtutes. Vel quia ĩ patria ſua deſpicitur, paucas ibi virtutes fecit & ſigna, ne penitus excuſabiles ſint. Maiora quotidie in gentib. ſigna facit, nõ tã in corporum ſanatione quam animarũ.

*e Et mirab.Be.* Nõ quaſi de improuiſo ſed quaſi mirãdũ oſtẽdit, qa nec ꝓphetis credũt, nec ipſi quẽ ꝑſentẽ cernunt.

*f Et conuocauit.* Hiero. Mittunř. xij. apoſtoli, & datur eis poteſtas præcepta docendi vt comiteř verbũ ſimul & factũ, & cũ ꝓmiſſis ĩuiſibilib. virtutes miſceãtur, & ſic cũ vngũt ægros oleo, infirmitatem fidei virtute corroborant.

*g Et dabat il.* Benignus dñs & mgř nõ ĩuidet diſcipłis & ſeruis ꝑtãtẽ ſuã. Sed ipſe ꝑtãte ſua agit, Ili ſua infirmitate, ſi quid agunt, & dñi uirtutẽ confitentur dicẽtes In Ieſu noĩe ſurge & ambula,

*b Ne quid toll.&c.* Tãta ſit in dño fiducia vt nihil deeẽ certiſſime ſciãt ne dũ ſibi prouidẽt tpalia, minus alijs prouideant æterna Beda. Matthæus & Luca memorãt dñm diſcipulis dixiſſe, ut nec uirgã ferrent. Marcus, ne qd tollerẽt niſi uirgã. Sed illi realiter uirgã accipiũt. Marcus ꝑ uirgã poteſtatem accipiẽdi neceſſaria à ſubditis intelligit.

Calceatos

*In Mar. euang. lib. 1. c. 6. 10. 5.*
*Ioan. 1. e*
*Ch in Mar. c. 6. 10. 9.*
*3. Re 12. d*
*Pſal. 137. d*
*†Matth. 13. g*
*Miſsio apoſtolorum.*
*†apud nos*
*† Matth. 13. g*
*Luc. 4. d*
*Ioan. 4. ſ*
*Act. 3. a*
*Mat. 10. a*
*Luc. 10. b*
*†aduerſus ſpiritus immundos.*

## CAP. VI.

Et egreſſus ĩde abijt a
a ¶Nazareth, vbi natus fuit.
in patriãm ſuã, &
ſequebantur eũ diſ
a ¶Male ſabbatum celebrat qui vacat a bonis operibus.
cipuli ſui. Et factõ
a ¶Vt pluribus proficiat.
ſabbato cœpit in ſynagoga docere:
& multi audientes †admirabantur
a in doctrina eius, dicentes: Vnde b
¶Id eſt doctrina.
huic hæc omnia? Et quæ eſt ſapien-
¶Vel huic. a ¶Be. ſanitates. ¶Miracula.
tia quæ data eſt illi, & uirtutes tales,
quæ per manus eius efficiuntur?
b †Nonne hic eſt faber, filius Mariæ, c
¶Cognatus.
frater Iacobi & Ioſeph & Iudæ & Si
monis? Nonne & ſorores eius hic
¶Hac de cauſa.
†nobiſcum ſunt? Et ſcandalizaban-
¶Ergo.
tur in illo. Et dicebat eis Ieſus: quia
¶Prophetam ſuſcitabit vobis Deus.
c non eſt propheta † ſine honore, niſi
in patria ſua, &† in cognatione ſua,
d & in domo ſua. Et non poterat ibi d
uirtutem ullam facere, niſi paucos
infirmos impoſitis manibus cura-
e uit: & mirabatur propter incredu- e
litatem illorum. Et circumibat f
caſtella in circumitu docens. Et
f cõuocauit duodecim, & cœpit eos g
¶Charitate concordes.
g mittere binos, & dabat illis poteſta
tẽ† ſpirituũ immũdorũ. Et pręcepit h
h eis, ne quid tollerent in uia, niſi uir
a ¶Poteſtatem viuendi de euangelio. ¶Onus ſeculi. ¶Delitias.
gãm tantũ, non perã, nõ panẽ neq;

c Nonne. *In Matthæo dicitur fabri filius. Credebant enim iſti quod eſſet eiuſdem artis cum patre ſuo putatiuo Ioſeph, qui dicitur fuiſſe faber lignarius. Et probabile uidetur, quod Chriſtus eandem artem exercuit quia non fuit occupatus in doctrina & miraculis uſque ad triceſimum ætatis annum, nec ante fuit intentus ſtudio ſecundum quod dicitur Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit.* *Ioan. 8. b* *Nec ueriſimile, quod tanto tempore fuerit ocioſus, magis ueriſimile eſt quod fuerit occupatus in arte patris ſui putatiui quam in alia & hoc uidetur per uerbum iſtorum qui erant de Nazaret, qui modum ſuum uiuendi cognoſcebant, & fabrum eum uocab...t.*

d Et non po.ibi &c. *Illud non poſſe, non refertur ad potentiam eius abſolutam, ſed congruitatis & decentiæ: quia non erat congruũ quod ibi faceret multa miracula cuius cauſa ſubditur, cum dicitur,*

e Et mirabatur propter. *Fides enim credentium eſt meritoria de congruo, quod eis fiant miracula ſicut patet. ca. præcedenti de muliere ſanguini fluæ cui dictum eſt à Chriſto. Fides tua ſaluam te fecit, & in multis alijs locis in euangelio ſimile habetur.* D

f Et circumibat. *quia ſui doctrinam eius repulerant conuenienter ad alios docendos trãſiuit, & ita fecerunt apoſtoli, ſecundum quod dicitur Vobis oportebat primum loqui. ſ. Iudæis uerbũ Dei, ſed quia repellitis illud & indignos uos iudicatis ęternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes: ſic. n. præcepit nobis Deus.* *Act. 13. g*

g Et conuocauit duodecim & cœpit eos mitte. *Superius. iij. c. deſcripta eſt collatio poteſtatis prædicandi facta apoſtolis, bic deſcribitur executio dictæ poteſtatis. & primo deſcribitur apoſtolorum miſſio ad prædicãdum. ſecundò eorum reuerſio ad Chriſtum, ibi: Et cõueniẽtes apoſtoli ad Ieſum. Prima in duas, qa primo deſcribitur dicta miſſio, ſecundo ex hoc ſurgẽs Herodis opinio, ibi, Et audiuit rex Herodes. Expoſitio primæ partis patet ex dictis Matthæi. x. exceptis quæ ſequuntur.*

¶ Sed calceatos

*† ſtupebãt*
*† in nullo precio habitus*
*†inter cognatos.*

## NICOL. DE LYRA. CAP. VI.

Et egreſ. *Poſtquam deſcriptus eſt feruor prædicationis in Chriſto, hic cõſequenter deſcribitur liuor æmulationis contra ipſum propter doctrinam & miracula ipſius: & patet ſententia ex dictis Matth. xiij. exceptis quæ ſequuntur.*

## MORALITER.

*a Et egreſſus inde abijt in patriam ſuam &c.*

*b Vnde huic hæc.* Iſti ſimiles ſunt ruſtico, qui crucifixum adorare nolebat, eo quod lignum creuerat in horto ſuo.

*g Et conuo. xij.* Sequitur,

*h Et præcepit eis ne quid &c.* Beda. Per peram onera ſeculi, per panem delitiæ corporales. per æs in zona ſapientiæ occultatio deſignatur, quia quiſquis officium doctoris accipit, neque oneribus ſecularium negociorum deprimi, neque delitijs carnalibus reſolui, neque commiſſum ſibi talentum verbi ſub ocio lenti corporis debet abſcondere.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Calceatos ſandaliis. Beda*. Vt pes neq; tectus ſit neque nudus ad terram id eſt nec euangelium occultetur, nec terrenis commodis innitatur.
In Marc. euang. lib. 2. c. 6. ca. 5.
b *Ne indue. dua. tu. Be.* Quod eſt vt ſimpliciter ambulent, non dupliciter.
† Matth. 10. b † vbicunq; Luc. 10. a
c *Excutite puluerem de pe. Beda*. Puluis excutitur de pedibus in teſtimonium laboris ſui, quod ingreſſi ſunt ciuitatem, quod prædicatio vſque ad illos peruenerit. Vel quod nihil ab eis acceperint ad victum neceſſarium, qui euangelium ſpreuerunt.
Iaco. 5. c
d *Et ungebant. Be.* Iacobus dicit: Infirmatur quis in vobis, indu p. ec. & o. ſu per e. vn. e. o. &c. Vnde patet ab apoſtolis hunc morem eſſe traditum vt energumeni & alij ægroti vngantur oleo à pontifice conſecrato.
Luc. 9. a
e *Et audiuit rex. Bed.* Lucas. Audiuit Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant, ab eo & hæſitabat, eo quod dicebatur a quibuſdam, quod Iohannes reſurrexit à mortuis: à quibuſdam vero quod Elias apparuit. Vnde intelligendum, aut confirmatum eum ex aliorum verbis credendo dixiſſe, aut adhuc hæſitando: Quem ego decol. &c.
f *Quia Iohannes bap. &c. Beda*. Mira contra Dominum inuidia Iudæorum Iohannem (de quo dictum eſt, quia nullum ſignum fecit) potuiſſe reſurgere nullo atteſtante credunt. Ieſum ſignis & virtutibus approbatum, cuius mortem elementa tremuerunt, & reſurrectionem & aſcẽſionem angeli & apoſtoli, viri & fœminæ prædicauerunt, non reſurrexiſſe, ſed ſubleuatum eſſe furtim credere maluerunt. *eſt ipſe
g *Philippi fratris ſui. Beda*. Vetus hiſtoria narrat Philippum maioris Herodis fuiſſe filium, & fratrem Herodis, ſub quo paſſus eſt dominus, & duxiſſe Herodiadem filiam Arethæ, & poſtea Aretham ortis ſimultatibus filiam ſuam tuliſſe, & Herodi inimico Philippi in dolorem ipſius nuptijs copulaſſe. Egeſippus vel Ioſephus tamen longe aliter. F
3. Re. 18. c & 21. f
h *Non licet tibi ha. Beda*. Qui venerat in ſpiritu & virtute Eliæ Herodem arguit & Herodiadẽ, ſicut Elias Achab, & Iezabel, malens apud regem periclitari, quã immemor eſſe præcepti Dei. Beda. Soli Herodes & Pharao leguntur natalis ſui diem celebraſſe, & vterque ſolemnitatem ſanguine fœdaſſe. Sed Herodes tanto nequius, quanto ſanctum & veritatis doctorem & regis cæleſtis præconem occidit, & pro voto ſaltatricis caput occiſi ante conuiuas inferre non puduit. Pharao peccantem Eunuchum occidit. Vtriuſq; tamen exemplo melius eſt & vtilius nobis, diem mortis ſemper commemorando timere, quam diem natiuitatis luxuriando celebrare. Homo enim ad laborem naſcitur. & ſancti per mortem tranſeunt ad requiem.
† obſeruabat. *quando † in natali eiꝰ ſuo. Gen. 40. d Iob. 5. b
i *Et iura. Be.* Non excuſatur à periurio periuramentũ. Ideo. n. forte iurauit, vt occaſionem inueniret occidendi. Et ſi illa patris aut matris interitum poſtulaſſet, non vtique conceſſiſſet Herodes. † vſque ad
k *Et contriſtatus, Bed.* Conſueto more ſcripturæ contriſtatus, non re, ſed multorum opinione. Sicut & ipſe Ioſeph ab ipſa quoque Maria dicitur pater Ieſu, ſic contriſtatus Herodes, quia hoc diſcumbentes putabãt. Diſſimulator mentis ſuæ triſtitiam præferebat in facie, lætitiam celabat in mente. Scelus iuramen-

a ¶Occultam ſapientiam.
a in zona æs, ſed calceatos ſandaliis, a
¶Ne alia induti, aliam in futuro reſeruent, non q una tunica in locis glacialibus contenti eſſe debeamus.
b & ne induerẽtur duabus tunicis.
a ¶Alienum eſt à prædicatore per domos curſitare, & hoſpicij iura mutare.
†Et dicebat eis, †Quicumq; introieritis domum, illic manete donec exeatis inde. Et quicumq; non receperint uos nec audierint uos, exeuntes
c inde, excutite puluerẽ † de pedibus ueſtris in teſtimonium illis.* Et ex-
a ¶Accepta poteſtate & auditis præceptis a domino. b ¶Quæ eſt prima uia ſalutis.
eũntes prædicabant ut pœnitẽntiá agerent, & dæmonia multa eiicie-
d bant, & ungebant oleo multos æ- c
¶Sic. a ¶Quia tot ſigna fiebant.
e gros, & ſanabantur. †Et aũdiuit rex d
a ¶Pellicem. b ¶Hiero. Non eſt fas lucernam abſcondi ſub modio.
Herõdes, mãnifeſtum enim factũ
a ¶Chriſti.
b ¶Be. Bene ſentit de reſurrectione, quod. f. maioris poteſtatis ſunt ſancti futuri poſt reſurrectionem.
f eſt nomen eiũs, & dicebat: Quia Iõhánes baptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea uirtutes operãtur in illo. Alij aũt dicebant, quia Elias eſt: alij uero dicebãt, quia propheta eſt,
a ¶Eſſet. b ¶Non dominus prophetarum.
quaſi unũs ex prophẽtis. Quo audi
a ¶Be. Hæc pronunciatio vel affirmatiua vel dubitatiua.
to Herodes ait: Quẽm ego decollaui
a Hiero. ¶Non per ironiam ex preſſe pronunciat.
Iohãné, *hic à mortuis reſurrexit. † e
Ipſe. n. Herodes miſit ac tenuit Iohã nem, & uinxit eũ in carcerẽ propter
a ¶Be. Tetrarchæ Ituræ & Traconitidis regionis.
g Herodiadem uxorẽ Philippi frãtris ſui, quia duxerat eam. Dicebat. n. Io
h hánes Herodi: Non licet tibi habere
¶Adhuc uiuentis.
uxorem fratris tui. Herodias autem f inſidiabatur illi, & uolebat eum oc
¶Ideo. vel enim.
cidere nec poterat. Herodes autem g metuebat Iohannem, ſciens eum uirum iuſtum & ſanctum, & †cuſtodiebat eum. Et audito eo multa fa- h ciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidiſſet *Herodes† natalis ſui cęnam fecit principibꝰ & tribunis & primis Galilęę: Cumq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi ſimulq; recũbẽtibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo ti-
i bi. Et iurauit illi: quia quidquid petieris, dabo tibi, † licet dimidium regni mei: Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid petam? At illa di-
a ¶Be. Timebat ne Herodes aliquando reſipiſceret vel fratri amicus fieret.
xit: cãput Iohannis Baptiſtæ. Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit, dicẽs: Volo ut
¶In altari. ¶Dignum ſaltatione ſanguinis præmium.
protinus des mihi in diſco caput Io
¶Opinione non re.
k hannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt i

iuramento excuſabat, vt ſub occaſione pietatis impius fieret. G
¶ *Caput eius*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Sed calceatos ſandalijs. *Matth. x. dicitur quod non portarent calceamenta. Ex quo patet, quod ſandalia non dicuntur calceamenta proprie, quia illis poterant vti apoſtoli vt hic dicitur.*
c Et ungebant oleo mul. *Ex hoc loco patet quod vnctio extrema, quæ eſt infirmorum, fuit inſtituta à Chriſto.*
d Et audiuit rex Herodes, *Hic conſequenter deſcribitur opinio Herodis de Ieſu. Et diuiditur in duas partes, ſcilicet principalem & incidentalem. ſecunda ibi, Ipſe enim Herodes. Circa primum ſciendum, quod apoſtolis prædicantibus aduẽtum Chriſti & eius miracula: quia non ſolum erant prædicantes ſed etiam facientes miracula in nomine eius, Herodes audiuit famam de Ieſu & credidit, licet falſo, quod ipſe eſſet Iohannes baptiſta, quem ipſe decollauerat, & quòd à mortuis ſurrexiſſet, Ex quo patet, quod iſte Herodes non fuit de ſecta Saducæorum, qui negabant reſurrectionem: ſed de ſecta Phariſæorum qui eam confitebãtur, vt habetur Act. xxiij. Cętera patent ex dictis Mat. xxiiij.*
† q eſt ſub † Amen dico uobis, tolerabilius erit Sodomis ac Gomorrheis in die iudicij, ꝗ illi ciuitati.
† Mat. 14 Luc. 9. a
e Ipſe enim Herd. *Hic ponitur pars incidentalis. Intentio enim principalis euangeliſtæ erat deſcribere geſta Chriſti, Et quia propter opinionẽ Herodis de Chriſto fecerat mẽtionẽ de decollatione Iohannis Baptiſtę, ideo incidentaliter hic deſcribit modum dictę decollationis. Et primo deſcribitur eius incarceratio, ſecundo incarcerati decollatio, ibi: Herodias autem. tertio decollati tumulatio, ibi, Quo audito diſcipuli eius vene. &c. Sententia autem iſtarum trium partium patet ex dictis Matth. xiiij. exceptis quæ ſequuntur circa partem ſecundam.*
† Mat. 14 Luc. 3. d
f Herodias autem inſidi. *Ipſa enim timebat ne Herodes ad prædicationem Iohannis de peccato ſuo pœniteret, & eam marito ſuo redderet, & ideo quærebat mortem Iohannis.* H
g Herodes autem metuebat Iohan. *Solo enim metu tenebatur ab interfectione Iohannis, quia propter ſanctitatem eius quæ erat nota toti populo, timebat ſi Iohãnẽ interficeret, ne totus populus inſurgeret contra eum, vt plenius patet Matthæi. xiiij.*
h Et libenter eum audiebat &c. *Totum iſtud erat ſimulatorium, vt ex tali auditu Iohannis & obtemperatione dictis eius, in aliquibus retineret populum à rebellione contra ipſum Et ſimiliter quod poſtea iurauit dare puellæ ſaltanti quidquid peteret, fuit malicioſe factum, vt ratione iuramenti & multitudine magnorum cum eo comedentium haberet occaſionem decapitandi Iohannem abſque rebellione populi, qui habuit eum excuſatum ſaltem in parte propter iſta. Et hanc ſententiam tenet Beda ſuper locum iſtum, & quod ſubditur,*
i Et contriſtatus eſt rex. *dicit Beda, quod licet triſtaretur in facie, lætabatur tamen in corde.*
¶ Et conue-

## MORALITER.

✱ b *Quocunque introieritis in domum &c.* Theophilus ne de gula contingeret eos reprehendi ab aliis in alios tranſeuntes.
d *Et audiuit rex Herodes manife. &c.* Sequitur poſtea.
i *Et contriſtatus eſt rex &c. Bed.* Diſſimulator mentis ſuæ triſtitiam præfert in facie, cum lætitiam haberet in mente, ſceluſque excuſat iuramento, vt ſub occaſione pietatis magis impius fieret. & ideo per ipſum ſignãtur illi q̃ ſub ſpecie religioſitatis machinantur opus facere malignantis. Per Herodiadam vero ſignatur
✱ luxuria. Per



a *Caput eius in di. Be. Hier.* Caput legis quod eſt Chrs, a corpore A abſciditur: ꝑprio. i. a Iudaico populo, & datur puellæ de gẽtib. i. Romanæ eccłiæ & puella dat matri ſuæ, adulteræ. i. ſynagogæ in fine crediturę. Corpus Iohãnis ſepelitur, caput in diſco locatur: lr̃a humo tegiť, ſpũs in altari honorať ac ſumiť. Io. hannes capite minorať. i. fama illius qua Xp̃s a ppło credebať minorari oñ diť. Xp̃s in cruce exaltať. qa q ꝓpheta tm̃ credebať, Deus & dñs ꝓphetarum eſt cognitus. Vñ & ipſe Iohannes: Illũ oportet creſcere, mẽ ãt minui. Iohãnes ãt quẽ oportebat minui, cũ dies decreſcere incipiũt, natus eſt. Xp̃s autẽ q eſt lux mundi, cũ incipiunt creſcere dies.
In Marc. euang. lib. 2. c. 6. ca. 5. Ioan. 3. b † & protinus. * rex
b *Et tu. Be.* Ioſephus narrat Iohãnẽ vinctũ, in caſtellũ Macherõta adductum, ibiq; trũcatũ. Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, in Sebaſthe vrbe Paleſtinę, q̃ dicta eſt quõdã Samaria. Tp̃e vero Iuliani paganos inuidẽtes Chriſtianis, q ſepulchrũ eius ſolicitudine frequẽtabãt, monumẽtũ inuaſiſſe & oſſa eius p cãpos diſperſiſſe, & rurſus collecta igni cremãſſe, ac denuo per agros ſparſiſſe. Af fuiſſe tamẽ ibi de Ieroſolymis monachos, q immixti paganis oſſa legẽtib. maximã eorũ partẽ cõgregauerũt, & ad Philippũ Ieroſolymã detulerũt, & ille miſit ea Atthanaſio Alexãdrię vrbis ep̃o, & ibi poſtea ſeruata Theophilus iubẽte Theodoſio oĩbus gẽtiũ phanis deſtructis, expurgato a ſordibus tẽplo Serapis oſſa eadẽ ibi poſuit: & baſilicã in honore ſc̃ti Iohãnis cõſecrauit.
Ioſephus anti. Iuda. lib. 18. c. 14. † Ma. 14. b
c *Et c. Hier.* Ad locũ vñ exeũt flumina redeunt, Deo gratias ſemper referunt ſuper his quæ acceperunt.
d *Omnia quæ*. Nõ ſolũ q̃ ipſi egerant & docuerant apoſtoli dño renunciant, ſed etiam quæ Iohãnes eis docẽtibus paſſus ſit. Vel ſui vel eiuſdem Iohannis diſcipuli, ſicut Matthęus ſcribit, vnde ſequitur; *Et ait illis*. B
Mat. 14. b
e *Venite ſe. Be.* Nõ ſolum requietionis cauſa, ſed Myſtice ſignificat, quod relicta Iudæa quæ ſibi prophetię caput abſtulerat, non credẽdo in deſerto eccleſiæ quæ virum nõ habuerat, verbi cibaria quaſi panẽ & piſciũ epulas eſſet largiturus. Ibi. n. prædicatores ſc̃ti q apud Iudæam nõ credẽtẽ, ſed cõtradicentẽ diu graui tribulatione p̃mebantur, regem adepti ſunt de gentibus gratia fidei collata. *Ve.* Seorſum ducit quos elegit, vt inter male viuentes mala nõ attendant, vt Loth, in Sodomis, & Iob in terra Hus, & Abdias in domo Achab. Et ait illis.
f *Requieſci.* vt aues in ramis ſinapis. Puſilla hic requies ſc̃tis, longus labor: ſed poſt dicitur illis, vt requieſcant a laboribus ſuis.

rex. Propter iuſiurandum, & pro-
a ¶Be. vult omnes ſimul ſceleris ſui eſſe conſortes vt in luxurioſo conuiuio cruentę epulæ deferrentur.
ptẽr ſimul recumbẽtes noluit eam contriſtari: † ſed miſſo ſpiculatore
¶Altari.
a præcepit afferri caput eius in diſco: et decollauit eum in carcere. Et attu
a ¶Chriſtum. b ¶Legis.
lit cãput ẽius in diſco, & dedit illud
a ¶Eccleſia de gentibus. ¶Synagogæ.
puellæ, & puellã dedit matri ſuæ:
b † Quo audito diſcipuli eius vene-
¶Literam.
runt, & tulerunt corpus eius, & po-
c ſuerunt illud in monumento. Et cõ a
a ¶Riui ad fontem.
d uenientes ãpoſtoli ad Ieſum, renun b
¶Gratias agentes.
ciauerunt illi omnia quę egerant, et
a ¶Ne malis conſentiatis.
e docuerant. Et ait illis: Venite ſeõr- c d
a ¶Hic Breuis requies ſanctis, longus labor. ¶Ideo oportet diſcipulos requieſcere: Erant enim &c.
f ſum in deſertum locũ, & requiẽſci- e
a ¶Felix ſtudium diſcentium. ¶Vt latro.
g te puſillum. Erãnt enim qui venie-
¶Vt Iudas.
bant, & †redibant multi: Et nec ſpa-
¶Felix labor docentium. ¶Quia nondum eſt conuiuiũ horti.
cium manducandi habebant. Et a- f
a ¶Non ſolum diſcipuli, ſed cũ Domino vt Matthæus dicit.
h ſcẽndẽtes in nauim † abierunt in de
a ¶Ignis non abſconditur qui ſemper lucet.
ſertum locum ſeorſum: Et vidẽrũt g eos abeũtes, & cognouerunt multi,
i & pedeſtres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos.*† Et exiens uidit turbam h
k multam Ieſus, & miſertus eſt ſuper eos: quia erant ſicut oues non habentes paſtorem: & cœpit illos do- i
l cere multa. Et cum iam hora mul- k
a ¶Veſpere: vnde Lucas: Dies autem cœperat decli.
tã † fieret, acceſſerunt* diſcipuli eius dicentes: Deſertus eſt locus hic: & iam hora † præterijt: dimitte illos, ut euntes in † proximas villas & vicos emant ſibi cibos, † quos mãdu-

dunt. Rurſus ipſe excipiendo fatigatos, docendo inſcios, ſanãdo ægrotos, recreando ieiunos, quantum deuotione credentium delectetur, inſinuat. C
i *Et pedeſtres.* Nota quia non in aliã maris ripam ſine Iordanis nauigio peruenerunt. Sed tranſito aliquo freto vel ſtagno ꝓximos eiuſdem regionis locos adierunt, quo etiam pedeſtres indigente peruenire potuerunt.
k *Et mi. Be.* Qũo miſertus ſit, Matthęus plenius exponit hoc modo. Et miſertus eſt eis, & curauit lãguores eorum. Hoc eſt. n pauperũ & nõ habẽtium paſtorẽ veraciter miſereri, & viã veritatis aperire, & lãguidos curare & ieiunos reficiẽdo ad laudẽ ſupernæ largitatis aĩare q̃ ſequentia eũ feciſſe declarant.
l *Et cum.* Die declinata Saluator turbas reficit, quia vel fine ſeculi propinquante, vel cum ſol iuſticiæ pro nobis occubuit, a diutina ſpiritalis inediæ ſumus liberati fame. *Be.* Alle. Chriſtum deſerta gentium petentem multæ fidelium cateruæ relictis mẽnibus priſcæ conuerſationis, neglectoq; variorum dogmatum præſidio ſequuntur, & cũ primum notus in Iudæa Deus tunc exaltatus eſt ſuper cęlos & ſuper omnem terram gloria eius: *Allego.* *Pſal. 75. a*
¶ *Date illi*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et cõ. *Hic deſcribitur reuerſio apoſtolorũ ad Chriſtũ, ubi primò deſcribitur cõdeſcenſio Chriſti ad apoſtolos redeũtes, ſecundò ad populum ipſum ſequentem, ibi: Et viderunt. Circa primum dicitur:* Et con. *de prædicatione redeuntes ad ipſum.*
b Renun. *miraculo faciendo.*
c Et docuerant. *prædicando oſtendentes, quod mandatum eius executi fuerãt fideliter.* – aſcendentes in nauim.
d Et ait il. *compatiẽdo eis de laboribus ſuis.*
e Venite ſe. *ut. ſ. poſt laborem quieſcerent aliquantulum. in hoc oſtendit Chriſtus quod prædicatores uerbi diuini poſt laborem poſſunt recipere recreationem competentem.* D
f Et aſcendit in na. *ut ſegregati à turbis poſſent quieſcere.*
g Et ui. *Hic conſequenter deſcribitur condeſcentio ipſius Chriſti ad populũ ipſum ſequẽtem. Et primo deſcribitur dicta condeſcentio. ſecundò Phariſæorum confutatio ca. ſequenti. Circa primum primò deſcribitur condeſcentio Chriſti ad populos ipſos paſcendo. ſecundò ad diſcipulos eos de periculo liberando, ibi: Et coegit diſcipulos ſuos. tertiò ad infirmos ipſos curando, ibi: Et cum transfretaſſent. Sententia autem iſtarum trium partium patet ex his quæ dicta ſunt. Mat. xiiij. vſq; ad finem illius ca. exceptis quæ ſequuntur. Quantum ad primam partem dicitur:* † Mat. 9. d * ad eum.
i Erant ſicut oues non. *Sacerdotes enim illius temporis & principes erant ſicut lupi rapaces ſpoliantes populum bonis temporalibus & per malum exemplum ſpiritualibus: ſed Chriſtus tanquam bonus paſtor paſcebat eos ſpiritualiter continuè uerbo doctrinæ ſuæ, & aliquando corporaliter ſecundum quod dicitur conſequenter.* † quid. n. mãducẽt, nõ habẽt.
¶ Euntes emamus

g *Erant. n. Hiero.* In arca Noe animalia quæ intus erant foras mittebantur: & quæ foris erant, intus erumpebant. Sic in eccleſia Iudas diſceſſit, latro acceſſit. Quandiu receditur a fide, nec eccłiæ requies eſt ſine mœrore. Rachel plorans filios ſuos &c. Non eſt hic cõuiuium in quo bibatur vinum nouum, cũ cantabitur canticum nouum in cælo nouo & in terra noua ab hominibus nouis? Cum quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum veſpere vitæ paſcentur? Cũ decem cophini octaua virtute fragmentis pleni colliguntur? Cum ſunt ſuper thronos. xij. tribus Iſrael. quæ ſunt fragmenta Abraham Iſaac & Iacob. quando reliquię Iſrael ſal. fi. quando facie ad faciem Deum videbimus: quod in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de Chriſto legimus. Vnde poſt quartã vigiliam noctis compeſcit Chriſtus Ieſus tumorem maris ambulans ſuper illud, & dicit: Confidite ego ſum, quia cum videbimus ſicuti eſt: tunc ceſſabit ventus & procella, Ieſu ſedente & regnante in naui, quæ eſt vniuerſalis eccleſia.
h *Abierunt in de. Be.* Petendo ſolitudinem fidem turbarum an ſe ſequatur explorat & exploratam digna mercede remunerat. Turbæ autem non iumentis, non vehiculis, ſed proprio labore pedum iter deſerti arripiunt, & ſalutis deſiderium oſtẽdunt.

## MORALITER.

✱ luxuria. Per ſaltatricem diſſolutio libidinoſa. per quas Iohannis. i. hominis gratioſi frequenter procuratur mors ſpiritualis, & aliquando corporalis.
d *Et ait illis: venite ſe.* Theophilus. Quieſcere facit Chriſtus diſcipulos ſuos, vt diſcant præpoſiti, quòd qui laborant in opere & ſermone requiem promerentur, & quòd non debent continuè laborare.
b *Et pe. &c.* Adhuc temporibus iſtis pauperes & mediocres perſonæ magis currunt ad ſermones quàm magnæ.
k *Et cum iam hora multa &c. Beda.* Myſticè declinata die, turbas ſaluator reficit; quia cum ſol iuſticiæ pro nobis occubuit, a ſpiritualibus inediæ tabæ ſumus ſaluati. Prouocat apoſtolos ad fractionem panis. inſinuans quòd quotidie per eos ſint corda noſtra paſcenda, eorum ſcilicet literis & exemplis. Per quinque panes quinq; libri Moyſi. per duos piſces prophetæ & pſalmi figurantur. Duodecim cophini ſunt duodecim fructus ſpiritusſancti, quibus reficimur in euchariſtiæ ſacramento.
✱ *Et cum*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E
*a Date illis.* Prouocat apoſtolos ad fractiones panis, vt illis ſe non habere teſtantibus, magnitudo ſigni noteſceret. Et inſinuans, quia quotidie per eos ieiuna corda ſunt paſcenda, cum eorum exemplis vel verbis ad amanda cœleſtia ſuſcitamur. Notandum, φ hoc panum miraculum Iohannes ſcripturus p̄miſit, qđ proximum eſſet paſcha. Matthæus & Marcus hoc interfecto Iohāne, continuo eſſe factum dicunt: vnde colligitur Iohannem imminente paſcha fuiſſe decollatum, & alio ſequente paſcha crucifixum Dominum.

Ioan. 6. a / Mat. 14. b

Allego.
*b Quinq; Be.* Alle. Quinq; panes quinque Moſaicæ legis libri, quibus diuinę æternitatis cognitio, mundi creatio, curſus labentis ſeculi, & vera Deo ſeruiendi religio humano generi innotuit. Duo piſces, pſalmi & prophetę, q erudituṁ in lege Dei populum de ꝓmiſſione dominicæ incarnationis nouæ gratiæ dulcedine paſcebāt, quibus tota veteris teſta. ſeries comprehenditur. Vnde: Oportebat omnia impleri quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Et cum apeꝛuiſſet illis ſenſum, vt intelligerēt ſcripturas, & intellectas fideliter auditoribus traderent, quaſi benedicens apoſtolis, panibus & piſcibus: & eos internæ ſuauitatis dono multiplicās turbis diſpartiri præcepit. Et bene ſecundū Iohannem panes hordeacei dicuntur, qui cibus eſt iumentorum maxime, ruſticorum ac ſeruorum: quia incipiētibus auditoribus aſperiora & quaſi groſſiora ſunt cōmittenda præcepta. Animalis vero homo non percipit ea quę ſunt ſpiritus Dei. Et ideo Dñs cuique pro viribus tribuens dona, & ſemper ad perfectiora prouocans primo quinq; panibus quinq; milia, ſecūdo, ſeptem panibus quatuor milia reficit. tertio, diſcipulis ſuæ carnis & ſanguinis myſteria credidit. ad vltimū vero magno munere dat electis vt edāt & bibāt ſuper mēſam ſuā in regno ſuo.

† per conuiuia ſuper viridē herbam. / Luc. 24. f / Ioan. 6. a / 1. Cor. 2. d / *panes ſeptem. / F / †Mat. 14. c / Ioan. 6. b

*c Secundum con. Be.* Diuerſi diſcubitus, diſtincti ordines eccleſiarum qui vnā catholicam faciunt.

*d Per cen. & quin.* Per quinquaginta iubilei requies. Quinquagenarius autē bis ductus centum facit. & ideo vtriuſq; quietis perfectionem ſignificat. ſ. corporis & mentis. Qui. n. quieſcit ab actibus prauis, requiem habet corporis. Qui autem a cogitationibus etiā peruerſis, requiem habet mentis. Bene autem ſuper viride fęnum diſcumbentes, Dei paſcuntur alimentis, qui per ſtudiū abſtinentiæ, calcatis illecebris carnis, audiēdis implēdiſq; verbis Dei operam impendunt. Ideo alij quinquageni, alij centeni, quia requieſcitur prius a malo opere, vt poſt ſit etiam requies in mente.

*e Et ac.* Non noua cibaria creat, quia incarnatus, non alia quā quæ ſcripta erant, prædicat: ſed legem & prophetas miſterijs grauida eſſe demonſtrat.

*f Fregit.* Et ante turbas ponenda diſtribuit diſcipulis ſuis, quia ſacramenta ſanctis doctoribus, qui hæc toto orbe prędicent, pate fecit.

*g Et ſu. Be.* Secretiora myſteria quæ rudes capere nequeunt, ꝑfectiores diligenter inquirunt. Nam per cophinos, duodecim apoſtoli: & per apoſtolos ſequentes doctores figurantur, foris deſpecti, intus ſalutaris cibi reliquijs ad alēda humiliū corda cumulati. In cophinis. n. ſeruilia geruntur opera: ſed ille eos panis fragmentorum impleuit, qui infirma mundi, vt fortia frangat vel confundat, elegit.

1. Cor. 1. d

*h Quinq; mi. Be.* Propter quinq; ſenſus corporis. Hi Dñm ſecuti, ſignificant eos, qui in ſeculari adhuc habitu poſiti, exterioribus, quæ poſſident, bene vti norunt. Qui recte quinq; panibus aluntur: quia neceſſe eſt vt tales legalibus adhuc præceptis inſtruantur. Qui autem mundo omnino renunciant, & quatuor ſunt milia & ſeptem panibus refecti, hoc eſt euangelica perfectione ſublimes, & ſpirituali gratia intus eruditi.

*i Et ſta. co.* Exemplū dat nobis. vt in omnibus bonis, quæ agimus, humani fauoris retributionē vitemus: ne nos operatio virtutū ad cōcupiſcentiam flectat temporaliū. Quod ipſe dñs nobis inſinuans, cum hi, qui virtutes eius admirabātur, regem eum

G
eū facere vellent, fugit in montē orare: Crucifixoribus promptus occurrit, vt. ſ. parati ſimus ad aduerſa toleranda, cauti ad blandimenta ſi arriſerint, & ne nos ſi affluant emolliendo decipiant crebris a Domino precibus imploremus.

*k Ad Bethſ. Be.* Bethſaida ciuitas eſt in Galilæa Andreæ & Petri & Philippi prope ſtagnum Geneſareth. Sed Marcus dicit peracta refectione veniſſe transfretum ad Bethſaidam: Lucas quod in locis Bethſaidæ factum fuerit miraculum. Ait. n. aſſumptis illis ſeceſ. ſeor. in locum deſertum qui eſt Bethſaidæ. Quod cum cognouiſſent turbæ, ſequutæ ſunt illū, & excepit eos &c. vſq; ad refectionē illam. Sed forſitan Lucas deſertū locū, qui eſt Bethſaidæ, non ipſius viciniam ciuitatis dixit, ſed loca deſerti ad eā pertinentis. Marcus. n. dicit aperte, quod præcederent eum ad Bethſaidam, vbi ipſius fines ciuitatis notat. Lucas verò qui non dicit in deſertū locū qui eſt Bethſaida, ſed qui eſt Bethſaidæ. forte non ipſam ciuitatem, ſed locū deſertū ad ipſam pertinētē intelligi voluit. Ioannes dicit turbas manducaſſe panem iuxta Tyberiadem, & aſcendentes nauim diſcipulos veniſſe in Capharnaum trans mare, quæ ambę ſunt ciuitates in Galilæa iuxta ſtagnū Geneſareth: φ etiam Tyberiadis a Tyberiade ciuitate ſic vocatur.

Luc. 9. b / †Ma. 14. b / Luc. 9. b / Ioan. 6. a / Ioan. 6. a / †per areolas.

*l Abijt in mon. Be.* Bene orat qui Deū orādo quærit, a terrenis ad ſuperiora progrediens, verticē curię ſublimioris aſcendit. Qui de diuitijs, aut honore ſeculi, aut de morte inimici orat in imo iacens viles ad Deum preces mittit: Orat autem Dominus, non pro ſe, ſed pro me. Nam & ſi omnia poſuerit pr̄ in manu filij, filius tñ ut formā hominis impleret, obſecrat patrē pro nobis, qui aduocatus eſt nobis. vnde: Aduocatū habemus apud patrem Ieſum Chriſtum. Si aduocatus eſt, debet pro noſtris interuenire peccatis. Non ergo quaſi infirmus obſecrat, ſed quaſi pius impetrat. Oīa quæ vult pōt, qa aduocatus & iudex noſter eſt. alterū pietatis officiū alterū poteſtatis inſigne.

Ioan. 5. / H / 1. Ioan. 2.

*Et ipſe*

*Q. Veſtrum eſt officium.*
a cent. Et reſpōdens ait illis: Dāte illis manducare. Et dixerunt ei: † Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cùm cognouiſſent, dicunt: b
*Libros Moyſi.* *Prophetas & pſalmos.*
b Quinq;, & duos piſces. Et præcepit illis, ut accumbere facerent omnes,
*Diuerſos ordines.*
c † ſecundum contubernia ſuper uiride
*Continentem carnem.*
fœnum. Et diſcubuerunt † in par-
*a Perfectam requiem.* *Requiem.*
d tes per centenos et quinquagenos.
e Et acceptis quinq; panibus et duo-
*a Surſum dirigendam aciem mentis ſignificat ad lucem ſcientiæ quærendam.*
bus piſcibus, intuens in cælum be-
f nedixit, et fregit panes. et dedit di-
*Qui ſunt diſpenſatores verbi.* *Aperirent.*
ſcipulis ſuis, ut ponerent ante eos, et duos piſces diuiſit omnibus. Et manducauerunt omnes, et ſaturati
g ſunt. Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, et de piſcibus. Erant autem qui
h manducauerunt *quinq; milia uiro-
*a Quia ſicut Iohannes poſt hanc refectionem ſtatim continuat, venturi erant vt caperent, & facerent eum regem.*
i rum. † Et ſtātim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim: ut præcederent c
k eū transfretū ad Bethſaidā dū ipſe dimitteret populum. Et cū dimiſiſſet d e
*a Be. Pro ſe obſecrat, ſed pro me impetrat.*
l eos, abijt in montem orāre. Et cùm

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Euntes emamus du. &c. *Iob vi. dicitur, φ Ieſus quæſiuit à Philippo. Vnde ememus panes, vt manducent hi. & ibidem ſubditur: Hoc autem dixit tentans eum. Ipſe. n. ſciebat quid eſſe facturus: & tunc Philippus reſpondit, vt ibidem dicitur: Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis &c. q. d. Tantum precium non habemus cum pauperes ſimus. Et hic Marcus dicit diſcipulos generaliter hoc reſpondiſſe, licet aliquo modo ſub alijs verbis. Euntes emamus ducentis denarijs quaſi dicat ſi vellemus eis dare ad manducandum, oporteret nos ire ad emendum panes precij ducentorum denariorum. & tamen hoc precium non habemus: & ſic ſe excuſabant per impotentiam. Dicuntur autem hic diſcipuli reſpondiſſe illud quod ſolus Philippus reſpondit. Tum quia non ſolum ex perſona ſua ſed etiam aliorum loquebatur. Tum quia illud quod facit aliquis de aliqua communitate vel dicit, dicitur communitas hoc feciſſe vel dixiſſe: & tunc diſcipulis ſe excuſantibus de datione ciborum populis Chriſtum ſequentibus dixit Chriſtus quod hic habetur:*

b Quot panes habetis &c. quinque panes & du. piſces. *Io. vi. dicitur ſolus Andreas hoc reſpondiſſe: per alia tamen uerba dicens: Eſt puer hic vnus qui habet quinq; panes &c. Dicuntur tamen hic diſcipuli hoc reſpondiſſe in generali, quod dixit Andreas eo modo ſicut dictum eſt de Philippo. Circa ſecundam partem dicitur:*

c Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim vt præcederent eum transfr. *quia non libenter recedebant abſq; magiſtro ſuo, eius ſocietate & doctrina delectati.*

d Ad Bethſaidam dum ipſe. *locus erat vnde recedebant.*

e Et cum dimiſiſſet. *per hoc oſtendens quod prædicator verbi diuini debet poſt ſermonem ſuum ad Deum in oratione redire, ut quidquid boni ibi fecerit gloria Dei aſcribatur.*

¶ Et volebat

## MORALITER.

*e Et cum dimiſiſſet eos, abijt in montem.* per hoc oſtendens, φ orans non debet in terrenis deſiderijs iacere.

✱ *Erat na-*



A
*a Et ipſe ſolus &c.* Qui aliquando omnino in periculis eccleſiā deſeruiſſe videtur. vnde: Vt quid Domine re. lon. &c. Sed qa differt auxilium, non aufert ſubſidium. vnde ſequitur:

Pſal. 9. d

*b Et circa qu. Be.* Stationes & vigiliæ militares, horarum ſpacio diuidūtur: patet ergo eos tota nocte laboraſſe, & diluculo appropinquante auxilium habuiſſe: quia cū preſſuris obſita humana fragilitas paruitatem virtutū ſuarum cōſiderat, in ſe nihil niſi tenebras anguſtiarū & hoſtium inſurgentium æſtus cernit. Cum vero mentem ad ſuperni præſidij lumen et ad perpetuę retributionis dona erigit, quaſi inter vmbras noctis repente ortum luciferi cōſpicit, qui diē proximum. i. Chriſtum nunciet. Lucifer namq; tres horas noctis. i. totam vigiliam matutinam illuminare dicitur.

*c Et volebat. Bed.* Vt ad horam ſcilicet conturbati: ſed continuo liberati, plus liberationis ſuę miraculum ſtuperent, & ereptori ſuo maiores gratias referrent. Sic ſæpe diuina pietas in tribulatione videtur fideles deſeruiſſe quaſi laborantes in mari diſcipulos putetur. Ieſus voluiſſe præterire. vnde: Quare me derel. & qua. contri. in. dū. aſſi. me. inimi. Sed continuo dñs adeſt, quaſi diceret: Cum trāſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cū ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te vnde ſequitur: Et ſtatim loquutus eſt &c.

Mat. 14. c / Pſal. 41. a / Eſa. 43. a

*d Putauerunt. Be.* Adhuc hæretici putāt phantaſma eſſe, nec veram carnem de Virgine aſſūpſiſſe. Theodorus. n. Pharanitanus epiſcopus ſcripſit pondus corporale, ſecundum carnem non habuiſſe dominum, ſed abſque pondere & carne ſupra mare ambulaſſe. Fides autem catholica & pondus eum ſecūdū carnem habuiſſe prædicat, & onus corporeum & cum pondere & onere corporali incedere ſupra aquas non infuſis pedibus. vnde Dionyſius in opuſculis de diuinis noībus ita ait: Ignoramus qualiter de virgineis ſanguinibus alia lege præter naturalem formabat, & qualiter non infuſis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulabat in humidam & inſtabilem ſubſtantiam.

Mat. 14. d / B

*e Nolite ti.* Prima ſubuentio eſt pellere timorem, ſecunda, tempeſtatem præſentiæ ſuæ virtute compeſcere. Nec mirum ſi Domino aſcendente in nauim ceſſat ventus: qa in quocunq; corde per gratiam ſui amoris adeſt, mox vniuerſa vitiorum & aduerſantis mūdi & malignorum ſpirituum bella quieſcunt.

*f Non. n. Be.* Miraculo panum, quod eſſet rerum conditor oſtendit. Ambulando ſuper vndas, quod totum corpus habebat, liberum ab omni grauedine peccati. Placando ventos et vndas, quod elemētis dominaretur oſtēdit. Sed carnales adhuc diſcipuli magnitudine quidem virtutum ſtupebant, ſed diuinæ maieſtatis veritatem non cognoſcebant.

*g Cognouer.* Rumore, non facie vel magnitudine ſignorum: etiam vultu plurimis notus erat.

*h Fimb. Be.* Minimum mandatum, quod qui tranſgreſſus fuerit, minimus vocabitur in regno cœlorum: vel aſſumptionem carnis, per quam venimus ad verbum Dei.

*a Sic eccleſia in fluctibus ſeculi tendens ad littus patriæ cœleſtis.*
ſero eſſet, erat nāuis in medio mari, a
*a Pietatis aſpectu. ſ. corroborat.*
a & ipſe ſolus in terra. Et vidēns eos laborantes in remigando, erat enim
*Flatus dæmonum.*
b uentus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos am
*Comprimens omnia pericula mundi.*
c bulans ſupra mare, & volebat præte b
*Ad horam, vt gratior eſſet liberatio.*
rire eos. † At illi ut uiderunt eum
d ambulantem ſupra mare, putaue-
*Non enim putabant verum corpus ſuper aquas incedere poſſe.*
runt phantaſma eſſe, & exclamauerunt: Omnes enim uiderunt eum,
*Iſidorus. videbimus eum ſicuti eſt.*
& conturbati ſunt: Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit illis: Confidi
e te: ego ſum, nolite timere. † Et aſcen
*Eccleſiam.*
dit ad illos in nauim & ceſſauit uentus. Et † plus magis intra ſe ſtupe-
*a Magnitudine miraculorum, & non cognitione deitatis, & hoc eſt: Non enim &c.*
f bānt*. Non enim intellexerunt de
*Quare.*
panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. † Et cum transfretaſſent, uenerunt in terram Geneſareth, & applicuerunt. *Cumq; egreſſi eſſent c
*Incolæ.*
g de naui, continuo cognouerunt eū,
*Mira fides, non præſentium tantum ſalute contenti ſunt, mittunt ad illos per circumitum, vt currant omnes ad medicum.*
& percurrentes uniuerſam *regio- d
nem illam, cęperunt in grabatis eos
*Infirmos.*
qui ſe malè habebant circumferre, ubi audiebant eum eſſe: & quocūq; introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates, in plateis ponebāt infirmos
h & deprecabantur eum vt vel fimbri
*Non ipſum.*
am ueſtimenti eius tangerent: &
*a Hoc in futuro.* *Quando aufugiet dolor & gemitus.*
quotquot tāgēbāt eum, ſalui fiebāt.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ b Et volebat præ. *eo modo ſicut poſt reſurrectionem ſuam ambulās cum duobus diſcipulis ſuis euntibus in Emaus, finxit ſe longius ire vt habetur Luc. vlti. Nec tamen fuit ibi aliqua duplicitas ſeu falſitas ſecundum φ dicit B. Greg. Hoc. n. fecit vt ſic oſtenderet ſe eis exterius qualis apud eos erat in mētibus eorum interius. erant. n. dubij in fide reſurrectionis Chriſti, & tardi ad credendum, vt ibidem dicitur: & propter hoc dubium erant aliquantulum elongati à veritate & ideo apparuit eis in peregrina effigie & finxit ſe longius ire, quia tales apparitiones fiunt cōmuniter ſecundum diſpoſitionem interiorem ipſorum quibus fiunt: Et eodem modo dicitur hic φ volebat præterire eos: quia erant parua fidei, ſecundum φ dicitur in textu, quia putabant phantaſma eſſe, & tamen iā viderant tāta miracula eum feciſſe, quod credere debebant ipſum ſuper aquas poſſe ambulare. Circa tertiam partem dicitur:*

C

c Cumq; egreſ. eſ. de. con. *ſ. illi de terra Geneſareth. quia per famam quam audierant & miracula, quæ aliqui eorum viderant, cognouerunt quod ille erat, qui infirmos curabat, et mirabilia, & alia faciebat, & ideo ſubditur:*

d Et percur. vni. re. *quia Geraſeni miſerūt per ciuitates ad hoc, quod adducerētur infirmi ad præſentiam Chriſti, vt fimbriam veſtimenti eius tangerent. Iudæi. n. erant diſtincti ab alijs gentibus, non ſolum in lege, ſed etiam in habitu: quia Numeri. xv. præcipitur, quod facerent fimbrias in angulis palliorum, & talem habitum portabat Chriſtus ſicut & legem ſeruauit: & ad tactum huiuſmodi fimbriam curabantur infirmi.*

## MORALITER.

✱ *a Erat nau. in med. ma. &c.* Nauis eſt corpus humanum, in quo ſecundum Platonicos anima eſt ſicut nauta in naui: q̄ fluctibus paſſionum iræ & concupiſcentiæ (quæ ſunt in organis corporalibus) frequenter impellitur & aliquando periclitatur. nam motus paſſionis aliquando ſubuertit iudiciū rationis. Sed quarta vigilia, quę terminatur in luce matutina, Chriſtus venit: quia dum mens ad ſuperni luminis claritatem oculos erigit, paſſionum impetus conquieſcit: & tūc fit applicatio ad terram Geneſareth. i. generantis auram, per quam ſignificatur ſpiritus aurę lenis, vbi eſt Dominus. iij. Reg. xix. & ſanantur infirmi à languore peccati. †Mat. 14. d

In ca. vj. vbi dicitur in poſtil. Nec eſt veriſimile, quod tanto tempore fuerit ocioſus.

### ADDITIO I.

*Cum Chriſtus etiam in hac vita ſummum gradum contemplationis attigit, nullo modo dici potuerit ocioſus, etiam ſi aliquando ab omni actione ſeu exercitio corporali ceſſaſſet; hoc. n. pertinet ad contemplatiuam vitam ab exteriori actione quieſcere ſecundum Grego. in vi. moral. & ideo irrationabile eſt attribuere Chriſto occupationem in artibus mæchanicis ad remouendum ab eo ocioſitatem: nec ex hoc quod illi de Nazareth ipſum fabrum uocabant, concluditur ipſum fuiſſe fabrum ſicut nec ſequitur ipſum habuiſſe ſorores, licet ipſi dixiſſent. Nōne ſorores eius hic nobiſcum ſunt? ſed fabrum ipſum dicebant ad vilipēdendā doctrinam Chriſti: Frequenter. n. hi qui occupantur in actionibus corporalibus, deficiunt ab intellectualibus. Vel dicendum ſecundum Au. φ eo ipſo fabrum Chriſtum credebant, quo fabri filium, quia communiter filij creduntur habere artem patris.*

D / Cap. 17. cir. med. to. 1. / † circumiacentem. / De conſen. euang. li. 2. cap. 42. poſt prin. to. 4.

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Ex quo patet quod ſandalia non dicuntur calceamenta.

### ADDITIO II.

*Manifeſtum eſt cōi modo loqūēdi, quod ſandalia ſunt quædam ſpecies calceamēti. Calceamētū. n. ſe hēt vt genus ad omnia qbus pes induitur. Vnde ſi apoſtoli prohibētur ne aliquo mō portarēt calceamēta. ꝓut intelligit Poſtillator, ex cōſequēti nō poſſent portare ſandalia cū ſint quędam ſpecies calceamēti: & ſic eſſent eis iniuncta cōtraria p̄cepta, qđ eſt manifeſtè cōtra rationē. vnde aliter dicēdū eſt. Ad qđ ſciēdū, φ calceamēta ſeu ſandalia poſſunt dupliciter portari. Vno modo in pedibus prout communitus fit. Alio modo ligata ſub cingulo vel recondita in ſacculo vel in pera & huiuſmodi: prout pauperes itinerantes quandoq; faciunt, vt cū corrumpūtur vel deficiunt calceamenta ſeu ſandalia, quæ habēt in pedibus, prouideant ſibi de alijs, quæ ſecum portant modo prædicto. Primo modo nunquam fuit prohibitum apoſtolis vti ſandalijs nec calceamentis ſcilicet in pedibus: quia hoc pertinet ad velotius ſeu expeditius incedendum. Vnde Iſraeliticis vt citius exirent de Aegypto, & non deſidioſè ambularent præcipiebatur à Domino ut haberent calcementa in pedibus, prout ipſemet poſtillator dicit Exo. xij. Secundò uerò modo prohibitum eſt apoſtolis euntibus ad prædicandum, ſcilicet portare calceamenta in ſacculo uel huiuſmodi: quia hoc eſt impedimentum itineranti, ſicut & alia ſuperflua uel duplicia, quæ omnino prohibebantur apoſtolis euntibus ad prædicandum: ut in præſenti ca. Veritas autem huius diſtinctionis, ſcili-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E nis.ſ.de duplici modo portandi calceamenta, patet ex modo loquendi ſacræ ſcripturæ. Nā Math.x.b.vbi calceamenta eis prohibebātur, nō prohibet eis portare in pedibus. Dicit.n. Nec calceamenta, nec uirgam. Similiter Luc. dicit: Nec peram nec calceamenta, non exprimens in pedibus. ſecundum Marcum in hoc ca. non permittitur apoſtolis portare ſandalia ſimpliciter: quia hoc eſſet contra aliud præceptum de directo, ſed permittitur eis calceare ſandaliis, quod eſt portare ſandalia primo modo vnde expreſſe dicit: Sed calceatos ſandaliis. Similiter Apoſtolus, in eadem materia dicit: Calceati pedes in præparatione euangelij. Non.n. dicit, ꝙ portēt calceamenta: quod poteſt intelligi ſecundo modo portandi, ſed ꝙ portēt in pedibus. & ſic in his duobus præceptis nulla eſt cōtradictio, etiam ſi ſandalia & calceamenta pro eodem ſumantur. & de hac materia vide ſupra.c.1.in additone ſecunda.

Cap. 10.a — Ephe. 6.c

R E P L I C A.

In ca.vj. vbi dicitur: Nonne hic eſt faber. dicit Poſtillator, quod non eſt veriſimile Chriſtum à iuuētute vſq; ad triceſimum annum fuiſſe ocioſum. Bur. dicit Chriſtum non debuiſſe operari opera mechanica, quia impediuiſſet opera intellectualia. in quibus Chriſtus ſummum gradum tenuit: ideo ocioſus dici non potuit: Hoc dico, quo ad factum, ꝙ & ſi Chriſtus nihil operando corporaliter ocioſus non fuit, præbuiſſet tamen exemplum ocioſis, qui ab eo ſumerent velamen excuſationis. Laborauit igitur ſicut & orauit, non ad ſuffragium, ſed ad exemplum. Nec talis labor in Chriſto potuit remittere ſummum gradum intellectualis contemplationis: vt Bur. arguit, ſicut nec dolor ſummus in paſſiōe potuit remittere ſummā fruitionem, de quo alibi. In eo.ca. vbi conceduntur apoſtolis ſandalia, Poſtillator volens ſaluare literam Matth.x. vbi prohibentur calceamenta, dicit ſandalia propriè non eſſe nec dicit calceamenta. Burg. vult, quod ſandalia ſint contenta vt ſpecies ſub genere calceamentorum. Et ſoluit eam contrarietatem, quam mouit Poſtillator de Matt.x.& hic per portare in pedibus vel in ſacculo &c. Sed non videtur maturum de hoc oportere fieri mandatum, quod raro & per viles perſonas fieri conſueuit.ſ. portare calceamenta in dorſo ligata. Ridiculoſa igitur uidetur diſtinctio Burg. Satis.n. dictum arbitror de uſu calceamentorum in pedibus Chriſti & apoſtolorum ſuper Matth.x. De ſandalijs autem hic cō ceſſis ſecus eſt: quia non pertinent ad genus calceamentorum: Genus dico logicum ſed propter ſimilitudinem vſus reſpectu pedum, modum habent calceamenti, quæ alio nomine dicuntur caligæ, iuxta illud Act.xij.b. ubi dicitur Petro, Calcea te caligas tuas, Græcus ſermo habet ſandalia, ubi nos caligas, Et ut quidam uolunt, ſandalia ſunt in ſoleis integra, ſuperius aperta. & ſic cum non ſint calceamenta, habent tamen aliquid ſimile, quia pedū contra aſperitatem uiæ ſunt muniuimenta. & ſic prohibitis calceamentis, conceduntur ſandalia ſine contrarietate. Ad plenam.n. calceationem requiruntur multa, ſcilicet caligæ, ligaturæ &c. Ab huiuſmodi curioſitate ſunt apoſtoli prohibiti, & cæteris, quæ in litera enumerantur, ſandalijs conceſſis. G

## GLOS. ORINAR. CAP. VII.

In Mar. euang. lib. 2. c. 7. in prin. tom. 5.

E T Conue. Be. Patet ꝙ vera ſit confeſſio Dñi ad patrem qua dr̄: Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & a prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, Indocti veniunt, infirmos adducunt. vt vel fimbriam eius contingant. & ideo cupita ſalute potiuntur. Phariſęi vero & ſcribę qui doctores populi eſſe debebant, nō ad verbū audiendū, non quaſi ad medicum, ſed ad quæſtionum pugnas concurrunt.

Matt. 13. d — † iniquitatis — † incuſanerunt — Comm. in Marc. c. 7. tom. 9.

b Communibus. Hier. Immundis, vel cōmunibus manibus cōmunionē gentiū ſignificat. Mundicia Phariſæorū ſterilis eſt, cōio apoſtolorū non tota extendit palmites ſuos vſq; ad mare. F

c Non lo. De non lotis corporis manibus vituperant, cum in eorum operibus nihil immundiciæ inueniatur. Ipſi aqua exterius loti, conſcientiæ liuore intus ſunt polluti.

* abluti fuerint. — † acceperunt tenēda ablutiones — Vat. ſup. — † Mat. 15. a

d Tha. Be. Superſtitioſa hominum traditio crebrius lauari, ob manducancandum & hmōi. Sed neceſſaria doctrina veritatis eos iubet, qui panem vitæ, qui de cęlo deſcendit, manducare deſiderant, crebro eleemoſynarū, aliorumque iuſticiæ fructuum lauamento ſua opera purgare.

e Baptiſmata ca. Fruſtra vaſorum baptiſmata ſeruant, qui cordium ſuorū & corporum ſordes negligunt Non .n. hoc de materialibus manibus dictum eſt, ſed pro mentium emundatione, & operum caſtigatione, & animarum ſanctimonia & ſalute.

† procul ab eſt.

f Quare diſ. Mira ſtulticia, filium Dei arguunt, quia nō ſeruat præcepta hominum. Manus autem.i. opera non corporis ſed animæ lauandæ ſunt, vt fiat in illis verbum Dei.

g Bene proph. Hier. Latratū phariſæorū reprimit furca rationis.i. Moyſi & Iſaię increpatiōe, vt & nos hęreticos verbis ſcripturæ vincere poſſimus.

Vbi ſup.

h Bene ir. ſe. Falſam calumniam vera ratione cōfutat, quaſi vos propter traditionem hominū præcepta Dei cōtēnitis et negligitis, quare ergo meos diſcipulos arguitis, qui iuſſa ſeniorum paruipendunt, vt cuſtodiant mandata Dei.

† reijcitis. — † Exo. 20. b — Leui. 20. b — Vbi ſup.

i Vos au.d. Be. Cōſulens Dominus imbecillitati, vel ætatū vel penuriæ parentum, pręcepit, vt filij honorarēt patres etiam

## CAP. VII.

E T cōueniunt ad eum ^a phariſæi, & quidam ^b de ſcribis venientes ab Ieroſolymis. Et

a ¶ Apetit quare veniſſent.

cùm uidiſſent quoſ^b dam ex diſcipulis eius, † cōmunibus ^c manibus id eſt non lotis manduca-^d re panes † vituperauerunt. Phariſæi

¶ Ideo.

enim & omnes Iudæi, niſi crebrò la-

¶ Panem.

uent manus, non manducant, tenen

a ¶ Non Dei. b ¶ Redeuntes.

tes traditionem ſeniorum. Et à foro ^c

a ¶ Lauentur. ¶ Fruſtra baptizantur, ſic, dum in nomine Saluatoris non abluuntur.

niſi † baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt quæ † tradita ſunt il-^e lis ſeruare, baptiſmata calicum & urceorum, & æramentorum & electrorum. † Et interrogabant eum phari-^f ſæi & ſcribæ: Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſe-

¶ Immundis.

niorū, ſed cōmunibus manibus mā-ducant panē? At ille reſpondens dixit ^g eis: Bene prophetauit Iſaias de uobis hypocritis, ſicut ſcriptū eſt: † Populꝰ ^a

¶ Extrinſecus.

hic labiis me honorat, cor āt eorū † lō-

a ¶ Et quia longe eſt cor: In vanum &c.

gè eſt à me. In vanū āt me colūt docē-

¶ Quia ¶ Non Dei.

tes doctrinas & præcepta hoīm, relin

¶ Neceſſaria. ¶ Vanas.

quētes mādata Dei tenetis traditiōes

¶ Non Dei. ¶ Scilicet.

hoīm, baptiſmata urceorū & calicū,

¶ Superſtitioſa & inutilia facitis.

& alia ſimilia his facitis multa. Et di-^h cebat illis: Bene † irritū feciſtis pceptū ^e Dei vt traditionē veſtrā ſeruetis. Moy ^f

a ¶ Non tantum ſalutatione & officio deferendo, ſed munere, ſicut illud eſt: Honora viduas.i. tribue neceſſaria.

ſes.n.dixit: † Honorā patrem tuū & matrē tuā, & q maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autē di-

## NIC. DE LYRA. CAP. VII.

a E T conueni. *Poſtquam deſcripta eſt erga diſcipulos Chriſti condeſcenſio, hic conſequenter deſcribitur Phariſæorum confutatio, & hoc quadrupliciter. Primò in eorum obſeruantiis. Secundò in miraculis Chriſti, ſequenti ca. ibi: Et exierunt phariſæi. Tertiò in lege permiſſis x.ca. Quartò in parabolis.xij.ca. Circa primum primò deſcribitur phariſæorum confutatio. ſecundò populorum conſolatio ibi: Et inde ſurgens. Circa primum primò deſcribitur phariſæorum obſeruatio vana. ſecūdò, eorum interrogatio maligna, ibi: Et interrogabant phariſæi. tertiò eorum cōfutatio vera, ibi: At ille reſpondens. quartò, dictæ confutationis expoſitio plana. ibi: Et cum introiſſet in domum. Sētentia verò iſtarum partium patet ex dictis Mat.xv. exceptis quæ ſequuntur:* H

b Phariſæi.n.&c. la. ma. &c. *volentes per mundiciam exteriorem prætendere, quod haberent interiorem, cum tamen eſſent pleni iniquitate & immundicia, ſecundum quod dicitur Mat.xxiij.*

c Et a fo. niſi bap. non come. *quando.n. exibant ad negocia exteriora in publico, reputabant immundiciam aliquam contrahere ab aliis, qui tamen erant meliores ipſis: et ideo redeuntes à talibus negocijs lauabant ſe antequam comederent, quaſi purgantes immundiciam ab aliis contractam.*

f Moyſes.n. dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam &c. *Dominus autem dixit hoc, ut habetur Exo.xx. ſed Moyſes explanauit qualiter eſſet intelligēdum, contra quem intellectum ſacerdotes & phariſæi docebant.*

† Iſa. — Mat.

¶ Corban

### MORALITER.

✻ a *Et conueniunt ad eum phariſæi, & quidam de ſcribis uenientes.* Spiritualiter. illotis manibus manducare eſt immundum viuentem euchariſtiam tractare.

d *Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum.* Labijs & non corde Deum honorare, eſt bene loqui & malè viuere.

e *Bene irritum feciſtis præceptū Dei.* Hoc autem faciunt principes & prælati faciētes ſtatuta ſua ſub graui pœna diligenter obſeruari, & parum aut nihil curant de obſeruatione mandatorum Dei.

✻ Et aduc-



tres ēt in neceſſariis huius vitæ. Hanc aūt legē ſcribæ & phariſæi ſubuertentes, vt impietatem ſub nomine pietatis inducerent, docuerunt filios ſuos, vt ſi quis ea, quæ parentibus offerenda ſunt, Deo vouere voluerit: qui verus pater eſt: oblatio Domini pręponatur. G A

a Tibi prode. Iſi. in tuos vſus conſumitur: quod ſacrilegium eſt. Vel interrogatiuè. Q. Proderit tibi? Non debet: Hoc metuentes patres afficiebantur inedia.

b Nihil eſt extra &c. Be. Nec idolothitū inquantum cib. eſt, inquātum Dei creatura eſt: ſed dæmoniorū inuocatio hoc facit immundum. Vnde: Non poteſtis bibere calicem Dñi & calicem dæmoniorū. Iudæi ſe partē Dei iactant, cōes cibos vocant, quibus omnes homines vtūtur, vt oſtrea, lepores, et hmōi aīalia, quæ vngulam non findunt, nec ruminant, nec ſquamoſa in piſcibus ſunt.

Mar. euāg. ca. 7. 1. Cor. 10. in medio.

c Et nos impru. Corripiuntur, quia quæ per ſe patent, myſtica putant. Ex quo aduertimus vitioſum eſſe auditorem, qui obſcura manifeſte, aut manifeſte dicta obſcure vult intelligere.

d Et in ſeceſ. Be. Hinc calumniantur quidam hæretici, ꝙ Dñs phyſicæ ignarus putet omnes cibos in ventrem ire, & in ſeceſſum digeri, cum ſtatim infuſæ eſcæ p artus & venas & medullas, neruoſq; fundant. Vnde & multos q vitio ſtomachi ppetē vomitū ſuſtinent, poſt cœnas & prādia ſtatim euomere dn̄t, & tn̄ corpulentos eſſe: qa ad primū tactū liqdior cibus & potus per mēbra funditur. Sed ꝗtuſuis tenuiſſimus humor & liquens eſca, cum in venis & artubus cocta fuerit & digeſta, per occultos meatus (quos Græci poros vocant) ad inferiora dilabitur & in ſeceſſum vadit. Aug. Quædam ſic accedunt vt etiam mutent & mutentur, ſicut & ipſe cibus amittens ſpeciem ſuam, in corpus noſtrum vertitur, et nos refecti in robur mutamur. B

e De corde hominum. Be. Animę locus principalis non iuxta Platonem in cerebro, ſed iuxta Chriſtum in corde eſt. Arguūtur etiam ex hac ſententia qui cogitationes a diabolo immitti putant, non ex propria naſci voluntate. Diabolus incētor & adiutor malarum cogitationū eſſe pōt: autor eſſe nō pōt. Si aūt in inſidiis ſemp poſitus leuē cogitationū nr̄arū. ſcintillā ſuis fomitibus inflāmauerit, nō debemꝰ opinari eū quoq; cordis occulta rimari, ſed ex corpis habitu & geſtibus extimare, quid uerſemus intrinſecus, vt ſi pulchrā mulierem nos crebro viderit inſpicere, intelligit nos amare.

Matt. 15. b

f Et inde ſur. Relictis ſcribis & phariſæis calūniatorib. in partes Tyri & Sidonis ſeceſſit, vt Tyrios Sidonioſq; curaret.

g Neminem vo. Be. Quamuis latere non potuerit, non tamen factū [illegible]uod voluit: Sed exēplū eis daba[illegible]ſanandi infirmos gr̄am conferebat, vt in miraculis humani fauoris glīam ꝗtū poſſēt declinarent: nec tn̄ a pio opere virtutū ceſſarēt, cū hoc fieri vel fides bonorū iuſte expeteret, vel incredulitas prauorum neceſſario cogeret, Ob hanc enim cauſam Tyri & Sidonis fines intrabat, vt filium ſyrophœniſſæ a dæmonio liberaret, & per fidem gentilis fœminę ſcribarum et phariſęorum perfidiam argueret.

Supr. c. in prin.

h Mulier enim. Marcus dicit Dominum fuiſſe in domo, cum venit ad eum mulier. Matthæus dicit, ꝙ clamat poſt nos. Per qđ innuit, ꝙ poſt ambulātē pces emiſerit. Venit ergo ad eū mulier in domū: ſed qa Matthæus ait: Non rn̄dit ei verbū, dedit intelligere, ꝙ ambo tacuerūt, & cū ſilentio ingreſſi ſunt: Et ita cętera cōtexunt, q̄ in nullo diſſentiūt. Hiero. Allegorice Mulier, eſt mr̄ nr̄a Romana eccleſia. Nata, dæmoniaca, occidentalis barbaries, cuius fides fecit de cane ouem. Micas intellectus q̄rit, non panem infractum literæ cupit Be. Allegorice. Mulier gētilis, ſed cum fide ad Dñm veniens, eccleſiam ſignificat de gētib. collectam, quæ pro filia dęmoniaca Dominum rogat, id eſt pro ſuis populis nondum credētib. vt & ipſi à diaboli fraudibus abſoluantur. Quæ bene ſecundum Matthæum de finibus ſuis egreſſa, ſecundum Marcum ingreſſa ad Dominum C

Mat. 15. c — Mar. 9.

a ¶ Q. Bene poteſt dicere. b ¶ Filius.

citis: Si dixerit homo patri aut

¶ Quod Deo voui.

matri, corbā, quod eſt donum ^a

^a quodcumq; ex me tibi prode-

¶ Alias profuerit. a ¶ Sic.

rit: et vltra non dimittitis eum

¶ Boni. a ¶ Qui debet ſuſtentari neceſſariis huius uitæ.

quidquam facere pātri ſuo aut

a ¶ Quaſi in hoc reſcinditis. b ¶ De parentibus.

matri † reſcindentes uerbū Dei

¶ Veſtræ auariciæ.

per traditionem ueſtram, quam

¶ Non Deus.

tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmo

¶ Contra mandatum Dei ¶ Confutatis ſuperbis humiles aduocat & docet.

di multa facitis. Et aduocans ^b † iterum turbas, dicebat illis: Audite me omnes & intelligi-^b te: Nihil eſt extra hominem, introiēs in eum, quod poſſit eum coinquinare: ſed quæ de ho-

a ¶ De corde hominis.

minè procedunt, illa ſunt, quæ

a ¶ Alias communicant. Commune enim dicunt Iudæi immundum. ¶ Attentos facit.

coinquinant hominem. Si quis ^c habet aures audiendi audiat. Et cùm introiſſet in domum à

¶ Relicta.

turba, interrogabant eum di-

¶ Exponere.

ſcipuli eius † parabolam. Et ait ^c illis: † Sic & uos † imprudentes eſtis? Non intelligitis, quia omne extrinſecus introiens in hominem, non poteſt eum co-

¶ Vel communicare.

inquinare, quia non intrat in cor eius, ſed in uentrem uadit, ^d & in ſeceſſum exit, purgans o- ^d mnes eſcas. Dicebat autem. quoniam quæ de homine exeunt, illa † coinquinant hominem.

¶ In quo eſt ſedes animæ

^e † Abintus enim de corde ho- ^e minum cogitationes malæ pro- ^f cedunt, adulteria, fornicatio- ^{g h} nes, homicidia, furta, auaritiæ, ^{i k} nequitiæ, dolus, impudicitia, ^{l m}

¶ Inuidia.

oculus malus, blaſphemia, ſu- ^{n o p} perbia, ſtultitia. Omnia mala ^{q r} hæc ab intus procedunt, & coin ^f quināt hominē. Et inde ſurgens ^ſ abiit in fines Tyri & Sidonis: & ^t ^g ingreſſus domū, neminem uolu ^h it ſcire, & nō potuit latere. † Mu- ^{u x}

a ¶ Id eſt Romana eccleſia. b ¶ Ideo. c ¶ In auditu auris obediuit mihi.

liēr ēnim ſtatim ut aūdiuit de eo

## NIC. DE LYRA.

¶ a Corbam quod eſt do. *Corbam non ſignificat donum generaliter acceptum: ſed donum deo oblatum vel offerendum. Phariſæi & ſacerdotes auaricia moti dicebant, ꝙ melius erat filijs offerre Deo bona ſua, quam prouidere parentibus in neceſſitate poſitis: & ſic euacuabant præceptum Dei de honore parentum, vt plenius dictum fuit.*

c Si quis ha. *ideſt ſi quis habet voluntatem audiendi ueram doctrinam, audiat meam, & non phariſæorum.*

Matt. 15. c

d In ſeceſſum. *Natura enim, quę eſt ſagax, impuritatem, quæ eſt in alimento ſuſcepto, emittit per ſeceſſum, retinens illud quod eſt ibi purum ad corporis nutrimentum, & ſic purgatur eſca corporis nutritiua.*

e De corde hominum.i. *conſenſus deliberatiui ad mala agenda: quæ explicat magis in particulari, cum ſubdit:*

ſ Adulte. *In quibus eſt violatio thori alieni.*

g Fornicatio.i. *illiciti concubitus perſonarū a matrimonio ſolutarum.*

h Homicidia. *quibus infertur nocumentum in perſonas proximorum.*

i Furta. *quibus res alienæ ſubtrahuntur.*

k Auaritiæ. *inquantum aliqua iniuſte retinentur.*

l Nequitiæ. *Quæ conſiſtunt in calumnijs proximorum.*

m Dolus. *in deceptione eorum.*

n Impudicitia. *quantum ad tactus & aſpectus immundos.* D

o Oculos malos. *quantum ad odium & inuidiam, quia non permittunt uidere recto oculo bonum proximi.* † ſine intelligentia.

p Blaſphemiæ. *i. iniuriæ in Deum.*

q Superbia. *Dei vel proximi contemptus.*

r Stulticia. *i. qualibet iniuria in proximo.*

ſ Et inde ſur. *Hic conſequenter deſcribitur cōſolatio populorum. Et primo gentilium. Secūdo Galilæorum ibi. Et iterum exiens: Circa primū dicitur:* Et inde ſurgens. *Vbi habitant gentiles, ad quos tranſiit Chriſtus ad benefaciēdum eis, relinquens Iudæam propter maliciam phariſæorum & ingratitudinem.*

t Et ing. &c. ne. uo.i. *noluit manifeſtari aduentum eius per diſcipulos ſuos, oſtēdens, quòd prædicator & operator miraculorum non debet quærere propriam oſtentationem.*

u Et non po. lat. *Illud nō poſſe, nō refertur ad eius potētiā abſolutā, ſed ad cogruētiā. Non.n. erat congruum, ꝙ aduentus medici lateret infirmos: Nec fuit decens, ꝙ manifeſtaretur per ſuos diſcipulos, vt dictum eſt. Et ideo manifeſtatus fuit per alios, qui famam eius audierant, & aliqui eum uiderant: quia non ſolum de Iudæa ſed etiam de nationibus alijs multi ueniebant ad eum propter miracula & ſanitates quæ operabatur, vt habetur:*

x Mulier enim ſtatim &c. *Non eſt intelligēdū, ꝙ curauerit filiā eius exiſtēs in domo, quia tunc noluit facere, ſed magis in via cum ipſa clamaret poſt eos, vt habetur Matthæi.xv.* Sup c. 3.

¶ Erat

### MORALITER.

✻ b *Et aduocans iter[illegible] &c.* Hoc eſt ita morale, quòd non i[illegible] moralitate. *Et inde ſurgens &c.* Sequitur. †Mat. 15. c

x *Mulier.n. &c.* Peccatrix anima bene mulier dicitur fragilis & infirma. cuius filia eſt opatio a dæmone poſſeſſa, Peccatores dicūtur catelli, propter qđ non ſunt digni recipere panem Dei, ſed cum humiliter confitentur peccata, de quorū numero eſt mulier, iſta cuius filia ſanatur, nā operatio praua deletur.

✻ Et adducent

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

minū atq; ad pedes ꝓcidiſſe dr̄, vt ex vtroq; colligat̄, ꝗ illi ſoli fidel̄r & recte ꝓ errātib. orāt, ꝗ priſcas ſuæ ꝑfidiæ mãſiones relinquūt. atq; i domū Dei i. eccl'iā pia ſe deuotiōe trãſferūt.

*a Sine prius ſaturari filios.* Q. Futurum eſt, vt & vos gentes ſalutem cõſequamini: ſed prius oportet Iudęos ꝗ antiqua electione filii Dei nominantur, pane cæleſti refici, & ſic tandem gentibus vitæ pabula miniſtrari.

*b Filio. & mit.* Mira conuerſio: nã Iſrael quondam filius, nos canes. Pro diuerſitate fidei ordo nominum mutat̄. De illis dicitur: Circundederunt me canes multi. De nobis: Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili.

*c De micis:* Non integros cibos digna ſum recipere: reliquiis catellorum cõtenta ſum, vt ſic veniam ad panem integrum. Be. Alleg. De micis &c. Mẽſa, ſcriptura. vnde: Paraſti in conſpe. meo men. &c. Micę puerorū interna myſteria, qb. humiliū corda reficiuntur, ſm illud: Et adipe fru. ſati. te. Conuerſi. n. ad fidem catelli. i. qui in gentib. erant deſpecti, non literę ſuperficiem, ſed ſpiritualium ſenſuum inquirunt medullam. Et hoc ſub menſa dominorū ſuorum. i. dum verbis Dei humiliter ſubditi, & ad implenda quæ ſcripta ſunt cuncta cordis & corporis officia ſupponunt, vt ad ſperanda ſuperna quæ a Domino promiſſa ſunt prẽmia in cęlo, merito ſe humilitatis erigant.

*d Pro hunc ſer. Be.* Hic dat̄ exẽplū cathecizandi & baptizandi infantes: ꝗ per fidem & confeſſionem parentum, in baptiſmo liberantur a dæmonio paruuli, qui necdum per ſe ſapere vel aliquid agere boni poſſunt aut mali.

*e Tyri. Hie.* Tyrus anguſtia, ſigñans Iudęã, cui Dñs Coãguſtatū ẽ ſtratū, breue eſt palliū tuum: vtrũq; operire non poteſt, vt transferat ſe ad alias gentes.

F

*f Sidon. Hie.* Sidon, venatio, fera indomita, noſtra regio vel natio eſt.

*g Decapo. Be.* Regio decem vrbiū trans iordanem ad orientem: Quod aũt dr̄: *Venit ad mare Ga. inter me. fi. De.* Non ipſos eum intraſſe ſignificat, neq; n. mare transnauigaſſe dicit̄, ſed vſq; ad mare veniſſe: atq; ad locū ꝗ medios fines decapoleos lõge trãſmeare [illegible] poſitos reſpiciebat. Hie. Saluator ad ſaluãdas gẽtes ab apoſtolis deducitur, & docet quod adoleſcenti interroganti reſpõdit: Noſti mandata, hæc fac & uiues.

*h Surdum & mutum. Be.* Qui ſ. nec aures verbis Dei audiendis, nec os ꝓ loquẽdis aperit. Quales neceſſe eſt, vt hi qui audire & loq verbum Dei longo vſu didicerũt, Dño ſanandos offerant, vt eos quos humana fragilitas nequit, gratię dextera ſaluet. Hier. Genus humanum tanquam vnus homo varia peſte abſumptus in protoplaſto, cęcatur dum uidet, ſurdus fit dum audit, dum odorat emungitur, obmuteſcit dum loquitur, mancus fit dum manus erigit, incuruatur dum erigitur, hydropicus fit dum concupiſcit, claudus dum progreditur, lepra fui funditur dum mundatur, dęmone impletur dum diuinitatem appetit, moritur morte dũ audacter excuſat.

*i Et d.* Incarnationem Dñi ꝓphetę & patriarchę cupiebant.

*k Et appre. eum &c.* Seorſum a turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis [illegible] ſermonibusq; incompoſitis educitur, qui ſanari [illegible] qui in aures mittuntur, verba ſpir tuſſancti, de [illegible] Digitus Dei eſt hic. Et: opera digitorū tuorum [illegible] tangit linguam &c. Spuma de carne Domini [illegible] quę ſoluit ignorantiam humani generis: vt dicat [illegible] Credo in Deum patrem omnipotentem &c.

*l Seorſum de tur. Be.* Prima ſalutis via eſt de turba educi. De turba [illegible] Dominus infirmum, cum mentem peccatis liquidando [illegible] illuſtrat, & a conſuetæ conuerſationis motib. [illegible], & ad ſequenda pręcepta ſua prouocat. Digitos aũt in auricu'as mittit, cum per dona ſpiritusſancti aures cordis ad intelligenda & ſuſcipienda verba ſalutis aper t. Et quia cognitionem veritatis debet ſequi confeſſio. Sequitur: *Et expuens te.* Cum ſ. ad confeſſionem fidei ora cathecizatorum inſtruit. Sputum namq; Domini eſt ſapor ſapientię, quę dicit: Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita. Vnde, ſputo eius terrę commixto cęcus illuminatur. Sputum. n. quod ex capite Domini deſcẽdit, diuinam eius naturam exprimit, quę ex Deo eſt. Portio terrę cui ſputū immixtum eſt, humanam ſignificat naturã. Sic ergo ex ſputo ac terra cõpoſito medicamẽto oculos cęci nati aperuit quia genus humanum per cõfeſſionem vtriuſq; ſuę naturę ab ingenitis errorum tenebris eruit. Expuẽs ergo linguam muti, vt loqui valeat tangit, cum ora diu bruta ad verba ſapientiæ proferenda contactu ſuę pietatis informat.

G

*m Et ſuſpi. &c. Hier. Ingemuit.* Gemere nos docuit, & in cęlū theſaurū noſtri cordis erigere, quod per compunctionẽ cordis a friuola carnis lætitia purgatur. vt dicitur: Rugiebam a ge. cor mei: Domine añ te oẽ deſi. meũ &c. *Et ait illi: Effeta: quod eſt ada.* Corde credit̄ ad iuſti. &c. *Et ſtatim aperta &c.* Aures aptę ſunt ad hymnos & cãtica et pſalmos. Soluit̄ lingua, vt eructet verbũ bonũ: qđ nõ pñt nec minę nec verba cohibere vel prohibere. Vnde Paulus. Ego vinctus ſum, ſed verbũ Dei non eſt alligatum in me. *Et præ. illis ne cui dice.* Non in virtutib. gloriandum eſſe docuit, ſed in cruce & in humiliatione. *Quanto au. eis præc. &c.* Ciuitas in monte poſita vndiq; circunſpecta abſcondi non poteſt: humilitas ſemper præcedit gloriam.

*n Adaperire.* Ad aures proprie. Aures enim ad audiendum aperiendę: lingua vt loqui poſſit erat ſoluenda. Vnde ſequitur: *Statim aperta &c.*

H

*Et loque.*

¶ Occidentalis eccleſia mater ad Ieſum. b ¶ Cauſa cuius uenerat.

cuius filiã habebat ſpiritum im mun-

a ¶ Humanitatem.

dum, intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis Syro-

a ¶ Hæc fides, quæ credit filiam poſſe ſaluari.

phœniſſa genere. Et rogabat eum, ut dęmonium eiiceret de filia eius.

a Qui dixit illi: Sine prius ſaturari filios. † Non eſt enim bonum ſumere

¶ Hic paſſi'tia, qua toties cõtẽpta ut Mattheus dicit̄ ꝑſeuerat. ¶ Gentilibus.

b panem filiorũ, & mittere † canibus. At illa reſpondit, & dixit ei: Vtique

a ¶ Humilitas: qua ſe non canibus ſed catellis comparat.

Domine. Nam & catelli comedunt

¶ Myſtice loquitur mulier gentilis.
a ¶ Intellectus. b ¶ Non ad menſam.

c de micis ſub menſa puerorum. Et

d ait illi: Propter hunc ſermonem uade, exiit dæmonium a filia tua. Et

¶ Beda. Humilem, fidelem. ¶ Hiero. Prudens humilis meretur quod poſcit.

c cum abijſſet domum: inuenit puellam iacentem ſupra lectum, & dæ-

¶ Ab ea.

monium exiſſe. Et iterum exiens de

Anguſtia. Venatio.

e f finibus Tyri, uenit per Sidonem ad

a ¶ Fluctuoſam volubilitatem. b ¶ Alias contra.

e mare Galilęę inter medios fines De-

¶ Mandata decalogi. a ¶ Genus humanum. ¶ Quia audiuit.

g capoleos, & adducũt ei ſurdum † &

a ¶ Quia loquutum. b ¶ Patriarchæ uel prophetæ incarnationem domini deſiderantes.

i mutum. Et deprecabantur eum, ut

¶ Miſericordia.

k imponat illi manum. Et apprehen-

¶ Alias illum. ¶ De ſtrepitu mundi.

l dens eũ ſeorſum de turba miſit digi-

¶ Iſidorus, verba, ſpiritus ¶ Sapientiam.

tos ſuos in auriculas eius. Et expu-

¶ Vt dicat, Credo in Deum patrem &c. ¶ Quaſi homo.

m ens tetigit linguam eius, et ſuſpiciens

a ¶ Quia inde uerba mutis auditus ſurdis, medela cunctis infirmis. ¶ Docens corda ad dominum dirigi.
b ¶ Gemere nos docuit, uel pro noſtris, uel pro noſtrorum gentibus ſupplicantes. c ¶ Vno ſermone curauit quia Deus.

in cęlum ingemuit: & ait illi: † Effeta

a ¶ Ad hymnos & cantica & pſalmos.

n quod eſt adaperire. Et ſtatim apertæ

¶ Vt eructet uerbum bonum.

ſunt aures eius, & ſolutũ eſt uinculum linguę eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent.

a ¶ Quia non eſt in altis gloriandum, ſed in cruce & humilitate.
¶ Humilitas præcedit gloriam.

b Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis † plus prædicabant, & eo amplius † admirabantur: dicen-

¶ Hoc d.

tes: Bene omnia fecit: et ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Erat. n. mu. i. *de Syria Phœnicis. Eſt. n. Syria nomen generale prouinciæ: phœnis aũt nomen cuiuſdam ſpecialis contratæ in illa prouincia. Et inde componitur ſyrophœniſſa. id eſt de tali contrata oriunda.*

b Propter hunc ſer. *id eſt propter tuæ fidei confeſſionem.*

c Exiit dæmonium a filia tua. *quia confeſſio fidei de congruo eſt meritoria miraculi. Cætera patent ex dictis.*

d Et ite. *Hic conſequenter deſcribitur conſolatio Galilæorum. Et primo in curatione dęmoniaci. Secundo, in miniſtratione alimenti, in principio ſequentis capituli. Circa primã partẽ determinatur locus, ubi Chriſtus fecit ſequentem curationem, cum dicitur:*

e Inter me. *Decapolis eſt nomen regionis, vt dictum [illegible] ſup. Et huius regionis una pars eſt ultra [illegible], alia citra vt patet in deſcriptione terræ ſanctæ. Igitur mare Galilææ quod eſt quidam lacus, per quem tranſit iordanis fluuius, reſpicit terminos vtriuſque partis regionis prædictæ.*

f Et addu. ei. ſur. & mu. *Non erat talis a natiuitate, nec ab infirmitate ſuperueniente, ſed a dæmone ipſum obſidente, eius auditum impediente & loquelam.*

g Miſit digi. *Chriſtus aliquando ſanauit infirmos tangendo corporaliter, vt oſtenderet humanitatem ſuam eſſe diuinitatis inſtrumentum modo ſupradicto.*

h Et ſuſp. in cæ. inge. *Vt oſtenderet ſe uerum hominem, à Deo quærens auxilium.*

i Et ait il. Effeta &c. *Oſtendens ſe uerum Deum curãdo per imperium.*

¶ Et præ.

## MORALITER.

✠ *f Et ad. ei ſur. & mu.* Spũaliter, ſurdus eſt inobediẽs, mutus laudes Dei debitas omittẽs, ſed tactu Xp̃i vtrũq; tollitur impedimẽtũ ꝗa cum Xp̃s ſua gr̃a tãgit cor hominis, fit humiliter obediens et deuote Deum laudãs. Qđ ãt Xp̃s ſurſum aſpiciens ingemuit, fuit ad oſtendendum, ꝗ omne remedium eſt inde cum deuotiõe ꝗrendũ.

✠ Et præcepit



*a Et loquebatur re. Be.* Ille ſolus recte loꝗt̄ vel Dñm ꝯfitẽdo, vel alijs ꝑdicãdo: cuius auditũ vt cæleſtib. poſſit auſcultare et obſecũdare mãdatis diuina gr̃a reſerat. Cuius linguã Dñs tactu ſapiæ ꝗ ipſe eſt ad loquẽdũ inſtruit. Hic talis dicere põt: Dñe labia mea aperies &c.

A

*b Quã. a.* Sciebat ille ꝗ oĩa nouit anteꝗ̃ fiãt, ꝗ magis ꝑdicarẽt, et hoc ꝑcipiẽdo pigris voluit oñdere, ꝗ̃to ſtudioſius ꝗ̃toq; † frequentius prædicare debeant, quib. iubet vt pręedicarent: qñ illi ꝗ prohibentur, tacere non poterant.

b Quanto au. *ꝗa beneficiatus de beneficijs acceptis dẽt ſe gratũ oſtẽdere, et benefactorẽ laudare, quamuis hoc benefactor non quęrit.*

C

c Et eo. *de tanta eius humilitate.*

d Bene omnia. *licet non exprimat hic niſi vnum ſurdum & mutum eſſe curatum, tamẽ plures fuerũt cæci & claudi & muti curati, vt habetur Mat. xv. Sed inter illos erat unus, cuius cura fuit mirabilior inter cæteros: quia in ipſo tria miracula concurrerunt, ſecũdum quòd dicit Hie. quia auditus fuit ei redditus, & affatus, & à dæmone fuit liberatus & hic ſolus exprimitur a Marco.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et præ. *Oſtendens, quòd benefactor de ſuis beneficijs propriam laudem non debet quærere.*

Quanto

## MORALITER.

✠ *a Et præcepit &c.* ad oſtendendum quòd homo de ſuis bonis actious non debet quærere laudes hominum.

## GLOS. ORD. CAP. VIII.

*In il. di. &c.* Sequitur:

*b Miſereor ſuper tur,* Quia verus homo miſeretur et compatitur affectu humanæ fragilitatis. Quod de ſeptem panibus et paucis piſciculis quatuor milia hominum ſatiauit, diuinæ potentiæ opus eſt. contra Euticetis errorem.

*c Tri. ſuſt.* Quan [illegible] triduo ſuſtineret Mattheus dicit ſic: [illegible] aſcendens in montẽ ſedebat ibi, & acceſſerunt ad eũ turbæ multæ, hñtes ſecũ mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & ꝓiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos. Turba triduo Dñm ſuſtinet ꝑꝑ ſanationem infirmorũ ſuorũ, cũ electi, qui que fide ſanctæ trinitatis lucidi, Dño pro ſuis ſuorũq; pctĩs, aĩæ peccãtis, ſ. lãguorib. inſtanter ſupplicãt. Itẽ. Turba multa triduo Dñm ſuſtinet, cũ multitudo fideliũ pctã ſua per pñiam declinãs ad Dñm ſe in opere in locutione & cogitatione conuertit. *Be.* Myſtice. Hoc miraculo deſignatur, ꝗ viã pñtis ſeculi, aliter incolumes tranſire nequimus, niſi alimento verbi ſui Chriſtus nos reficiat. Hoc vero typice inter hãc refectionem, & illam qnque panũ & duorũ piſcium diſtat, ꝗ ibi litera ve. te. ſpũali gr̃a plene deſignatur: hic noui teſtamẽti ueritas & gratia miniſtrãda monſtratur. Vtraq; aũt refectio in mõte celebrata eſt, vt aliorũ euãgeliſtarũ narratio declarat: quia vtraq; ſcriptura recte intellecta prædicat altitudinem cęleſtium præceptorum & præmiorũ, et altitudinem Chriſti qui eſt mons in vertice montiũ. Ipſe. n. ędificatã ſup ſe ciuitatẽ i. eccl'iã in alta bonorũ operũ extollit, & cũctis manifeſtat. Ipſe ab infimis delectationib. abſtractã pane cęli reficit, atq; ad appetitũ ſupnæ ſuauitatis cibi ſpũalis dato pignore accendit.

B

*d Si di. eos.* ꝗa conuerſi pctõres in pñtis vitæ via deficiunt, ſi in ſua conſcientia ſine doctrinæ pabulis dimittantur.

*e De lon.* Mora. Qui nihil carnalis corruptiõis exptus, ad ſeruitutẽ dei feſtinat, de lõginquo nõ venit, ꝗ ẽt nulla impudicitia, nullis flagitijs inquinatus, ſolũ aũt coniugiũ expertus, nec iſte de longinquo. Alii poſt multa flagitia ueniunt: & ideo de longinquo.

*f Sep. Be.* Myſterium eſt noui teſtamẽti, in quo ſeptiformis ſpũs gr̃a plenius credit̄ & dat̄. Nec ſunt panes hordeacei, ſicut illi quinq;, de quib. quinq; millia hoĩm ſatiata ſunt: ne ſicut in lege, vitalis aĩæ alimentum corporalibus ſacramentis egeretur. Hordei enim medulla tenaciſſima tegitur palea. *Hier.* Septẽ panes, ſeptẽ dona Spiritusſancti. Quatuor millia, ann. noui teſt. cũ quatuor tpibus. Septẽ ſportæ: ſeptem primæ eccleſiæ. Fragmenta panũ myſtici intellectus primæ ſeptimanæ ſunt. Piſciculi benedicti: libri noui teſt. quo piſcis aſſi partẽ reſurgens poſtulat, & piſcẽ ſuperpoſitũ prunis diſcipuli in captura piſcium porrigit.

Super

*g Su. ter. Be.* In refectione quinq; panũ turba ſupra fœnũ diſcubuit: ꝗ ãt ſeptẽ panib. reficiẽda eſt, ſup terrã diſcũbere ꝑcipit: quia ꝑ legẽ carnis deſideriũ calcare iubemur ꝗ eſt fęnum. Oĩs caro fœnum. In nouo aũt teſtõ ipſam quoq; & facultates tpales relinqre iubemur. Vel quia mons in quo fit refectio, Xp̃i altitudinẽ ſigñat, ibi ſupra fœnum, hic ſupra terrã reficit: quia Xp̃i celſitudo ibi ꝑꝑ carnales hoĩes & Ieruſalem terrenã carnali ſpe & deſiderio regitur. hic autẽ remota oĩ cupiditate carnali conuiuas noui teſti ſpei pmanẽtis firmamẽtũ tãquã ipſius mõtis ſoliditas nullo fęno interpoſito continet.

*h Piſcicu. e.* Sanctos illius tpis, ꝑ quos eadẽ cõdita eſt ſcriptura, vel quotũ ipſa ſcriptura: fidẽ vitã & paſſiones cõtinet, qui de fluctib ſeculi erepti, et diuina bñdictione ꝯſecrati refectionẽ nobis, ne i huius mũdi excurſu deficiamus vitę ſuę & mortis ſuæ exẽplo ꝑbuere.

*i Mɑn. Be.* Sunt multi qui ꝗ̃uis omnia ſua relinquere, & altiora huius mũdi nequeãt implere, tũ eſurientes et ſitiẽtes iuſticiã ſaturantur, cũ audiẽtes mãdata Dei ad vitam ꝑueniũt æternam

D

*k Qđ ſu. Be.* Altiora ꝑcepta vel exhortamẽta, & cõſilia, ꝗ gñalis fideliũ multitudo neqt attingere ſicut hic: Si uis ꝑfectus eſſe, vade & vẽde oĩa ꝗ ha. &c.

*l Sep. ſpor.* Septẽ ſportę, ſpũſſcti gr̃a ſeptiformi repleti. Fiũt. n. ſportæ de iunco, et palmarũ foliis. Iũcus naſcit̄ ſup aquas, palma victorẽ coronat. Sancti quoq; ne ab hũore ęternitatis areſcãt, in ipſo vitæ fonte ſe collocãt, & æternę retributionis palmam expectant.

*m Et ſta.* Pro hoc in Matthæo habemus:

## CAP. VIII.

a In illis dieb9 iterum cũ turba multa eſſet † cũ Ieſu, nec haberent qđ mandu-

a ¶ Materiam miraculi præmittit.

cãrent, conuocatis

¶ Scilicet ſuis.

b * diſcipulis ait illis: Miſereor ſuper

c turbã, quia ecce iã triduo † ſuſtinent

¶ Ideo.

me, nec habent quod mãducent: &

d ſi dimiſero eos ieiunios in domũ ſuam, deficient in uia. Quidam enim

a ¶ Iudæi de prope lege & ꝓphetis educti, gẽtes de lõge ueniunt ad Chriſtũ nullis doctoribus de eius fide ꝑmonitę.

e ex eis de longe venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: vñ iſtos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogabat eos: Quot

f panes habetis? Qui dixerunt: Septẽ. Et præcepit turbæ diſcumbere ſu-

a ¶ Hiero ſeptem dona ſpiritusſancti.

g per terram. Et accipiens ſeptem pa-

a ¶ Oſtendit quantum gaudeat de ſalute noſtra. Et nos docet gratias agere de carnali & ſpirituali refectione.
b ¶ Sacramenta aperuit. c ¶ Quia ſpiritualem ſcientiam tradidit eis, & per eos aliis.

nes grãtias agens, fregit, & dãbat diſcipulis ſuis, vt apponerent: et appo-

¶ Libros noui teſtamenti.

h ſuerunt turbæ: & habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & iuſ-

a ¶ Attente audiendo.

i ſit apponi. Et mãducauerunt et ſatu-

a ¶ Edent pauperes & ſaturabuntur. ¶ Plene perficiendo. ¶ Myſticus intellectus.

k rãti ſunt: & ſuſtulerũt quod ſupera-

¶ Primæ eccleſias.

l uerat de fragmẽtis ſeptem ſportas. † Erant autem qui manducauerant

a Annus noui teſtamenti ¶ Vt in ipſo numero ſe doceant paſtos eſſe euangelii præceptis.

quaſi quatuor millia & dimiſit eos.

m Et ſtatĩ † aſcẽdens naui cũ diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanuta. Et exierunt Phariſæi & cęperunt con-

## NIC. DE LY. CAP. VIII.

IN die. *Hic conſequenter ponitur conſolatio Galilæorum in alimentatione. Et patet ſententia ex his quæ dicta ſunt Mat. xv. hoc excepto.*

b Venit in. *Matth. dicit: Et venit in fines Magedam. Dicendum eſt quòd eadem regio dupliciter vocata.*

c Et exie. *Hic cõſeꝗnter deſcribitur cõfutatio Phariſæorũ in miraculis. Et primo ponitur dicta confutatio. Scdo, diſcipulorũ rep̃hẽſio, ibi: Et pręcipiebat eis. Sñia primæ partis patet ex dictis Matthæi. xv. hoc excepto.*

¶ Si dabitur

## MORALITER.

✠ *a In il.* Sequitur:

*b Miſ ſu.* Triduo vero Dñm ſuſtinẽt ꝗ cõtriti, cõfeſſi & ſatisfaciẽtes pro ſuo poſſe Dei bonitatẽ expectat, quorũ miſeret̄, & paſcit eos ſeptẽ pãib. i. ſeptẽ dõis ſpũſſcti ne deficiãt i via huius mũdi. Per ſeptẽ ſportas remanẽtes, ſigñãt̄ ſeptẽ dotes ꝗ reſeruãtur dãdę poſt hãc vitã, ꝗ ſũt, clara Dei viſio, fruitio, tẽtio, ꝗ̃tũ ad aĩam, Impaſſibilitas, ſubtilitas, agilitas, & claritas, quantum ad corpus in reſurrectione.

*c Et exie.* Iſtis ſignum de cælo quærentibus Chriſtus non dedit, quoniam irriſores erant & indigni. Apoſtolis autem dedit, quando ipſis uidentibus aſcendit in cælum

✠ Videte &

mus: Aſcendit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. Sed non eſt dubitãdum eundem locum eſſe ſub vtroq; nomine. Nam plerique codices habent Magedã, etiam ſecundum Marcum.

E

†Mat. 12.c Luc. 11.d a Quær. b. Quaſi ea q̃ viderat, nõ fuiſſent ſigna. Sed qd q̃rant p hoc determinat, de cęlo, vel in morẽ Eliæ ignem de ſublimi. vel ad ſimilitudinẽ Samuelis æſtiuo tpe mugire tonitrua, vel fulgura, vel imbres quaſi nõ poſſent & hæc calũniari q ea calũniabantur q̃ oculis viderãt manu tãgebãt, vtilitate ſentiebãt. Vel ſigna de cælo, manna, vt q paucis panib. multa hoim milia ſatiauit, nũc ſicut Moyſes mãna cæliť miſſo pplm oẽm paſſim reficiat. Vnde Io hannes poſt eduliũ panum turbas quæſiſſe dicit: Quid operaris? Patres noſtri man ducauerunt manna in deſerto &c.

Ioan.6.e

Li.2. c.50. tom.4. vbi ſup. ca. 33. prope. med. b Si dabi. Aug. de concordia euãgeliſtarũ. In Marco ita ſcriptũ eſſe edicit: & ſignũ ñ dabiť ei. Be. Gñationi iſti .i. tẽtãtiũ Deum & contradicẽtiũ verbis eius, non dabiť ſignũ de cælo, quod tentantes quærunt: q-bus tñ multa cęleſtia ſigna dabat in terra. Gñationi autem quærentiũ Dñm ſignũ de cælo oñdit, qñ cernentibus apoſtolis in cæliũ aſcendit, ſpũm miſit: ad impoſitionẽ manuum apłorum gratiã ſancti ſpiritus de cælo plurimis credentibus infudit.

†Mat.16.b Luc. 12.a

vbi ſup. paulo poſt. c Aſc.na.Be. Septẽ ſportis mõ impletis ſtatim aſcẽderũt in nauiculã, & venerũt in fines Magedã, & ibi nauigãtib. dictũ ẽ. q cauerẽt a fermẽto phariſęorũ et Saduceorũ Sed ſcriptura dicit q obliti ſunt panes tollere, in quo oñdiť q modicã curã carnis haberent intenti Domini præſentiæ.

vbi ſup. cir. finem. d Quid cogi. i.e. Accepta occaſione docet quid ſignificent quinq; panes, & ſeptẽ, et pauci piſciculi, quinq milia hominũ aut quatuor. Si enim fermentum phariſæorum & Herodis traditiones peruerſas & hæretica ſignificat dogmata, quare cibi quibus nutritus eſt populus Dei, non ueram doctrinam integramq; ſignificat?

†Pſ. 113. b

F

†Mar.14.c Sup.6.e Luc.9.b Ioan.6.b vbi ſup. ca. 84. poſt pr. e Et ex.Be. Sputum ab intus a capite Dñi procedit. Manus uero membra corporis exterius poſita. Expuẽs ergo in oculos cæci, manus ſuas imponit, vt videat: quia cęcitatẽ humani generis & per inuiſibilia diuinę pietatis dona & p oſtenſa a foris ſacramenta aſſumptę humanitatis abſterſit. Quem vno verbo totum ſimul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinẽ humanę cęcitatis oñdat: et quę vix et quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam nobis indicat, per quam ſingula perfectionis incrementa adiuuat.

vbi ſup. 2. Re. 24.c f Video ho. Hiero. Omnes æſtimat ſibi ſuperiores, ſe indignum iudicans: vt Dauid ſe uocari hominem, ſed canem mortuũ & pulicem unum. Primo autem uidet homines quaſi arbores ambulãtes idest formam corporum, ita ut non ſit facile, an homo ſit an arbor diſcerni: quia primus profectus uirtutis eſt ceterorum vires, vitam, mores inſpicere, bonum imitari, malum cauere. Sed quia longa obſcuritate deſipuit, & inter bonum & malum, fidẽ & perfidiam, ſinceritatem & ſimulationẽ adhuc diſcernere neſcit, homines cernit ambulantes ſicut arbores, quia facta eorum abſque luce diſcretionis uidet. Huic Dominus ſecũda impoſitione manuum, lucem omnia clare videndi reſtituit, ſcilicet quid credendum, quomodo viuendum, quę præmia ſint ſperanda.

vbi ſup. g Deinde iterum &c. Hie. Vt clare videret oia .i. p opa viſibilia, inuiſibilia intelligere: & q̃ oculus non vidit, & clarũ aię ſue ſtatũ poſt rubiginẽ pcti mundi cordis oculo contempletur. Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

†fecit eũ reſpicere. Mat. 5.a

Et miſit

a quirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cælo tentantes
a ¶Pro infidelitate eorum. ¶Vt verus homo.
eum. Et ingẽmiſcens ſpũ, ait:
¶Increduli.
†Quid generatio iſta ſignum
b quærit? Amen dico uobis, ſi a
a ¶Id eſt non dabitur, ſicut illud eſt. Si Dauid mentiar. ¶Apoſiopeſis.
dabiť generationi iſti ſignum.
¶Vt infideles.
c Et dimittens eos aſcendens ite b
rum nanim, abiit trãs fretum.
¶Diſcipuli.
Et obliti ſũt ſumere panes, &
a ¶Myſtice. Chriſtum panem vitæ, cuius qui reficiuntur amore, minus curant de terreno pane.
niſi unum pãnem non hẽbãt
ſecũ in naui. †Et præcipiebat
eis, dicens. Videte & cauete à c
a ¶.i. Legem Dei traditionibus hominum poſtponere verbis prædicare; factis impugnare, Dominũ tẽtare, doctrinę eius uel opib. non credere.
fermẽnto phariſæorum & fer d
a ¶Quod eſt adulterium, homicidium, temeritas iurandi, ſimulatio religionis.
mẽnto Herodis. Et †cogitabãt
a ¶Quaſi hoc ideo dicit, quia pa.
ad alterutrũ dicentes: q̃a pãnes
non habemus: Quo cognito,
d Ieſus ait illis: Quid cogitatis,
¶Me ideo hoc dixiſſe, quia pa.
quia panes non habetis? Non
a ¶Spiritualem ſenſum.
dum cognoſcitis, nec intẽlligi
a Poſt tot miracula.
tis? Adhũc cæcatum habetis
cor ueſtrũ: † Oculos habentes
¶Interius.
non uidetis: & aures habentes
nõ auditis. †Nec recordamini
quando quinq; panes fregi in
quiq; milia: et quot cophinos
fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicũt ei: Duodecim. Quã
do et ſeptem panes in quatuor
milia: quot ſportas* fragmẽto
rum tuliſtis? Et dicũt ei: Septẽ.
Et dicebat eis: Quomodo non
a ¶Poſt tot miracula. b ¶Hiero. domus vallis .i. mundus qui eſt uallis lachrimarum.
dũ intẽlligitis? Et ueniũt Bẽth e
a ¶Qui non uidet, quod fuit, quod eſt, quod erit.
ſaida, & adducũt ei cęcũ, & ro
a ¶Vt lamentationẽ de cæcitate cordis agat fide cum Ieremia ſubuerſionem ciuitatis Dei, i. animæ ſuæ. ¶Tangitur qui compungitur.
gabat eũ, ut tangẽret illum. Et
a ¶Vt ad bonum opus confortet.
apprẽhenſa manu cæci eduxit
a ¶Ciuitatem malorũ. Corrumpũt bo. mo. co ma.
e eum [illegible]tra uicũm: & expuens
a ¶Vt videant uoluntatem Domini per flatum ſpiritusſancti.
b ¶Miſericordiæ.
in ocũlos eius impoſitis mãnibus ſuis interrogauit eum, ſi f
a ¶Maieſtatem. A magnitudine enim creaturę cognoſcitur creator.
aliquid vidẽret. Et aſpiciens
f ait. Video homines, uelut
g arbores ambulantes. Deinde
iterum impoſuit manus ſup
a ¶Mundo corde.
oculos eius, et †cępit uidẽre, et g
reſtitut⁹ eſt, ita ut clare uideret

G

¶ a Si dabitur &c. i. non dabitur: quia accipitur ſi pro non, ſicut Pſal. Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

Pſal.

b Et præcipiebat. Hic ponitur diſcipulorum Chriſti reprehenſio. Et primo in eis arguitur ignorantia. Secundo oſtenditur eorum impotentia, ſequenti c. ibi: Et veniens ad diſcipulos. Tertio reprimitur eorum ambitio vel ſuperbia, ibi: Et inde profecti. Circa primum deſcribitur primo reprehenſio diſcipulorum generaliter. Secundo: ipſius Petri ſpecialiter, ibi. Et ingreſſus eſt Ieſus. Adhuc autem primo arguitur ignorantia diſcipulorum uerbo, & ſecundo facto, ibi: Et ueniunt Bethſaida. Circa primum dicitur:

c Cauete a fer. id eſt a doctrina eorum peruerſa qua præponebant traditiones ſuas diuinis præceptis, ut dictum eſt c. vii.

d Et fermento He. &c. i. a ſecta erronea Herodianorum, de qua dictum eſt ſupra. Hoc autem dictũ Chriſti diſcipuli intellexerunt de fermento vel pane materiali, in quo apparet eorum ignorantia: Tum quia Chriſtus frequenter fuerat eis locutus in parabolis, & eas eis expoſuerat. ut dictum eſt ſupra & ideo bene intellexiſſe debuiſſent hoc verbum Chriſti dictum parabolice: Tũ quia ipſis uidentibus Chriſtus ſatiauerat quinq; milia hominum de quinq; panibus & duobus piſcibus, vt dictum eſt ſupra. Item quatuor milia hominum de ſeptem panibus, vt dictum eſt in hoc capitulo. Et ideo bene debuiſſent intellexiſſe quòd Chriſtus non erat ſolicitus de materiali pane, nec de ipſo loquebatur. Cætera patent ex dictis.

e Et ueniunt Bethſaida. Hic arguitur ignorantia diſcipulorum facto, per hoc quòd ipſis præſentibus illuminauit cæcum. primo, imperfecte: quòd notatur cum dicitur:

f Interrogauit eum ſi aliquid ui. Et aſpi. ait, uideo ho. ue. ar. am. Non enim diſtinguebat lineamenta humanorum corporum, uidebat tamen obſcure corpora eorum moueri de loco ad locum, & poſtea illuminauit eum perfecte: quod notatur cum dicitur: Iterum impoſuit manus ſuper oculos eius. Et ſubditur:

H

g Et reſtitutus eſt ita ut clare uideret omnia. Certum eſt autem, quòd Chriſtus poterat eum ſtatim perfecte illuminare: ſed per talem modum fecit, ut deſignaret diſcipulos adhuc in parte obſcuratos caligine ignorantiæ, & ad clare intelligendum indigebant maiori illuminatione. unde & poſt reſurrectionem ſuam aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, ut habetur Luc. xxiiii. Et per talem modum Chriſtus maledixit ficum habentem tantum folia, ut habetur infra, ad ſignificandum quòd ſacerdotes Iudæorum erant maledicendi & puniendi à Deo eo quòd non habebant fructum iuſticiæ, ſed tantum folia verborum, ſecundum quòd dicit Augu. in home. Et ſimili modo Ieremias propheta qui denunciauerat captiuitatem babylonicam, hoc idem ſignificauit ſenſibili ſigno per hoc quòd de mandato Domini poſuit catenas in collo ſuo, ut habetur Hieremiæ. xxvii. per hoc deſignans, quòd ſic catenati ducerentur Iudæi in babylonem captiui. Alij autem exponunt illuminationem huius cæci ſucceſſiue factam propter paruitatem fidei ipſius cæci, & offerentium ipſum Chriſto. Et poteſt eſſe, quòd iſta cauſa & prædicta concurrerint ad iſtum effectum.

¶ Et egreſ-

## MORALITER.

c Videte & cauete a fermento &c. Theophilus. Fermentum, uocat doctrinam corruptiuam. Herodiani enim doctores erant qui Herodem Chriſtum eſſe dicebant, phariſæi uero traditiones hominum Dei præceptis præponebant.

e Et ueniunt &c. Per hoc autem quòd iſtum cæcum illuminauit ſucceſsiue, ſignificauit, quòd aliquando Deus dat ſuam gratiam augmentando primam datam.

Interrogabat

a Et miſit il. Hier. Vt uideret in ſe qđ ante nõ uidit. nõ. n. putat deſpãs hõ de ſalute, oĩno poſſe ſe qđ facere illuminatus p ſpẽ põt pficere. Myſtice. Admonet Dñs oẽs q agnitione ueritatis illuſtrantur, ut ad cor redeant, & quantũ ſibi donatum fuerat ſolicita mente perpendant, & beneficiis Dei digna operatione rñdeant.

A

Myſtice

b Nemini dixeris. Be. Qđ ſanationẽ ſilere iubet, exemplum eſt ſuis, ne ſi mirãda faciant, fauorem q̃rant: ſed diuinis aſpectibus ſint placere contenti. Bed. Philippus frater Herodis tetrarcha itureę, & traconitidis regionis in honore Tyberii Ceſãris, Cæſareã Philippi (quæ nunc Paneas dř) appellauit: imitatus Herodem patrẽ ſuũ: q in honore Auguſti Cæſaris appellauit Cæſareã, q̃ prius turris ſtrathionis uocabatur. Cæſarea Philippi eſt, ubi Iordanis oritur ad radices Libani: & habet duos fontes, unum ior, alterũ dan, qui ſimul mixti Iordanis nomen efficiunt.

c Quem me di. Pulchrè primo ſnĩam hominum interrogat, ne cõfeſſio eorũ vulgi opinione, ſed veritatis agnitiõe uideatur infirmata; ne ſicut Herodes de auditis hæſitare putentur. Vnde Petro ſecundum Matthæum dicit: Caro & ſanguis non reuelauit tibi .i. doctrina hominum.

d Homines. Pulchre q hominum more diuerſam de Dño ſnĩam ferunt hoĩes dicũtur. Nam qui veritatem potentię eius pia mentę cognoſcũt, non homines, ſed dij appellari merentur. Vnde dicit illis: Vos uero &c. Q. Illi homines humana opinãtes, ſed vos dij quem me eſſe dicitis.

e Tu es Chri. Be. Omnia complectitur qui & naturam & nomen exprimit, in quo ſumma uirtutum. Paulus dicit: Nihil iudicaui me ſcire inter uos, niſi Ieſũ Chriſtũ, & hunc crucifixum. Petrus nihil amplius q̃ Dei filiũ putauit cõfitendũ. Nos & quando & quomodo natus ſit & quãtus ſit, humanæ infirmitatis cõtemplatione rimamur. Finis ergo fidei meæ Chriſtus eſt, finis fidei meæ Dei filius eſt. Nõ licet mihi ſcire generationis ſeriem. Nõ licet tamen neſcire generationis fidem.

B

f Et com. eſt. Be. Noluit ſe ante paſſionem & reſurrectionem prædicari: quia completo ſanguinis ſacramento apoſtolis oportunius dicit: Euntes docete gentes baptizantes eos in noĩe patris & filij & ſpiritusſancti: quia non prodeſſet eũ publice pdicari, quem flagellatum ſunt viſuri, & crucifixum multa pati.

g Quon. opor. &c. Hie. Sicut gubernator pitus tempeſtatẽ in tranquillitate pcauẽs, nautas paratos vult eẽ ſuos. Sicut alibi: Si qs uult uenire poſt me, abneget ſe. &c.

h Et appre. Be. Amantis affectu dicẽs: Abſit a te Domine. Vel ut melius in Græco habetur: Propitius eſto Domine: nõ erit iſtud .i. non poteſt fieri: nec recipiũt aures meæ, vt Dei filius occidendus ſit. Be. Et apprehen. eum Petrus. Quia nimis amat Dominum. Et quia confitendo dixit: Tu es Chriſtus. & præmium ſuum audiuit ſecundum Matthæum: Beatus es Simon ba. &c. non uult deſtrui confeſſionem ſuam, nec putat poſſe fieri, ut Dei filius occidatur: apprehenditque eum in affectũ ſuum, vel ſeparatim ducit, ne præſentibus cęteris magiſtrum uideatur arguere.

i Vade retro me. Be. Multi putant, quod nõ Petrus ſed aduerſarius ſpiritus ſit correctus quo ſuggerente hoc Apoſtolus dicebat. Sed mihi error Apoſtoli de pietatis affectu veniens, nunquam incentiuum uidebitur diaboli. Diabolo dicitur: Vade retro ſata. Petro: Vade retro me idest ſequere ſententiam meam.

k Quæ Dei ſunt &c. Mea eſt uoluntas & patris, ut pro ſalute hominum moriar: tu non

¶Cor.
a omnia. Et miſit illum in domum ſuam, dicẽs: Vade in domũ tuam: & ſi in uicum intro
¶Hiero .i. cæcitatem tui cordis prædica non uirtutem. Vnde Paulus Blaſphemus fui, & perſequutus ſum eccleſiam Dei.
b ieris, nemini dixeris. † Et egreſ a
ſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in
caſtella cęſareæ Philippi, & in
a ¶Nec in eundo docere ceſſat.
uiã interrogabat diſcipulos b
c ſuos, dicens eis: Quem me di-
d cunt eſſe homines? Qui reſpõ-
derunt ei, dicentes: Alii Iohannem Baptiſtã, alii Eliam, alii
a ¶Non Dominum prophetarum opinantes.
uero quaſi unũm de pphetis.
¶Vos qui dii.
Tũc dicit illis: Vos uero quem
e me eſſẽ dicitis? Reſpondens
a ¶Bed. unus pro omnibus omnes enim idem ſciebant.
f Pẽtrus ait ei: Tu es Chriſtus.
Et comminatus eſt eis, ne cui
a ¶Eum filium Dei eſſe.
b ¶Præmunit ne paſſione deficiant.
¶Cauſa quare non dicant.
g dicerẽnt de illo. †Et cœpit do c
cere illos, quoniam oportet fi
a ¶Nota quod eum quem tot pati oporteat, filium hominis appellat, quia paſſo in carne Chriſto diuinitas impaſſibilis manſit.
lium hominis multa pãti, &
reprobari à ſenioribus, & à
ſummis ſacerdotibus & ſcribis, & occidi, & poſt tres dies
¶Spe reſurrectionis confortat.
¶De morte reſurrectione.
reſurgere. Et palam verbum
¶Seorſum.
h loquebatur. Et apprehendens
eum Petrus cœpit increpare
¶Ad diſcipulos.
eum. Qui cõuerſus, & uidens
diſcipulos ſuos comminatus
a ¶Non contra.
i eſt Petro, dicens: Vade rẽtro d
a ¶Aduerſarius ſiue contrarius, quia contraria loqueris uoluntati meæ.
me Sathãna, quoniam non ſa-
¶Vt pro ſalute hominum moriar.
k pis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt
¶Prius ſolis diſcipulis loquebatur altiora arcana.
hominum. Et conuocata turba cũ diſcipulis ſuis, dixit eis: e
a ¶Siue diſcipulus ſiue alius.
b ¶Alter factus ex altero.
l m Si quĩs uult me ſequi, † dẽnege- f
a ¶Veterem hominem exuat & nouum induat. Vnde Paulus: Viuo ego iam non ego, uiuit autem in me Chriſtus.
n get ſemẽtipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.
¶Ac ſi dicatur agricolæ, frumentum ſi ſeruas, perdis.
o †Qui enim uoluerit animam
ſuã ſaluam facere: perdet eam:
¶Si ſeminas, renouas.
Qui aũt perdiderit animã ſuã
pp me & euangeliũ, ſaluã eam
a ¶Q. In aduerſitate perdenda eſt anima, in pace autem cor muniendum omni cuſtodia.
faciet. Quĩd. n. proderit homi-
a ¶Tempore pacis, quia licet uiuere, licet ambire.
ni ſi lucreť mũdum totũ, et †de
trimentum faciat aĩæ ſuæ? Aut
qd dabit homo commutatio-
p nis pro anima ſua? Qui. n. me g

non vis granum frumenti in terram cadere, vt multum fructum afferat.

C

l Si quis vult &c. Be. Poſtq̃ myſterium ſuę paſſionis & reſurrectionis oñdit, hortať oẽs ad imitãdũ paſſionis exẽplũ, & oĩb. ſalutẽ pmittit aĩarum. Sed perfectiorib. q̃ta paſſurus, q a mortuis reſurrecturus eſſet aperuit, formam tribuens prædicandi, vt. ſ. pro ſuo quiſque modo inſtruatur, neque infirmis altiora committantur.

Vbi ſup. ca. 36. in prin.

†Mat. 9.b Luc.9.c

m Deneget. Nõ valet appħẽdere qđ vltra ipſum eſt, ſi neſcierit mactare qđ eſt. Niſi quis a ſemetipſo deficiat, ad Deum qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat.

n Tol. cr. Vel p abſtinentiam macerando corpus, vel p cõpaſſionẽ animũ. De corpore dicit Paulus. Caſtigo corpus meũ, & in ſer. re. &c. Idem de cõpaſſione animi. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor.

1.Cor.9.d 2.Cor.11.g Ibidem, poſt med.

o Qui. n. Be. Duo tpa eccłiæ ſignat, aliud perſecutionis qñ ponenda eſt anima. Aliud pacis: quãdo frãgẽda ſunt deſideria terrena. Vnde ſequitur Quid enim pro. &c.

p Qui enim me. Quia multi auariciam vincunt, labentia deſpiciunt, ſed fidei rectitudinẽ q̃ habẽt verecundia impediti, non exprimunt voce. Addit: Qui enim me &c.

Amen dico

## NIC. DE LYRA.

†Ma. 16.c Luc.9.c Diuiſio

¶ a Et egre. eſt &c. Hic conſequenter deſcribitur increpatio Petri ſpecialiter. Et primo ponitur increpatio Petri. Secundo, incitatio ad palmam martyrij, ibi: Et conuocata turba. Circa primum præmittitur de Chriſto hominum falſa opinio. Secundo: ſubditur diſcipulorum uera cognitio, ibi: Tunc dixit illis. Vos uero &c. quia Petrus pro ſe & alijs apoſtolis reſpondit. Tertio, ponitur Chriſti paſſionis prænunciatio, ibi: Et cepit eos docere. Quarto, deſcribitur Petri increpatio, ibi: Et apprehendens Petrus eum. Petrus enim ex zelo Chriſti volebat impedire eius paſſionem: Et quia iſte zelus erat indiſcretus: quia paſſio Chriſti erat ordinata ad ſalutem generis humani: ideo meruit duram reprehenſionem. Sententia autem partium iſtarum patet ex dictis Mat. xvi.

D

e Et conuoca. quia Chriſtus increpauerat Petrum uolentem impedire paſſionem eius, ideo hic conſequenter inuitat fideles ad tolerantiam paſſionis. Et primo facit hoc uerbo. Secundo facto in principio ſequentis cap. Sententia primæ partis patet ex dictis Matth. xvi. hoc excepto quod ſubditur:

g Qui enim me confuſus &c. Hæc eſt uera litera. quia ſic habent antiqui libri & correcti, & etiam græci. Et hoc patet per illud quod habetur Luc. ix. vbi eadem ſententia ponitur per alia uerba ſic: Quia me erubuerit et meos ſermones.

¶ In gene.

† abneget

## MORALITER.

b Interrogabat diſcipulos &c. Per hoc oſtendens, quòd doctores debent inquirere de ſua fama, vt ſi bona ſit, bonis operibus augeatur, ſi vero mala, occaſio tollatur. Nam bona fama doctoris multum facit ad doctrinæ fructum: & mala ad detrimentum. Greg. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur:

†Quicunque.

c Et cœ. do. &c. Sequitur:

d Vade retro me &c. Per hoc oſtendit quòd illi, qui detinẽtur affectu carnali, adhuc apti non ſunt eum ſequi, propter quod petenti quòd permitteret eum primo ſepelire patrem ſuum, dixit: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

Mat. 8.c

f Si quis uult poſt me ſequi &c. Beda. Perſecutionis tempore ponenda eſt anima. Pacis autem tempore frangenda ſunt deſideria terrena.

Vbi ſup.



Et dicebat

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Amen di.Be.* Cum de futura uita loq̃retur, iõ neceſſariũ fuit, ut hoc ꝓmitteret de pñti uita, ut rudes adhuc diſcipuli hac cõſolatione ꝯfortarẽtur, ſicut de iudaico populo dr̃: Dedit illis regiones gentium & la. po. poſ. ut cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requi.

b *Regn. Dei.* i. eccliam cõtra mũdi huius gloriam erectam. Vel futuram in cælis beatitudinem, quam in monte uiderunt. Quod pia prouiſione factũ eſt, ut æternum gaudium, tametſi ad breue momentum prelibatum, ad aduerſa ferenda fortius animaret.

E † confuſus. In Mar. euang. c. 9. l. 3. c. 36. in princ. Pſal. 104. d

Corde, ore, opere.

† confeſſus fuerit, & uerba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, & filius hominis † confitebitur eum, cum venerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis. Et dicebat illis:

Conſolatoria promiſſio.

Amen dico uobis: quia ſunt quidam (a Diſcipulis. b Ad horam habituri uitam æternam.) de hic ſtãtibus, q̃ nõ guſtabũt mor (a Corporalem. b Eccleſiam.) tẽm, donec uideant regnum Dei † ueniens in uirtute.

† Alias uenientis uel vinentis.

*te Sinai. Et ideo filij ab eis deſcendentes adultera generatio uocantur.*

b Et pec. *quia ſicut patres eorum perſecuti fuerant prophetas eos occidẽdo, ita ipſi ꝑſequebantur Chriſtum mortem eius quęrẽdo.*

c Et fi. *Hæc eſt uera literæ quia ſic hñt grę ci et antiqui. Et patet ꝑ iſtud quod habetur Lu. ix. ubi dicitur: Et filius hoĩs erubeſcet eũ, i. nõ recognoſcet eũ de ſuis, ſicut hõ nõ libẽter recognoſcit illum de quo erubeſcit. Et ꝑ talẽ modũ loquẽdi dicit Hiero. de quadã ſancta: Quia non eſt cõfeſa Chriſtum, Chriſtus non confundet eam. Nec eſt curandum, ſi eſt impropria locutio ſecundum regulas grãmaticæ, quibus non ſubiacet theologia.*

## NIC. DE LYRA.

a In gene. *quia Iudæi deſcenderant a patribus, qui ad idololatriam declinauerant dimiſſo Deo, qui eos deſponſauerat in datione legis in monte Sinai.*

## MORALITER.

✻ d *Et d. il. &c.* Guſtare mortem eſt incurrere culpam mortalẽ: quod non faciunt illi qui regnum Dei ſemper attendunt, uel qui ſeueritatem venientis iudicis contremiſcunt.

## GLOS. ORD. CAP. IX.

ET *poſt dies &c.* Hic Poſt comminationem crucis reſurrectionis gloria oſtenditur, unde ſequitur:

a *Et poſt dies &c.* Vt non timerent opprobria crucis, q oculis ſuis viderãt gl̃iã futuræ reſurrectiõis.

Cõ. in Mar. c. 9. tom. 9.

*Bed.* Et poſt dies ſex, Lucas: Factũ eſt ãt poſt hæc uerba fere dies octo &c. Octauo die reſurrectionis gloriam manifeſtat, ut oñſa cæleſtis uitæ dulcedine, cunctorũ corda, quæ hoc audire pñt, refoueat: & octonario numero uerũ tpe reſurrectiõis gaudiũ doceat eſſe uẽturũ. Ipſe. n. poſt ſextã ſabbati qua crucẽ aſcẽdit, & ſeptimã qua in ſepulchro quieuit a mortuis reſurrexit; & mox poſt ſex huius ſeculi ætates in qb. pro Dño pati gaudemus, & ſeptimã aĩarũ q̃ interim in alia uita agitur, octaua ætate reſurgemus. Qđ ãt Mattheus & Marcus Dominũ poſt ſex dies transfiguratũ dicunt, nec tpe, nec myſterio diſcrepãt. Illi. n medios dies tm̃ ponunt. Vñ & abſolute poſt ſex dies dñt factũ. Hic primũ qũo hoc Dñs promiſit & ultimũ quo cõpleuit adiũgit, & iõ tẽperantius ponit, fere dies octo. Et myſtice. Illi poſt ſex mundi ætates ſctĩs ab oĩ labore qeſcẽdũ: hic uero tpe octauo ſignificat eſſe ſurgẽdũ. Vñ ſextus pſalmus ꝓ octauo inſcribit. Dñe ne in furore tuo &c. quia per ſex ætates quibus operari licet, precib. eſt inſiſtẽdum, ne in octauo retributionis tẽpore ab irato iudice corripiamur.

Luc. 9. b. Vbi ſup. c. 37. in prin. † erans formatus. Mat. 17. a. F. Myſtice. † viſus eſt. Pſal. 6. a.

b *In montem. Be.* In mõtẽ ut oraret, ſm Lucã. In montẽ oraturus, vt ſic transfigurandus aſcendit, docẽs eos q fructũ reſurrectionis expectãt, q regẽ in decore ſuo uidere deſiderant, mentẽ in excelſis hẽre, et cõtinuis ꝑcib. incũbere. Tres ſolummodo diſcipulos ſecum ducit, uel quia multi uocati, pauci uero electi. Vel quia qui fidem ſanctæ trinitatis incorrupta mente ſeruauerint, tũc eterna eius uiſione merebuntur lætari.

Vbi ſup. Luc. 9. d.

## CAP. IX.

e *Quare ergo &c.* Q. Quem confitemini de cælo habuiſſe prophetiam, mihi teſtimonium perhibuit & ab illo audiſtis in qua poteſtate hæc facio.

f *Si dixerimus.* Quodlibet horum reſpõdeant, vident ſe in laqueum ruituros timent lapidationem: ſed magis confeſſionem veritatis.

g *Neq; ego di. uo. Be.* Duab. de cauſis ſcĩa veritatis occultaẽ q̃rentib. cũ aut is, qui quærit, minus intelligit, aut odio aut contemptu veritatis indignus eſt cui debeat aperiri. Propter alterũ dicitur: Adhuc multa habeo vobis dicere, quę nõ poteſtis portare modo. Propter alterum: Nolite ſanctum dare canibus.

(Rectæ fidei.)

te, quia accipietis, & uenient uõbis.

(a Vos qui tantæ perfectionis non eſtis.)

a Et cum ſtãbitis ad orãdum † dimit-

(a Querimoniæ. b Qui uos læſit.)

tite: ſi quĩd habetis aduerſus aliquẽ:

(a Magna fiducia. b Non vnius, omnes enim fratres eſtis.)

ut & pater ueſter qui in cælis eſt, di

(a Iuſtis. Tremenda ſententia.)

mittat võbis peccata veſtra. † Quòd ſi uos non dimiſeritis, nec pater ueſter, qui in cælis eſt, dimittet uobis

(A Bethania.)

peccata veſtra. Et ueniunt rurſum b Ieroſolymam. Et cũ ambularet in templo, accedũt ad eum ſummi ſacerdotes & ſcribæ & ſeniores, & di-

(Q. In Beelzebub eiicis dæmonia.)

b cũt ei: † In qua poteſtate hæc facis:

(a Aperte filium Dei negant, quem putant non ſuis ſed alienis vitiis ſigna facere.)

& quis dẽdit tibi hanc poteſtatem, ut iſta facias? Ieſus autem reſpon-

c dens, ait illis: Interrogabo vos & ego unum uerbum, & reſpondere mihi, & dicã uobis in qua poteſtate hęc faciam. Baptiſmum Iohannis de cælo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi. At illi cogitabãt

(Cornuto coartari ſylogiſmo.)

d ſecum: dicentes: Si dixerimus de cæ

e lo, dicet nobis: Quare ergo non cre

f didiſtis ei: Si dixerimus, ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Iohannem, quia uere propheta eſſet. Et reſpondentes dicunt Ieſu: Neſcimus. Et reſpon-

(a Quia non uultis fateri vos quod ſcitis. Hiero. Hic cum peruerſo peruertitur Deus.)

g dens Ieſus, ait illis: Nẽque ego dico c uobis in qua poteſtate hæc faciam.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et cum ſtabi. ad oran. *Sciendum tamen, quòd hoc intelligitur de remiſſione offenſæ, quia homo tenetur eſſe in charitate. ſed remiſſio iniuriæ non eſt de neceſſitate. Poteſt enim aliquis petere ſecundum ordinem iuſtitiæ recompenſationem pro iniuria ſibi facta.*

b Et ueniunt tur. Hiero. *Hic ponitur confutatio ſacerdotum, Scribarum, & Seniorum*

B *verbo rationabili: & patet ſententia ex dictis Matth. xxi. Ad euidentiam dictorum & dicendorum quæritur vtrum Chriſtus in prædicationibus ſuis debuit vitare offenſionem, vel ſcandalum ſacerdotum, ſcribarum & phariſæorum: Et arguitur primo ꝙ ſic. 1. ad Timo. v. dicitur: Seniorem ne increpaueris: ſed obſecra vt patrem: prædicti autem erant ſeniores populi & patres: ergo &c. Item .j. ad Corint. x. dicitur. Sine offenſione eſtote Iudæis & gentibus, & eccleſiæ Dei: cum igitur facta Chriſti & dicta fuerint nobis data pro exemplari, videtur quòd debuit cauere ab offenſione prædictorum. Contra Iſa. viij. fuerat prophetatum, quòd Chriſtus foret in lapidem offenſionis, & petram ſcãdali duabus domibus Iſrael. Reſponſio: Duplex eſt ſcandalum, actiuum & paſſiuum: Actiuum non habuit in Chriſto locum, quia tale ſcãdalum eſt dictum vel factum alicuius minus rectum, præbens alteri occaſionem ruinæ. vt habetur ex verbis Iero. ſuper Mat. Omnia autem facta & dicta Chriſti fuerunt rectiſſima: & ideo quæſtio iſta intelligitur de ſcandalo paſſiuo: Quod eſt quando aliquis ex dicto vel facto alterius bono ſcandalizatur ex imperfectione ſua. Et iſtud ſcandalum aliquando procedit ex ignorantia, uel infirmitate illius qui ſcandalizatur. Et tunc dicta vel facta bona, occultanda ſunt vel differenda quouſq; infirmi vel ignorantes inſtruantur, niſi ſint talia bona quæ ſint de neceſſitate ſalutis, quæ non ſunt omittenda propter ſcandalum alterius. Si autem infirmi vel ignorantes poſt inſtructionem debitam in ſcandalo permaneant: iam tale ſcandalum non procedit ex infirmitate vel ignorantia, ſed malicia. Et tale ſcandalum eſt contẽnendum, maxime quando eſt contra bonum commune: quia bonum commune ſemper eſt præferendum vtilitati & paci quorumcunq; hominum ſingularium. Tale autem fuit ſcandalum ſacerdotum, Scribarum, & Phariſæorum, quia ſua malicia nitebantur impedire doctrinam Chriſti, in qua conſiſtebat ſalus populi. Item ſuis malis exemplis & moribus trahebatur populus ad peccandum. Item per doctrinam ſuam malam euacuabant Dei mãdata propter ſuas traditiones, vt dictum eſt ſupra & ideo Chriſtus in publico debuit uitia eorum reprehendere: nec ab hoc ceſſare propter eorum ſcandalum. Propter quod Matt. xv. cũ diſcipuli dixiſſent Chriſto. Scis, quia Iudæi audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt: reſpondit. Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum. Si cæcus cæco ducatum pręſtet, ambo in foueam cadunt. Ad primum dicendum, quòd loquitur de ſenibus honeſtate & moribus: non de ſenibus ætate, malicia corruptis: quia tales ſunt acriter arguendi, ſicut Daniel dure ĩcrepauit illos ſenes impudicos. Ad ſecundum, quod homo debet eſſe ſine offenſione Iudæis & gentibus, ita quòd dicto ſuo vel facto minus recto non præbeat alicui occaſionem ruinæ. Sed ſi de veritate ſcandalum ſumitur, rectius oriri permittitur, quam quod veritas relinquatur, ſecundum quod dicit beatus Grego. ſuper Ezechielem.*

C

D

Rationes ad argumenta.

## MORALITER.

✱ c *Neque ego dico uobis. Be.* q. d. Non dico uobis quod ſcio, quia non uultis dicere quod ſcitis. Duabus autem cauſis maxime ſcientia veritatis eſt occultanda quærentibus: Cum ſcilicet, is qui quærit aut non eſt capax ad intelligendum, quod quærit, aut indignus eſt, ut ei debeat aperiri, & hic utrunque concurrebat.

Vbi ſup. Duabus de cauſis ſcientia veritatis occultanda.

## GLOS. ORD. CAP. XII.

ET cæ. il. &c. Sequitur. *La.* ſiue torcular aut altare, aut illa torcularia, quorũ titulo q̃dã pſalmi p̃notãtur.

b *Peregre profe.* Dans liberum arbitriũ operandi, non mutatione loci: q̃a vbiq; Deus, & oĩa cõplet,

*Seruum*

## NIC. DE LYRA. CAP. XII.

ET cœpit il. in pa. *Hic conſequenter ponitur confutatio ſacerdotũ, & ſeniorũ in parabolis. Et primo ponitur confutatio ſacerdotum. ſecũdo, Phariſæorum & Herodianorum, ibi: Et mittunt ad eum. tertio Saducæorum, ibi: Et uenerunt ad eum Saducæi. quarto ſcribarum, ibi: Quomodo ergo dicunt ſcribæ. Sentẽtia primæ partis patet ex dictis Matt. xxi, exceptis quæ ſequuntur.*

b Vineam paſti. ho. *i. coluit. Et dicitur a paſtus paſta paſtum, & eſt proprie modus colendi, quo ponitur ſimus vel pinguedo terræ circa radicem vineæ vel arboris. Radices enim ſecundum Philoſophum. ij. de anima ſunt ori ſimiles, quia ſicut in animalibus per os ſumitur alimentum vnde animalia nutriuntur, ſic per radicis trahitur alimentum terræ naſcentium.*

c Et fodit lacum. *Lacus propriæ dicitur locus vbi recipiuntur aquæ à riuulo, & ibi colliguntur. Et ad ſimilitudinem huius locus vbi recipitur vinum fluens a torculari, dicitur hic lacus.*

¶ Hic eſt

## CAP. XII.

a ET cœpit illis in pa- a rabolis loqui. † Vi-

(a Domum Iſrael plantauit. b Deus pater humano affectu.)

neã † paſtinauit homo & circũdedit ſe b

(a Cuſtodiam angelorum uel murum urbis. b Legem.)

pẽm, & fodit lãcũ & ædificauit tur- c d

(a Templum. b Sacerdotibus. Operariis conductis hora tertia & ſexta & nona.)

b rim, & locauit eã agricolis, et pegre e f profect9 eſt. Et miſit ad agricolas in g

## MORALITER.

✱ a *Et cæpit illis in parab. loqui, vineam paſti. homo.* Id eſt Chriſtus plantauit eccleſiam ſanguine ſuo.

b *Et circundedit ſep.* Id eſt euangelicam doctrinam.

c *Et fodit lacum.* id eſt abundantiæ ſpiritus ſancti defluxum.

d *Et ædificauit turrim.* Id eſt ſpiritualem angelorum cuſtodiam.

e *Et locauit eam agricolis.* id eſt Chriſtianis.

f *Et peregre profectus eſt. Beda.* Non loci mutatione ſed abire dicitur a uinea, quia vinitoribus liberum operandi arbitrium dereliquit.

g *Et mi. ſeruos ſuos ad agr.* id eſt bonos epiſcopos ad malos Chriſtianos arguendum: Et aliquos cæciderunt, vt Iohannem Damaſcenũ, cui abſciderunt manum, & ſanctum Boẽtium contumeliis afflictum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Seruum.* Primo miſſus eſt Moyſes, E q fructū legis, q̄ dederat, a cultoribus Pſal. 105.c ingrebat: ſed ceſū dimiſerūt et uacuū Ibidem. vñ. Irritauerūt Moyſen in ca. & a. ſan. do. Et uexat⁹ eſt Moyſes pp eos &c.
b *Et iterum mi. a. ſer.* Dauid & alios pſalmiſtas, qui miſſi ſunt poſt Moyſen: ut † remiſerunt. cultores uineæ ad exercitium boni operis excitarent. Sed ipſum quoque Dauid, qui caput pſalmodiæ & fons, in ſpiritu ſancto claruerat, abiecerunt 3. Re. 12. d dicentes: Quæ nobis pars in Dauid, aut quæ hæreditas in filio Iſai?
c *Et rurſum alium.* Prophetarum, Corum cum ſuis ſocijs qui ſuis atteſtatio Num. 16.a nibus populum conuenerunt, & mala huic uineæ uentura predixerunt. *Et rurſum alium mi. &c.* His trib. ſeruorum gradib oēs doctores q ſub lege & prophetis fuerāt, itelligimus. vñ alibi: Ne Luc. 24. f ceſſe eſt ipleri oīa q̄ ſcripta ſunt ī lege * ſutum. Moyſi & prophetis et pſalmis de me.
d *Quia re.* Nō hoc ignorando dixit, qa † Agricolæ oīa nouit, ſed ſemper ambigere dicit Deus, vt libera uolūtas homini reſer- Vbi ſup. Ioan. 12.c uetur. Beda. Interrogemus Arrium et Eunomiū: ecce pater dr̄ ignorare, & ſiiam tēperat, & quātum in nobis eſt dr̄ eſſe mentitus. Quidquid pro patre rñderint, hoc intelligāt pro filio, q ſe dicit ignorare cōſummationis diem.
e *Colo. au. Be.* Probat Iudæorum princi Ibidem. pes nō p ignorātiā Xp̄m crucifixiſſe, quia intellexerunt eū eſſe, de quo dr̄: Pſal. 2.b Ioan. 12.c Poſtula a me & da. tibi gen. hære. tuā &c. Vnde ſibi conſulētes dicebāt: Ecce mundus totus poſt eum a. & ſi dimittimus eū ſic, oēs credent in eū. Hęreditas ergo filii Dei eccl̄ia eſt de cunctis gētib. ei data, quē ſanguine acqſiuit, reſurgendo poſſedit. Hāc mali coloni p̄ripere moliebant, cum eū cruci F figentes fidem eius extinguere, & ſuā iuſticiā q̄ ex lege eſt, p̄ſerre nitebātur.
f *Et eie.* Notat pertinaciā eorum: qui †Mat. 21.e nec crucifixo ac reſuſcitato Dño ad p̄dicationē apl̄orū credere uoluerūt, ſed quaſi uile cadauer proiecerūt, qa quantum in ſe erat, a ſuis finib. excludentes gentib. ſuſcipiendum dederūt.
g *Ve. &c. Be.* Auferet a uobis regnum Vbi ſup. Luc. 19.g Matt. 21.d Dei, & dabit genti facieti fructū eius. Hoc aūt diuinitus fuiſſe p̄curatum prophetico teſtimonio uel exēplo p̄bat Vbi ſup. Matt. 8.b dicens: *Nec ſcri. &c.* Iero. Vinea datur aliis ab oriente & occidente et auſtro † captarēt & aqlone uenientib. & recūbētibus cū Abraham, Iſaac & Iacob in regno Moraliter cælorū. *Be.* Moraliter: Cuicumq; fideliū myſteriū baptiſmi, q operando exerceat, cōmittit, quaſi uinea, q̄ excolat, ei locatur. Mittit ſeruus unus, & alter, & tertius: q de fructu accipiāt, cū lex, pſalmodia, prophetia, quarū ammonitionē ad bene agendū populus ſequaī, legit. Sed miſſus ſeruus contumeliis affectus uel cæſus eiicitur, cum ſermo auditus uel contēnit uel blaſ- † cenſum * an non dabimus phemat. Miſſum Hæredem q̄ſū in ſe eſt occidit, q & filiū Dei cōculcat, & ſp̄ūi gr̄ę, quo ſanctificatus eſt, cōtumeliā facit. Perdito malo cultore uinea datur alii, cū dono gr̄ę, qd̄ ſupb. ſpnit, humilis ditat. Manū mittere in Ieſū, timore turbæ retinent, cū qlibet ſolo noīe ſup eam, q̄ nō diligit, eccleſiaſticæ fidei & pacis unitatē, pp cohabitātium multitudinē aut erubeſcit, aut timet impugnare. Cum autem tempus fuerit pſequēdo eccl̄iam quaſi Dñm †Mat. 22.e Lu. 20. d Ro. 13.b crucifigere & oſtanti hēre gaudebit.
b *Lapi. quam re. Iero* Lapis reprob. quē geſſit angulus, coniungēs in cęna agnū cū pane, finiēs uetus, nouū inchoās Teſtū. hic

a ¶Non in prouentu, fructus, quia nullus erat. b ¶Prophetas.
tempore ſeruum, vt ab agricolis
a ¶Fructus uineæ obedientia.
acciperet de fructu uineæ. Qui
a ¶Alii prophetæ cæſi, alii uulnerati, alii occiſi.
apprehenſum eum cæciderunt &
b †dimiſerunt uacuum. Et iterum miſit alium ſeruum ad illos, & † illum in capite vulnerauerunt, &
c contumeliis affecerunt. Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt, & plures alios quoſdam cædentes, alios uero occidentes. Adhuc er-
a ¶Chriſtum vnigenitum.
go unum habens filium chariſſimum* & illum miſit ad eos nouiſſi-
¶Per Ironiam.
d mum, dicens: quia reuerebuntur
e filium meum: †Coloni autem dixerunt ad inuicem. † hic eſt hæres. b
Venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas: & apprehendentes
f eum occiderunt, & eiecerunt extra
a ¶Id eſt plebem, dicentes: quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.
uineam. Quid ergo faciet Domi-
g nus uineæ? Veniet, & perdet colo-
¶Qu. quo ali o modo implebitur hæc ſcriptura?
nos, & dabit uineam alijs. Nec ſcri-
¶Chriſtum.
h pturam hanc legiſtis: † Lapidem
a ¶Magiſtri, qui ſe & alios Deo dignam domum ædificare debebant.
quem reprobauerunt ædificantes,
a ¶Duos condens in ſemetipſo, ex utroque populo unam ciuitatem & unum templum ſibi ædificans.
hic factus eſt in caput anguli: à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. † Et quærebant c
a ¶Quaſi mentitum contra ſe. in quo magis probant eum uera dixiſſe. ipſe enim eſt hæres, illi mali coloni.
b ¶Ad modicum timore retardantur. quia nondum venerat hora eius.
eum tenere, & timuerunt turbam. d
¶Id eſt propter.
Cognouerunt enim, quoniam ad
¶Alias dixerit.
eos parabolam hanc dixerit. Et reli-
i cto illo abierunt. † Et mittunt ad e
a ¶Militibus Herodis, qui Ieroſolymis erant illis diebus.
eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis ut eum † caperent in uerbo.
a ¶Mellitis ſermonibus circundant, ſicut apes mel portantes in ore, aculeum in dorſo.
k Qui uenientes dicunt ei: Magiſter, f
ſcimus quia uerax es, & non curas quem q̄. Nec enim uides in faciem hominum: ſed in ueritate viam Dei doces. Licet dari † tributum Cæſari,
l *an non dabimus? Qui ſciens † uerſutiam eorum, ait illis: Quid me ten
a ¶Sapientia ſapienter agit, ut ſuis ſermonibus capiantur.
m tatis? Afferte mihi denarium, vt videam. At illi obtulerūt ei. Et ait illis: Cuius eſt imago hæc & inſcriptio? Dicunt ei: Cęſaris. Reſpondēs autem
¶Quod neceſſitatis.
n Ieſus ait illis. † Reddite ergo quæ ſunt g

hic præſtat mira in oculis noſtris. G
i *Et mit. ad eum. Be.* Turbā timebāt, atq; qd̄ per ſe non poterant, terrenę p̄tātis manibus efficere tētabāt: vel vt ipſi a morte eius viderēt immunes. Nuper Luc. 2.a .n. Iudæa ſub Auguſto Cæſare, qñ in toto orbe celebrata eſt deſcriptio, ſtipēdiaria fc̄tā erat. Vñ ſeditio magna. Alii dicebāt Romanis p oīb. militātibus debere tributa perſolui. Phariſæi nō dēre tributa p̄ſolui. Phariſęi nō debere populum Dei qui decimas, & q̄ in lege præcipiebāt ſolueret, ſubiacere legib. humanis. Cuius ſeditionis fomes adeo inualuit, ut poſt reſurrectionē Dñi p̄riam & gētē & regnū et oīa pdere maluerint, quā eſſe tributarii.
k *Magiſter ſci. B.* Blanda & fraudulēta interrogatio ad hoc prouocat rñdentē, vt ma; is Deū quā Cæſarē timeat, & dicat non debere tributa ſolui, vt audientes Herodiani ſeditionis contra Romanos autorem teneant.
l *Qui ſci. uer.* Qui putant interrogationem Saluatoris ignorationem eſſe non diſpenſationem, ex hoc loco diſcant, quod potuit ſcire cuius imago eſſet. Sed interrogat, vt ad ſermonem eorum competenter reſpondeat.
m *Denarium.* Denarius genus nummi qui pro decem nummis computatur, & habet imaginem Cæſaris.
n *Reddite er. quæ ſunt Ca.* Hoc ipſe fecit pro ſe & pro Petro ſoluendo tributa. *Quæ ſunt Dei Deo.* Hoc quoq; fecit patris implens uoluntatem. Aliter: *Redd. quæ ſunt Ca.* Cæ. impreſſionē ſuæ imaginis. *Quæ ſunt Dei Deo:* animā lumine vultus eius illuſtratā. vnde. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui, &c.
¶ *Sadu.*

## NIC. DE LYRA.

H ¶ b Hic eſt hæ. *Ex hoc dicit Bed. quòd ſacerdotes & legiſperiti habuerunt cognitionem de Ieſu, quòd ipſe erat vere Chriſtus in lege promiſſus: ſed iſta cognitio poſtea ex inuidia fuit in eis obſcurata, & hoc plenius fuit declaratum Mat. xxi. in quæſtione quadam de hoc mota in fine huius capituli.*
c Et quære. eum tenere. *Ex quo patet eorum obſtinatio in malo.*
d Et ti. tur. *Ex quo patet, quòd ex ſolo timore populi retardabantur a morte eius.*
e Et m. ad e. *Hic conſequenter deſcribitur confutatio Phariſæorum & Herodianorū: & patet ſententia ex dictis Mat. xxij.*
¶ Et venerunt

## MORALITER.

* ctū, & ſc̄tm̄ Thomā Cāuariēſem occiſum, et de plurib. aliis ſimilia leguntur.
a *Adhuc er. unum b. f.* Hic eſt Xp̄s q mittitur inuiſibiliter a patre, quando aliquē inſtigat ad bonum, ſed aliqui ſunt ingrati, eius inſtinctum nō ſolum repellentes, ſed & peſſime agentes, propter quod q̄tum in eis eſt, occidunt eum, de quib. dicitur. Rurſus crucifigentes filium Dei. Heb. 6.a Et ſic Dei iuſticia mali pdūtur & uinea locatur alii, cū eorū loco bōi ſubrogātur.
c *Et quære. eum te. & ti. t.* Raba. Hoc quotidie geritur in eccleſia, cum quilibet ſolo nomine ſuper eā, quā diligit, eccleſiaſticæ fidei & pacis unitatem, propter cohabitantiū fratrum bonorum multitudinē aut erubeſcit aut timet impugnare.
f *Magiſter ſcimus, quia uerax es, & non curas quemquam. Nec. n.* Communiter dicitur: Qui bene ſcit ungere, bene ſcit pungere, propter quod minutores ungunt oleo oliuæ Lanceolas ſuas, ut melius poſſint venam pungere: & ſic fecerunt iſti & ſimilitea alii proditores.
g *Reddite ergo quæ ſunt Ca. Cæſari.* Per Herodianos qui gloriantes
* in pelli-



a *Saducæi &c.* Duæ hæreſes erant in Iu- A dæis, Phariſæorū & Saducęorū. Phariſęi traditionū obſeruationū (quas illi deuteroſis uocant) iuſticiam præferebāt: unde & diuiſi uocātur a populo Saducæi aūt .i. iuſti, & corporis & animæ reſurrectionē nægabāt *Sadu. &c. B.* Qui reſurrectio Mat. 22.c Luc. 20.e Act. 23. b nē corporū eſſe negāt, vel nō credūt, animas iudicātes interire cum corporib recte huiuſmodi fabulā fingunt, quæ deliramenti arguat eos qui aſſerunt reſurrectionem corporum. Potuit autem & in gente eorum aliquando hoc accidere.
b *Sep. er. &c. Be.* Turpitudinem fabulæ op ponūt, vt reſurrectionem negēt. Sed myſtice, ſeptē fratres ſine filiis defuncti, oīb. reprobis cōgruūt, q p totā uitā (q̄ ſeptem dieb. voluitur) a bono ope ſteriles ſunt, qb. uiritim morientib. ad vltimū & ipſa mundana cōuerſatio morit. i. trāſit, quaſi uxor infęcunda, q̄ illi ſine fructu boni operis exegerūt. Iero Mulier ſterilis, nec relinquens ſemen ex ſeptem fratrib. nouiſſime moriens, ſynagogam ſignificat relictā quaſi mortuam a ſp̄ū ſeptiformi, q̄ ſeptē patriarchas impleuit, q non reliquerūt ei ſemē Abrahæ qd̄ Xp̄s eſt: Licet enim Iudæis natus, tn̄ gentib. datus. Hæc mulier mortua Chriſto, nulli de ſeptem in reſurrectione iūgetur. Septenario. n. perfectorū uniuerſitas ſignatur. Sicut uerſa uice per Iſaiam dr̄: Apprehendent ſeptem mulieres uirum unum. Septē ſunt eccleſiæ quas Dñs vnus amat, arguit, caſtigat, adorant. n. una fide. Hæ ſunt ſeptem ſportæ fragmentis panū plenæ. Panes, uerba ſp̄ūſancti. Sportę vero eccleſiæ. Panes Ieſus benedicens fregit, & diſcipuli eius diuiſerunt turbæ, cū die ſeptimo benedixit opera ſua requieſcens in eis. Vnde luce facta primo die, qui eſt B ſapiæ: & firmamēto in ſcd̄o, q eſt intellectus: & arida tertio, q eſt conſilii: & luminib quarto, q̄ ſunt uirtutes: & volatilib. & piſcibus quīto, q ſunt ſciæ: animatis & aīa uiuente ſexto. i. homine ad imaginē Dei facto, qd̄ eſt pietatis: ſeptimo die ſp̄ū timoris Dñi q permanet ſanctus in ſeculum ſeculi, & replet orbem terrarū, ſc̄tā eccleſia repletur non habens maculam neq; rugam. Ideoq; eccleſia ſeptiformi. i. perfecto timore replet, qa iuſtus uix ſaluabitur, q rogat: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Dñe, quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis uiuens. De his ſeptem qualitatib. ſp̄ūs, cōmemorat Dauid: Quid negligentia noſtra peperit, quid diligentia quæſierit, quid diuina prouidentia contulerit, quid inimici inſtigatio fraudauerit, qd obliuio lubrica ſubtraxerit, quid humana fragilitas intulerit, quid ignorantia improuida feſellerit. Hos omnes effectus in pſalmis inuenimus. Primus: Concepit dolorem et peperit iniquitatem. Secūdus: Præueni in maturitate & clamaui: Tertius. Incerta et occulta ſapiæ tuæ. Quartus eſt: Inimici mei animam meam circundederunt. Quintus: Obliuioni datus ſum tanq̄ mortuus à cor. Sextus: Quoniā lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Septimus: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas &c. Hos effectus, ſpiritus ſeptiformis eneruat uel eliminat & illuminat. Vnde ſeptem lucernæ ab auſtro ardētes, & aquilonares tenebras in tabernaculo Domini illuminātes. Sp̄ūs ſapiæ in pigro negligētiā repellit. Sp̄ūs intellectus diligentiā rōnabiliter q̄rit. Sp̄ūs cōſilii, diuinā puidētiā prudēter innuit. Sp̄ūs uirtutis, inſtigationes fortiter retūdit. Sp̄ūs ſciæ, obliuionē lubricā diu eſſe nō ſinit. Sp̄ūs pietatis humanā fragilitatē clemēter indulget.

a ¶Nummum, tributum, pecuniam. b ¶Quod uoluntatis. ¶Vo. & decimas, primitias.
Cæſaris Cæſari, & quę ſunt Dei
a ¶Quia inſidiatum calliditate prævalere non poterant. b ¶i. ſuper ſapientia eius.
Deo. Et mirabantur ſuper eo.
a † Et uenerunt ad eum Saducæi, a qui dicunt reſurrectionem nō eſſe: & interrogabant eum, dicentes: Magiſter, † Moyſes b ſcripſit nobis, ut ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit uxorem & † filios non reliquerit: accipiat frater eius uxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri
b ſuo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus eſt, non relicto ſemine. Et ſecundus accepit eam
¶Ipſe.
& mortuus eſt: & nec iſte reliquit ſemen: Et tertius ſimiliter. Et acceperunt eā ſimiliter ſeptē & non reliquerunt ſemen. Nouiſſima omnium defuncta eſt
¶Mundana conuerſatio.
& mulier. In reſurrectione ergo cùm reſurrexerint, cuius de his erit uxor? Septem enim habuerunt eam † vxorem. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Nonne ideo
¶Quia.
erratis, non ſcientes ſcripturas
a ¶Ideo. b ¶Chriſtum.
neq; uirtutem Dei? Cum. n. a
c mortuis reſurrexerint, neque
a ¶Nemo ibi moritur, nemo naſcitur, nec infans nec ſenex ibi.
† nubent neq; nubētur, ſed ſunt
a ¶Soluta quęſtione probat reſurrectionem eſſe.
d ſicut angeli Dei in cęlis. De mortuis autem, quòd reſurgāt, non legiſtis in libro Moyſi † ſuper rubum, quomodo illi dixerit
a ¶Hic probat æternitatem animarum.
Deus, inquiēs, † ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & De-
¶Hic reſurrectionem corporum.
us Iacob? Nō eſt Deus mortuorum, ſed uiuorum. Vos ergo multum erratis. † Et acceſſit u- c nus de ſcribis, q̄ audierat illos † conquirentes: & uidens quo
d niam bene illis reſponderit, in- d
¶Cum ii. diuerſis libris diuerſe ordinantur.
terrogauit † eum, quod eſſet pri e mum omnium mandatū. Ieſus f
f autem reſpondit ei, quia primum omnium mandatum eſt. † Audi Iſrael, Dominus Deus
a ¶Dii Gentium multi ſunt.
† tuus Deus vnus eſt. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, et ex
¶Id eſt maximum.
tota virtute tua. Hoc eſt primū mandatum. Secundum autem

get. Sp̄ūs timoris im puidā ignorātiā ar- C dēter & bñ decoqt & bñ replet. Sapientia domū ædificat. Intellectus, gubernacula inuenit. Cōſilium bona diſcreta facit. Virtus, in patientia animam poſſidet. Scīa diuitiæ fidei & ſalutis munera acqrunt. Pietate, proſperitas p̄ntis uitę & futurę conſiſtit. Timore, humilitas conſeruatur, & omne peccatum expellitur, qa initium ſapientię timor Domini.
c *Neq; nu. n: q; Be.* Gręco idiomati Latina ꝯſuetudo non rñdet: Nubere. n. pro- Vbi ſup. Eccli. 1.b † Deuter. 25.b prie mulieres dñr: & uiri ducere: Sed nos ſimpliciter dictum intelligamus neq; nubent viri neq; nubentur mulieres.
d *De mor. au. &c. ſu. ru.* Ie. In quo ſimilitudo veſtra in quo ignis ardebat, ſed non eius ſpinas conſumebat, ſic uos eloqum meum inflammat nec ſpinas ſub maledicto germinatas abſumit. Inquiēs, De⁹ Abraham & Deus Iſaac et Deus Ia. ter Deū nominādo trinitatem ſignat, Deū iterās vnā ſubſtantiā. Viuunt autem qui uendicant portionem ſuam q̄ elegerāt. Mortui uero ſunt, qui quod uendicauerunt, perdiderunt. Be. Cum multa aper- Vbi ſup. tiora teſtimonia de reſurrectione poſſet proferre, hoc tamen protulit quamuis ambiguum: quia Saducæi, nec angelos, nec ſp̄m̄, nec reſurrectionē corporū cōſitentur: & animarū interitū mentiuntur: Tm̄ quinq; libros Moyſi recipiūt, pphetas reſpuunt. Stultū ergo erat eorū teſtimonium proferre: quorum autoritatem nolebant recipe. Porro ad ęternitatē aīarū p̄bādā ponit exēplū: *Ego ſum De. Abr. & de. Iſa. & de. Ia.* Et infert: *De. nō eſt m. ſe. ui.* vt cum probauerit animas manere poſt mortem, non. n. poterat Deus eſſe eorū q non ſubſiſterent, conſequenter induceretur corporum reſurrectio, quæ cum animabus vel bona vel mala geſſerunt. D
e *Inter. Ie.* Iero. Quid ſibi vult hæc qō, cū hoc ſciant omnes periti in lege? Sed diuerſe in Exodo & Leuitico & Deutero. ordinantur mandata. De his enim duobus vberib. ſuper pectora ſponſæ leuatis alitur noſtra infantia.
f *Pri. om. &c.* Maximum qd̄ añ oīa debemus ī corde, quaſi unicū pietatis fundm̄ locare, hoc eſt, ſ cognitio atq; cōfeſſio diuinæ unitatis cum executione diuinæ o- † in rubro perationis, quæ in dilectione Dei & proximi perficitur: hæc eſt fides, quæ per di- Mat. 22.e lectionem operatur.
¶ *Bene ma.* †Exod. 3.b

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ue. ad eum ſa. *Hic conſequenter ponitur confutatio Saducæorū: Et diuiditur in duas,* Diuiſio *in partem principalem & incidentalem ſecunda ibi: Et acceſſit unus de ſcribis. Sententia primæ partis patet ex dictis Matth. xxii.* †Ma. 22, d
c Et ac. *Hæc eſt pars incidentalis; Quia. n. Xp̄s cōfutauerat rationabiliter Phariſæos, & Saducæos, hoc vidēs qdam ſcriba quæſiuit ab eo.*
e Quod eſſet pri. *quia de hoc erant tunc quęſtiones apud ſapientes.*
f Ieſus autem re. *& patet ſententia ex dictis Mat. xxij. exceptis quæ ſequuntur.*
¶ Bene ma.

## MORALITER.

* in pellibus interpretantur prælati bene ſorrati ſignificantur. Per Phariſæos qui in- †Deu. 6.c Mat. 22.d Luc. 10. terpretantur diuiſi, ſignificantur religioſi habitu & uita ab aliis diuiſi, & iſti reddere debent Deo deuotionem, & mundo uitam exemplarem.
b *Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis.* Exponatur ut ſupra. Mat. v.
d *Interrogauit eum quod eſſet primum omnium mandatum.* Iſte quærebat de primitate dignitatis, vt patet ex ſequentibus: propter quod ſibi ſimiles ſunt nouiti, qui ſta-
* tim

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Bene magiſter.Be.* Oñdit ſcriba in hac rñſione inter ſcribas et
E phariſæos graue qõnẽ diu uerſatã eſſe,qđ eſſet primũ mãda-
*In Mar. c. 12.* tũ & maximũ in lege. Alii hoſtias & ſacrificia laudabãt. Alii
*lib. 3. c. 41.* fidei & dilectionis opera pferebant,qa plurimi patrũ añ legẽ
*tom. 5.* abſq; oĩ ſacrificiorũ conſuetudine,ex fide tñ quæ p dilectio
nẽ opaĩ Deo placuerant: nemo autẽ abſque fide & dilectione In qua ſententia ſcriba iſte declarat ſe fuiſſe.

† ſicut

b *Non longe &c.Iſido.* Quamuis ad tẽtandum venerit: Longior namq; eſt
*Mat. 22. c* ignorantia quam ſcia, vt Saducæis dicitur: Erratis neſcientes ſcripturas ne
*Ibidem. Mat. 22. d* que virtutem Dei. Be. Matthæus dicit,qa tentando q̃rebat, cui ſm Marcũ dr̃: *Non longe es à regno Dei*, cũ ſcri
*Sapien. 1. a* ptura dicat: in ſimplicitate cordis q̃rite illum,qm̃ inuenietur ab his q non tentant eum. Sed forte audito reſpõſo Dñi mox ad pietatis gratiã rediit: & quem prius tentando decipiẽdum putauit mox amplectendo ſequendum cognouit Aut certe tentationẽ accipiamus non malam quaſi decipere volentis inimicum, ſed cautam quaſi experiri amplius volentis igno
*Eccl. 19. a* tum, ſecundum illud: Qui facile credit leuis eſt corde, & minorabitur.

c *Et nemo* quia in ſermonibus confutantur, vltra non interrogant, ſed apte comprehenſum Romanę ptãti tradũt. Vnde patet venena inuidię ſupe
*Matt. 22. d Luc. 20. d* rari poſſe, ſed difficile quieſcere.

d *Sed a de.* Nõ in hoc infirmitatẽ filij, ſed quia alter in altero opatur oñdit. Nã & filius ſubijcit inimicos patri, & Deum patrẽ glorificat ſuper terram.

*vbi ſup. † Pſal. 109. a* e *Caue. Be.* Nota, quia non vetat eos qui huius officii ſunt in foro ſalutari, primo ſedere, ſed quia hoc amantes, quaſi improbos docet eſſe cauendos, aĩm ſ nõ gradũ redarguẽs: Quã
F uis & hoc nõ culpa careat eũ in foro litib. intereſſe, qui in cathedra Moyſi magiſter vult appellari. Duab. de cauſis vanæ gloriæ cupidos cauere iubemur: ne eorũ ſimulatiõe ſeducamur, vel æmulatione ad idẽ inflãmemur.

f *Qui deuo. do.* Quaſi patroni in iudicio futuri, ab infirmis & peccatorum conſcientia turbatis pecuniã accipere nõ dubitãt: cum commẽdet Deo oroñẽ manus porrecta ad dandum. non collecta ad accipiendũ qb. illud
*Eccl. 4. d Pſal. 108. a* congruit: Oratio eius fiat in peccatũ.

*† prætextu prolixe orantes.* g *Gazophy. Be.* Phylaxe græce, ſeruare Latine Gaza perſice, diuitiæ. Gazophylacium locus quo diuitiæ ſeruantur, & Arca. ſ. in qua populi donaria congregabantur ad vſus tẽpli. Vñ in
*4. Re. 12. b* lib. Reg. Tulit Ioiada pontifex Gazo
*† ex aduerſo Gazophylacij.* phylaciũ vnũ, apuitq; foramẽ deſup &c. & porticus in qb. ſeruabanĩ. Vñ. Hæc verba loquutus eſt Ieſus in Gazophylacio, docens in templo.

h *Aſpiciebat quomodo.* Sicut appetitores primatus & vanę gloriæ cauẽdos eſſe dixit, & ſimulatione orantibus prolixius iudicium prædixit ſic etiam offerẽtes iuſto examine diſcernit vt retribuat ſingulis, ſecundum cor & opera qđ & hodie facit in eccleſia.

*Allegor.* i *Diuites. Be.* Allego. Diuites, Iudæi de iuſticia legis elati Vidua pauper eccleſia quæ ſpiritum ſuperbię, & temporales rerum concupiſcentias quaſi mundi diuitias abiecit. Vidua, qa eius vir pro ea mortuus eſt, & ab eius oculis occultus in cęlo eſt. Hęc duo minuta offert, quia in conſpectu diuinę maieſtatis qua oblationes deuotę noſtræ operationis quaſi certo numero conſcriptæ, & conſignatæ ſeruãtur, vel dilectionẽ Dei vel proximi, vel fidei orationiſq; munera Deo offert. Quę reſpectu fragilitatis minuta, ſed merito pię intentionis accepta, cunctis ſuperborum Iudæorum operibus præſtant.

*Vidua pau.*

ſimile eſt illi. Diliges proximum tuum †tanquam teipſum. Maius horum aliud mandatum non eſt. Et ait
a illi ſcriba: Bene magiſter in veritate dixiſti, quia unus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Et † vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis: Ieſus aũt uidens q̀ ſapienter reſpondiſſet, dixit

a ¶Quia noui teſtamenti ſententiæ & euangelicæ perfectioni conſentit.

b c illi: Nõn longe es à regno Dei: Et nemo iam audebat eum interrogare.

a ¶Hier. Palam loquitur, ut inexcuſabiles ſint, & vt ignis incendit arida ſcribarum & phariſæorum exempla.

Et reſpondens Ieſus dicebat dõcens

a ¶Non reprehenduntur, quia Chriſtum Dauid filium dicunt, ſed quia filium Dei eſſe non credunt.

in templo. † Quõmodo dicunt ſcri-

a ¶Hominem ſimplicem.

bę Chriſtum eſſe filiũm Dauid? Ipſe

a ¶Non errore, non propria uoluntate.

enim Dauid dicit in ſpiritũſancto:
a †Dixit Dominus domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominũ

¶Tantum & non Deus.

& unde eſt filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis
e in doctrina ſua: † Cauete à ſcribis

a ¶Voluntatem arguit, non gradum. b ¶Cultioribus ueſtimentis ad publicum procedere.

qui uolũnt in ſtõlis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcu-
f bitus in cœnis: qui deuorant domos uiduarum † ſub obtentu prolixæ orationis: hi accipient † proli-

a ¶Quam qui amant in angulis ſtantes orare, hi enim non ſolum laudes hominum, uerumetiam pecuniam quærunt.

xiũs iudicium. Et ſedens Ieſus

¶Diuitiarum cuſtodiam.

g h † contra gazophylacium aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in

a ¶Hiero. Qui proferunt de theſauro cordis ſui noua & uetera, quæ ſunt incerta & occulta vtriuſque teſtamenti.

i gazophylacium: & multi diuites ia-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Bene magiſter in ue. dixiſt. *Ex dictis videtur, quòd ille ſcriba interrogauerat Chriſtum, non ad capiendum eum in uerbo ſicut alij, præcedentes, ſed ad audiendum veritatem, quam ſcire deſiderabat propter varietatem opinionum. Vel aliter poteſt dici, quòd a principio malicioſe quæſiuit, ſed ex Chriſti reſponſione contritus Chriſtum commendauit, & Chriſtus eum: videns ipſum emendatum: Et hanc ſecundam expoſitionem poſuit Matthæus. xxij. Auguſtin. vero libro de conſenſu euangeliſtarum ponit vtrumque dicens: Nec moueat quemquam, quòd Matthæus dicit tentantem fuiſſe à quo Dominus interrogatus eſt. Fieri enim potuit, vt quamuis tentans acceſſerit, Domini tamen reſponſione correctus ſit, aut certe ipſam tentationem non accipiamus malam tanquam decipere volentis inimicum, ſed tanquam experiri volentis amplius ignotum*

b Et di. pro. tan. ſeip. malus eſt. *Circa hoc enim tunc erant opiniones doctorum: quia quidam dicebat ſacrificia & oblationes magis eſſe accepta Deo quam exercitium in operibus charitatis. Alij autem dicebant contrarium: Et huius opinionis quę uera eſt, videtur fuiſſe iſte ſcriba: & propter hoc eius dictum approbatur à Chriſto cum ſubditur:*

c Non lon. es a re. d; *id eſt a veritate euãgelij, quæ in pluribus locis uocatur regnum Dei & inde credendum eſt, quòd iſte conuerſus fuit ad Chriſtum.*

d Et reſpon. Ie. *Hic deſcribitur confutatio ſcribarum, & primo ponitur dicta confutatio, ſecũdo diſcipulorum inſtructio. ibi: Et ſedens Ieſus contra Gazophylacium: Sẽtentia primæ partis patet ex dictis Matth. xxiij. excepto quod ſubditur:*

g Qui deuorant domos uiduarum. *bona earum ſibi attrahendo fallaciter per ſimulationem ſanctitatis.*

h Hi accipient prolixius iudicium. *qa ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas, ſecundum quòd dicit Hier.*

i Et ſedens Ieſus contra gazoph. *Hic ponitur diſcipulorum inſtructio. Sacerdotes enim qui erant auari, docebant quòd ille qui plus offerebat in templo abſolute loquẽdo, plus habebat de merito: quod eſt falsũ: quia quantitas meriti non accipitur ſecundum quantitatem doni abſolute, ſed per cõparationem ad facultatem dãtis, & promptitudinem ſuæ voluntatis & deuotionis: Et hanc ſententiam docet Chriſtus cum dicitur:* Et ſedens Ieſus contra gazophyla. *Locus erat vbi ponebatur pecunia oblata pro neceſſarijs templi & ſacerdotum & miniſtrorum.*

H

k Et multi diuites iacta. multa. *ſecundũ doctrinam illorum ſacerdotum. Sequitur ſententia Chriſti:*

¶ Vidua

## MORALITER.

✱ tim ardua religionis volunt facere & non potentes recedunt a religione.

e *Quomodo dicunt ſcribæ Chriſtum eſſe filium Dauid.* Per Chriſtum qui vnctus interpretatur rex, per vnctionem inſtitutus ſicut eſt rex Franciæ, ſignificatur, qui filius eſt epiſcopi Pariſiẽſis in ſpiritualibus, & eius Dominus in temporalibus: ſic Chriſtus eſt filius Dauid ſecundum carnem, eius Dominus ſecundum deitatem.

f *Cauete à ſcribis qui uolunt.* In fine concluditur.

h *Hi accipient prolixius iudici.* Id eſt condemnationem, quia ſicut dicit Hier. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.

i *Et ſedens Ieſus contra gazophylacium aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium.* Magis ponderans quantitatem deuotionis quam muneris: vnde conſequẽter uidua pauper ponẽs duo minuta plus laudatur ab eo quam diuites ponentes munera magna. Moraliter. Hæc vidua pauper dici poteſt perſona ſimplex carens diuitiis & ſcripturarum noticia, quæ tamen apud Deum plus meretur orationibus & bona vita quam potentes in temporalibus & ſcientia magna. Vnde Augu. cum legiſſet vitam Pauli ſimplicis dixit: Simplices & illiterati rapiunt cælum, & nos cum literis noſtris trahimur ad infernum.



a *Vidua pauper.* Hieron. Hæc paupercula me & ſimiles ſignat,
A qui mitto quod poſſum & deſidero quod non poſſum uobis
*Hi. in Mar. 12. & Luc. 21.* explanare. Non quanto deſiderat Deus. Vnuſquiſq; quadrãtẽ p̃t offerre. Hæc eſt torta panis in leuitico, q̃ eſt uolũtas prõpta. Quadrans qa ex trib. conſiſtit, cogitatu, uerbo & facto.

b *Quadr.* Quadrantẽ uocãt calculatores quartã ptẽ cuiuſq; rei. ſ. loci, tpis,
*Luc. 21. a* pecuniæ. Forſitã ergo hic quartã partem ſicli. i. quinq; obolos ſignificat.

*Moral. Paupercula*

c *Vidua hæc.* Moraliter intimaĩ q̃ ſit acceptabile Deo quod offert bono animo, qui non offerentiũ ſubſtantiã ſed pẽſat cõſciẽtiã. Nec ppẽdit quantum offeras in eius ſacrificio ſed ex quãto.

*Allegor.* d *Oẽs.n.* Be. Alleg. Iudæus ex abundãti mittit in munera, qa de iuſticia ſua pſumit & dicit, Deus gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cęteri hoĩes &c.
*Matt. 18. b* Omnem uictum ſuum in Dei munera mittit eccleſia, quia omne quod uicit, dicit non ſui eſſe meriti, ſed diuini muneris dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Et iterum: Fortitu
*Ibidem Pſal. 58. b* dinem meam ad te cuſtodiam: quia tu Deus ſuſceptor meus, Deus meus, miſericordia eius præueniet me.

ctabant multa. † Cùm veniſſet autem

¶Eccleſia. ¶Spiritu. a ¶Dilectionem Dei & proximi.

a una uidua † pauper miſit dũo minu
b ta, quod eſt quadrans. Et † conuocans diſcipulos ſuos ait illis. † Amen
c dico uobis, quoniam uidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerũt
d in gazophylacium Omnes enim ex eo quod abundabat illis miſerunt, hæc uero de penuria ſua omnia quæ

a ¶Hiero. quia tota voluptas corporis in uictu conſiſtit vnde: Totus labor hominis in ore ſuo eſt.

habuit, miſit, tõtum uictum ſuum.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Vidua pauper. *non abſolute loquendo] ſed conſiderata facultate ſua. plus eſt enim vni puero ferre quinque quam uiro forti ferre viginti. Et eodem modo plus eſt pauperi dare modicum, quam diuiti multum modo prædicto.*

In ca. xij. vbi dicitur in poſtilla, quòd quantitas meriti non accipitur ſecundum quantitatem doni.

### ADDITIO.

*Quantitas meriti dupliciter penſatur.* *De quantitate meriti quomodo accipi debet proprie habetur in prima parte q. xcv. art. iiij. in cor. q. vbi ſic quantitas meriti ex duobus poteſt penſari. Vno modo ex radice charitatis & gratiæ: & talis quantitas meriti reſpondet præmio eſſentiali: quod conſiſtit in Dei fruitione.* C *Qui enim ex maiori charitate aliquid facit, fruetur Deo perfectius. Alio modo poteſt penſari quantitas meriti ex quantitate operis: Quæ quidem eſt duplex. ſ. abſoluta & proportionabilis. Vidua enim quæ miſit duo æra minuta in gazophilacium, minus opus fecit quantitate abſoluta, quam illi qui magna munera poſuerunt: ſed quantitate proportionabili vidua plus fecit ſecundum ſententiam domini: quia magis eius facultatem ſuperabundabat: vtraque tamen quantitas meriti reſpõdet præmio accidentali, quod eſt gaudium de bono creato, Hæc ſanctus Thomas. Quibus bene conſideratis & ad propoſitum applicatis, patet, quod hæc vidua commendatur à Chriſto, ex hoc ſolum quod quantitate proportionabili plus fecit quam alij, qui maiora obtulerunt, non autem de quantitate meriti eſſentialis, quę conſiſtit in radice charitatis: quæ quidem charitas eſt cauſa proxima deuotionis. Hoc enim ſoli Deo eſt notum. Vnde non dixit Chriſtus: hęc vidua plus meruit: ſed dixit, plus omnibus miſit.* † ad uocans † 24. q. 1. odi. in ſio. De pę. diſ. 5. c. 1. ac ſi.

### REPLICA.

In ca. xij. vbi poſtillator dicit, quod quantitas meriti non accipitur ſecundum quantitatem doni. Ibi Burgen. dicit ſatis bene & conformiter cum ſancto Thoma & Poſtillatore: Sed addit de ſuo, quod Chriſtus non commendauit viduam de quantitate meriti eſſentialis: quod conſiſtit in radice charitatis quæ eſt cauſa proxima deuotionis: Sed ſic dicendo videtur Chriſtum non directe reprobaſſe errorem ſacerdotum dicentium, quod plus meretur qui plus offert. Hoc autem probat Chriſtus eſſe falſum de vidua quæ obtulit minuta duo: quia maioris meriti eſt ex magna deuotione offerre modicum, quam remiſſa deuotione multum quia Deus plus penſat affectum quam cenſum, ſecundum beatum Greg. Si igitur vidua commendatur ex deuotione quæ ſecundum Burgen. cauſatur ex charitate, ſequitur quod eius commendatio pertinet ad quãtitatem meriti eſſentialis, cuius oppoſitum dicit Burgẽſis.

## GLOS. ORDIN. CAP. XIII.

B E*T cum egr.* Be. Recedente de templo domino oĩa legis ædificia & compoſitio mandatorum ita deſtructa eſt vt nihil a Iudæis impleri poſſit: & capite ſublato vniuerſa inter ſe membra cõpugnẽt.
*Mar. 24. a Luc. 21. b Vbi ſupr. c. lib. 4. c. in prin.* Apte poſt laudatam in paupercula muliere eccleſię deuotionem, de templo egreditur, quia fundata in gẽtib. Chriſti eccleſia, Iudæa ſuæ perfidiæ pęnas erat luitura & ædificia ruitura.

b *Vides has* Diuinitus autem procuratum eſt, vt patefacta per orbem fidei euangelicę gratia, ipſum templum cũ ceremonijs tolleretur, ne forte aliquis paruulus adhuc ac lactens in fide, ſi videret manere illa a prophetis facta a domino inſtituta admirando ſanctũ ſeculare, paulatim ad iudaiſmum relaberetur. Aufertur ergo vmbra & palmam tenet veritas per orbem declarata Hiero Prænũciat cladem nouiſſimi tpis. i. deſtructionẽ tẽpli cũ plebe & lite a ſua. De qua: Lapis ſup lapidẽ nõ relinqueĩ. i. teſtimonia prophetarũ ſup eos i quos Iudęi retorq̃bãt ea vt ĩ Eſdrã, ĩ Zorobabel, ĩ Machabeos.

*Myſtice* c *Et cu.* Be. Myſtice: in ſanctis quietus manet, dũ ſupborũ deteſtaĩ amentiã. Mons. n. oliuarũ fructiferam eccleſiæ celſitudinẽ ſignificat: Mõs ille nõ infructuoſas arbores ſed olineta gignit. quibus lumen alitur, vmbra fugatur. requies laſſis tribuiĩ, infirmitas ſoluiĩ.

d *Et reſpon.* Be. A tempore dñicæ paſſionis in populo Iudęorũ q latronẽ ſeditioſum ele. erũt Chriſtum ſaluatorẽ abiecerũt nec bella hoſtiũ, nec ſeditiones ciuium ceſſauerũt. Sed apl̃i ne his aduentantib. terreanĩ. & ne Ieroſolymã Iudæamq; deſerãt, admonentur, quia non ſtatim finis. In quadrageſimũ enim annum deſolatio puincię & v timũ vrbis ac tẽpli excidiũ prolatũ eſt.

e *Multi enim uenient.* Imminente excidio multi venerunt, qui ſe eſſe Chriſtos & iã tempus libertatis adeſſe mẽtirenĩ. Multi etiam ĩn eccleſia temporib apoſtolorũ inter cætera diẽ dñi inſtare minati ſũt. Multi ĩ noĩe Chriſti venere antichriſti, quorũ primus Simõ magus, cui auſcultabãt oẽs q erãt ĩ Samaria D a min mo vſq; ad maximũ dicẽtes: Hic eſt virtus dei q̃ vocaĩ magna:

## CAP. XIII.

¶Facto oſtendens quæ uerbo dixerat.

a E† T cum egrederetur de templo, ait illi unus ex diſcipulis ſuis: Magiſter aſpi-

¶Hiero. quæ enumerat potius ſpernenda ſunt quam tractanda.

ce quales lapides, & quales ſtructu-
b ræ? Et reſpondens Ieſus ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapi-

¶De ruina templi & excidio gentis diſputans.

c dem, qui non deſtruatur. Et cum ſe-

a ¶Ipſe ſitus corporis congruit verbis.

deret in monte oliuarum † cõntra

a ¶Quia prædixerat omnia eſſe deſtruenda, diſcipuli ſecreto tempus & ſigna deſtructionis quærunt, & cum ſe. in mon.

templum, intẽrrogabant eum ſeparatim Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas: Dic nobis quando iſta fient: & quod ſignum erit quando hæc omnia † incipient conſummari?
d Et reſpondens Ieſus cœpit illis dicere: † Videte ne quis uos ſeducat.
e Multi enim uenient in nomine meo dicentes, quia ego ſum: & multos

## NIC. DE LYRA. CAP. XIII.

*Diuiſio* E T cum egrederetur temp. *Superius à primò capitulo vſque huc docuit Chriſtus per viam amoris miracula faciendo, & beneficia conferendo. Hic incipit docere per viam timoris, terrorem futuri iudicij incutiendo. Et circa hoc primo duplex quæſtio proponitur. ſecundo ſoluitur. ibi Et reſpondens Ieſus. Circa primum pręponitur quæſtionis occaſio, per hoc quod Chriſtus templum prædixit deſtruendum: & ideo diſcipuli quæſierunt ab ipſo primo de tempore huius deſtructionis, quod notatur cum dicitur:*

c Dic nobis quando hæc fient &c. *Et qa poſt deſtructionem templi credebant de propinquo vltimũ iudiciũ fieri, ideo de hoc q̃ſierunt ſecundo, quod notatur cum dicitur:*

d Et quod ſignum erit quando hæc omnia incipient conſummari. *tunc enim erit conſummatio huius mundi.* † ex aduerſo templi, è regione templi

e Et reſp. Ie. *Hic ponitur dictæ quæſtionis duplicis ſolutio. & primo primæ. ſcđo ſcđæ, ibi: Orate ergo. Circa primũ præmittitur di-*

¶ *ctæ deſtru-*

## MORALITER.

✱ a *Et cum egrederetur de templo.* Templum Dei quælibet religio poteſt dici, quæ ſic deſtruitur, quod non remanet lapis ſuper lapidem, quando non remanet ibi conformitas aliqua ad primum fundatorem.

b *Et cum ſederet in monte oliuarum contra templum, in.* per hoc ſignificauit, quod cultus noui Teſta. abijceret ceremonias Iudæorum.

f *Multi enim uenient in nomi.* Athanaſius. In vnaquaque hæreſi diabolus figuratus dicit: Ego ſum Chriſtus, & apud me veritas eſt.



VNIVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

magna, eo quod multo tẽpore magicis artibus dementaſſet eos.

†rumores a *Exurget enim.* Be. Hæc omnia ante vltimos & acerbiſſimos dolores, quibus oĩs †turbemini vaſtata eſt prouincia tempore Iudaicæ †Luc. 21.c ſeditionis conſtat ad literam contigiſſe. Poteſt uero regnũ ſuper regnum & peſtilentiæ eorum quorum ſermo ſerpit vt cancer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuerſæ terræ & a vera fide ſeparatio, in hæreticis magis intelligi, qui contra ſe inuicem dimicantes, ecclеſiæ victoriam faciunt.

†Initia In Mar. euang. c. 13. li. 4. c. 42. tom. 5. b *Videte autem.* Be. Quare hæc omnia inferantur, dicit: *Videte &c.* Ea enim vel ſola uel maxima cauſa eſt excidij, qa poſt occiſionem domini, nominis quoque ac fidei præcones ſimul & confeſſores impia crudelitate uexabant.

Ibidem. c *Et in omnes gen.* Bed. Quia nouerat dñs corda diſcipulorum de perditione ſuæ gentis triſtanda, hoc modo conſolatur, vt ſciant amiſſis Iudæis ſe ſocios regni cęleſtis ex toto orbe habituros. Sicut. n. eccleſiaſticæ hiſtoriæ teſtantur, multo ante excidium Iudęæ, omnes apoſtoli †Mat. 24.b ad prædicandum euangelium per totũ orbẽ sũt diſperſi, exceptis Iacobo Zebedęi, & Iacobo fratre dñi. qui prius in Iudęa ꝑ verbo euãgelij ſanguinẽ fuderũt.

Ibidem. d *Cum autem uideritis &c.* Be. Poteſt abo- †ne ante ſoliciti ſitis, uel an xij *neq; meditemini minatio ĩtelligi, vł Antichriſtus, vel imago Cæſaris, quã Pilatus in tẽplo poſuit. vel ſtatua Adriani equeſtris, quæ in ipſo ſanctoſanctorum loco multo tẽpore ſtetit. Abominatio quoq; ẜm ſcripturã, idolũ nuncupatur. & iõ addit, deſolationis. qa in deſolato tẽplo atq; deſerto, idolũ Ibidem. poſitũ eſt. Be. Iuxta ſpiritualẽ ſenſum, cũ viderimus abominationẽ deſolationis ſtare vbi nõ debet. i. hereſes & flagitia re- F gnare in eis, qui cęleſtibus myſterijs ſunt conſecrati, cum operantes iniquitatem loquentes mendacium, uiros ſanguinũ & doloſos. pacem fidelium turbare perpendimus. Tunc qui in Iudæa id eſt in confeſſione veræ fidei perſiſtimus, ad montes fugiamus, id eſt culmina virtutum. Tunc qui ſupẽr tectum, qui ſcilicet †perſeuerauerit. excedit animo carnalia, & tanquam in aura libera ſpũaliter viuit, nõ deſcẽdat ĩ Dan. 9.g Luc. 21.d domũ ad infimos. ſ. actus priſtinæ cõuerſationis, vt ea quæ reliquerat mundi deſideria carniſue repetat. Domus. n. nr̃a, vel hic mũdus, vel caro, in qua degimus.

Ibidem. e *Tunc qui in Iu. &c.* Be. Hæc facta ſunt, cum appropinquante Romano bello *quæ dicta eſt à Daniele ꝓpheta. & Iudææ exterminio qui in prouincia erant Chriſtiani ammoniti oraculo (vt Eccleſiaſtica narrat hiſtoria) trans Iordanẽ ſecedentes, ſub Agrippę regno manebãt ad tẽpus in Pella ciuitate, qui cũ ea q̃ ſibi obtemperare voluit parte Iudæo- 2. Reg. 4.b rũ ſemper parebat imperio Romanorũ.

f *Væ autem præg. &c.* Quia vel vteri pondere vel filiorum, ſarcina grauatæ fugere non poterunt. Vnde libro hiſtoriarum legitur uxorem Ionathæ turbatam fuga, filium ſinu ſuo lapſum recepiſſe perpetuo claudum.

Eſ. in Mar. c. 13. n. 9. g *Orate autem.* Hiero. Vt non fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Iſido. ne finiatur fructus operis veſtri cum fine temporis Hyeme. n. finitur fructus, ſabbato tẽpus. vbi ſup. Bed. *Orate autem.* Si de captiuitate a Tito & Veſpaſiano facta hæc accipimus, orare dẽnt, ne fiat fuga eorũ hyeme vel ſabbato. Hyeme enim prohibet frigus fugere ad ſolitudinem, & in montib deſertis latere. In ſabbato ãt, aut traſgreſſio legis †Ma. 24.b ſi fugiunt, aut mors, ſi remanẽt. Si de cõ †decurtaſſet. ſummatione mundi intelligitur, ꝑcipit, vt fides & charitas noſtra in Xp̃m nõ refrigeſcat,

ſeducent. Cum audieritis autem ᵃ
ᵃ ¶Hoſtium. ᵇ ¶Seditiones ciuium.
bella & † opiniones bellorum
ne† timueritis. † Oportet enim ᵇ
hæc fieri, ſed nondum finis.
ᵃ Exurget enim gens ſuper gentem, & regnum ſuper regnum:
ᵃ ¶Lu. Terræ motus magni erunt per loca & peſtilentiæ & fames.
& erunt terræmotus per loca & fames. † Initium dolorum hæc.
ᵇ † Videte autem uoſmetipſos.
† Tradẽt enim uos in conciliis, & in ſynagogis uapulabitis, &
ᵃ ¶Conſtantes animos iam bona cauſa dabit.
†ante reges & præſides † ſtabitis propter me in teſtimonium il-
¶Hiero. vt clamet eccleſia: A finibus terræ ad te do. cla. ¶Q. Ne de perditione veſtræ gentis triſtemini, qui ſocios de omnibus gentibus eſtis habituri.
ᶜ lis. Et in omnes gentes primum oportet prædicari euangelium.
¶Ante præſides.
† Et cum duxerint uos tradẽtes, ᶜ
ᵃ ¶Voluntatem tantum offerre, ego loquar qui ſum in vobis, & gratia ſpirituſſancti in reſpondendo aderit. ᵇ ¶Ante præſides.
† nolite præcogitare quid loquamini *: ſed quod datum fuerit
¶A ſpiritu.
uobis in illa hora, id loquamini. Non enim uos eſtis loquen-
¶Quod continet omnia ſcientiam habet vocis. ᵃ ¶Hoc in perſequutionibus frequenter viſum eſt.
tes, ſed ſpirituſſanctus. † Tradet ᵈ autem frater fratrẽ in mortem,
ᵃ ¶Non eſt eorum fide affectus, quorum diuerſa eſt fides.
& pater filium, & conſurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis † odio omnibus
ᵃ ¶Tam bona conſtanter cauſa tuenda fuit. ¶Non enim martyrem facit pœna ſed cauſa.
propter nomen meum. † Qui
ᵃ ¶Finis non pugna coronat.
autem † ſuſtinuerit in finem,
ᵈ hic ſaluus erit. † Cum autem ui- ᵉ
ᵃ ¶Antichriſtum vel imaginem Adriani, vel Cæſaris.
deritis abominationem deſola-
ᵃ ¶Matth. In loco ſancto, qui idem eſt, quia in loco ſancto abominatio ſtare non debet.
tionis * ſtantem ubi non † debet,
ᵃ ¶Prophetias, qui hoc prædixerunt.
ᵉ qui legit intelligat. Tunc qui in ᶠ Iudæa ſunt, fugiant in montes, ᵍ & qui ſuper tectum, non deſcen ʰ dat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo ſua: & qui in agro erit, non reuertatur retrò tollere ueſtimentum ſuum.
ᶠ † Væ autem prægnantibus & ⁱ ᵏ † nutrientibus in illis diebus.
ᵃ ¶Matthæus autem: Orate autem vt non fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato.
ᵍ Orate uero ut hyeme non † fiant. ˡ
¶Ideo orandum. Erunt enim. ¶Hæc proprie ad Antichriſtum, quando crebriora & acerbiora tormenta inferentur fidelibus, & quod grauius eſt, ſigna quoque comitabuntur.
a *Vt non in*: Non ait vt non tentemini, ſed, vt non intretis in tentationem. i. vt tentatio vos nõ ſuperet, nõ teneat intra ſuos caſſes. Hierony. In tentationem intrat, qui orare negligit. Ter diſcipuli dormiunt, ter dominus orans ſuſcitat. Trina dormitio tres mortuos, quos dominus ſuſcitauit, ſignificat. Primus in domo: ſecũdus ad ſepulchrũ, tertius de ſepulchro. Trina domini vigilia tres pſonas nos habere in orando docet, & de præteritis & de præſentibus & futuris veniam rogare.

b *Spiritus quidem*. Temerarios reprimit, qui, quidquid crediderint, putant ſe poſſe conſequi: ſed quantum ex mẽtis odore confidimus, tantum ex fragilitate carnis timeamus, ſed tamen ſm Apoſtolũ ſpiritu facta carnis mortificemus.

c *Dormite*. Nota quod hoc dicto, aliquãtulum ſiluit & requieuerunt. vnde dicitur, *Suffi*. q. requieuiſtis. deinde intulit, Ecce venit hora &c.

d *Surgi. eam*. Poſtq̃ tertio orauit, apoſtolorum timorem pœnitentia corrigẽdũ docuit, ſecurus ad paſſionem pergit, dicens, Sur. ea. Q. nos nõ inueniant timentes, ſed vltro eamus obuiam, vt paſſuri gaudium & confidentiam videant.

e *Sig*. Hiero. Dat ſignum oſculi cum veneno diaboli: Sicut Cain obtulit ſacrificium ſubdolum & reprobatum. vnde vinum cum aceto in cruce ponunt.

f *Rabbi*. Be. Impudẽs & ſcelerata cõfidẽtia magr̃m vocat, & oſculũ igerit ei quẽ tradit. Aliqd tñ hẽt de verecundia diſcipuli. qa nõ palã eũ pſequutorib. tradit, ſed ſigno oſculi Suſcipit oſculũ dominus non vt doceret nos ſimulare, ſed ne proditionem videatur fugere. Illud etiam complet: Cum his qui ode. pa. &c.

g *Vnus*. Be. Petrus ſm Ioh. eodẽ ardore mẽtis quo cętera. Sciebat enim qñ Phinees puniendo ſacrilegos, mercedẽ iuſtitiæ & ſacerdotij perẽnis acceperat. Lucas ait: quia dominus tam auricu. ſa. eã. Ipſe enim pietatis nunquam obliuiſcit, hoſtes etiã ſuos uulnerari non patitur. Myſtice. Docens eos q in ſuæ mortis cõſenſione vulnus aĩæ contraxerunt, ſi digne pœnituerunt ſalutem poſſe mereri.

h *Tamq̃ ad latro*. Be. Q. Stultũ eſt cũ gladijs & fuſtibus comprehẽdere, qui vltrò ſe vobis tradit, & in nocte quaſi latitantem inueſtigare per proditorem, cum quotidie in templo doceat. Sed ideo aduerſum me congregamini in tenebris, quia poteſtas veſtra in tenebris eſt.

i *Tunc*. Be. Implẽtur quod dixit. ꝙ omnes ſcandalizarẽtur in ipſo in illa nocte Nam & ſi turba permittente ad petitionẽ domini fugerunt ſcd̃m Ioh. pauorẽ tamen mentis oſtendebant, & ad fugã pmptiores erãt q̃ ad patiendi fiduciam. Be. Tunc diſci. &c. Sicut Petrus qui negationẽ lachrimis abluit, & cõfeſſione dominici amoris trina, funditus extirpauit, recuperationem eorum oſtẽdit, q in martyrio labũtur. Sic diſcipuli alij q articulũ cõprehẽſionis fugiendo ꝑuenerũt, cautelã fugiẽdi docẽt eos, q ſe ad ſupplicia minus ſentiũt idoneos, q b. tutius eſt latere, q̃ ſe diſcrimini opponere. Ita etiã adoleſcẽs q relicta ſyndone nudus profugit ab ĩpiis, illorũ opus deſignat & aĩã qui vt ſecuriores ſint oĩa mundana abijciũt: & nudi potius dño famulari, q̃ mũdo adhęrendo materiã tẽtãdi, & à Deo reuocandi, aduerſarijs dare didicerunt.

k *Adole*. Quis iſte fuerit, euangeliſta nõ dicit. Quia vero plus ceteris dñm amauerit, res ipſa indicauit, alijs fugientibus ipſe donec ab hoſte cõprehenderetur charitatis vinculo aſtrictus dominũ ſeq nõ omiſit. Nõdũ tñ pfectã charitatẽ habuit q vel tẽtus fugere potuit. Poſſumus tñ hũc Iohãnẽ fuiſſe itelligere p̃ cęteris dilectũ à mr̃o. quem eo tpe fuiſſe adoleſcẽtẽ lõga poſt vita eius acta idicio eſt. Potuit aũt hoc fieri, vt ad horã elapſus, mox ſũpto veſtimẽto redierit, & ſub dubia noctis luce ſe turbis ducentium Ieſum quaſi unus ex ipſis immiſcuerit, quo ad perueniret ad atrium pontificis, cui erat notus, ſicut ipſe dicit.

l *At il*. Sicut Ioſeph relicto pallio nudꝰ de manib. ipudicæ dominæ effugit. Qui aũt vult effugere manus iniquorũ relinquẽs mẽte q̃ mũdi ſũt, poſt Ieſũ fugiat.

m *Ab e*. quorũ & præſentiã deteſtabat̃ & fugat, nõ à dño cuius amorem etiam abſens corpore fixũ ſeruauit in mente.

n *Sũm*. Caipham. ſ. qui ſcd̃m Ioh. erat pontifex anni illius. de quo cõſentaneũ ſcribit Ioſephus, ꝙ pontificiũ ſibi abſq; merito dignitatis emerat a principe Romano, quid ergo mirum, ſi iniquus pontifex inique iudicatꝰ

o *A longe*. Be. Quia negationi pximus, ſi Chriſto proximus fuiſſet nõ negaſſet. In hoc tñ admirãdus eſt, qđ dominum non reliqt ẽt ſi timeat. Qđ timeat, naturæ eſt, qđ ſeqt̃, deuotionis eſt: qđ negat, obreptionis eſt, ꝙ pœnitet, fidei eſt. Alle. Qđ ad paſſionẽ eũtẽ Petrus a lõge ſe qt̃, ſignificat eccleſiã qdẽ ſecuturã dñi paſſionem ſed longe differenter. eccleſia enim pro ſe patitur: ille pro eccleſia.

p *Atriũ*. Hiero. Atrium, ſecularis circumitus eſt. Miniſtri dæmonia ſunt. Ignis deſiderium carnale, cum quibus qui manet, flere peccata non valet.

q *Et ca. ſe*. Be. Eſt ignis charitatis: de quo dicitur: Ignem veni mittere in terram & quid volo niſi vt ardeat? Eſt etiam cupiditatis, de quo dr̃: Omnes adulterãtes velut clibanus corda eorũ. Hic ſup credẽtes deſcẽdẽs, varijs linguis eos dñm laudare docebas. Ille in attrio Caiphæ inſtinctu maligni ſpiritus accenſus, ad negandum ac blaſphemandũ dñm pfidorũ linguas armabat. Qđ. n intus in domo maligna ſynodus gerebat, hoc ignis in atrio inter frigora noctis accenſus figurabat. Qui huius ignis in prætorio flãmã extinxit, dicat: Factus ſum ſicut vter in pruina &c. In quibus aũt flãmã charitatis vitiorum flumina obruerũt, a dño audiãt Qm̃ abũdat iniqtas, refrigeſcit charitas multorũ. Hoc frigore torpens ad horã Petrus, quaſi prunis miniſtrorũ Caiphę calefieri cupiebat: qa tpalis cõmodi ſolatiũ pfidorũ ſocietate quærebat. Sed reſpectus a dño tum ignẽ pfidorũ corpore, tũ infidelitatẽ reliquit mẽte. Et poſt reſurrectionẽ dñi, ſancto igne recreatus, funditus exceſſum trinæ negationis trina dilectionis cõfeſſione purgauit. Tunc .n. cõpleta illa memorabili captura piſciũ, cũ veniret ad Dñm, vidit cũ diſcipulis ſuis prunas poſitas & piſcẽ ſuper poſitum & panem: moxq; ſui cordis arcana prunis inflammauit amoris.

---

tuiſti una hora uigilare? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidẽ promptus eſt, caro uerò infirma. Et iterum abiens eũdem ſermonẽ orauit, dicẽs. Et reuerſus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim

a ¶Langueſcunt oculi apoſtolorum negatione vicina.

oculi eorũ grauati, & ignorabant quid reſponderent ei. Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requieſcite. Sufficit: Venit hora: ecce filius hominis †tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me † tradet ꝑpe eſt. †Et *adhuc eo loquente uenit Iudas Scharioth unus de duodecim, &

¶Hiero. Confidit de virtute ſeculi, qui deſperat de auxilio Dei.

cum eo turba multa cum gladijs & lignis miſſi à ſummis ſacerdoribus & ſcribis & ſenioribus. †Dederat autem traditor eis† ſignum, dicens: Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite † caute. Et cum ueniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait: † Aue rabbi: Et oſculatus eſt eum. At illi manus inie-

a ¶Hiero. Adeſt Ioſeph vinctus, venditus, a fratribus, & ferrum pertranſiuit animam eius.

cẽrunt in eum, & tenuerũt eum. † Vnus autem quidam de circunſtantibus educens gladium percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis,

¶Hiero Prædicatio Petri, auditum regni Dei abſcidit a Iudæis.

& amputauit illi auriculã. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Tanquã ad latronem exiſtis cum gladijs & lignis comprehendere me. Quotidie erã apud uos in tẽplo docens, & non me tenuiſtis. Sed ut impleantur ſcripturæ. † Tunc

a ¶Hiero. Adimpletum eſt. Elongaſti a me amicum & proximum & notos meos a me.

diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. † Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum

¶Nihil indumenti habebat niſi ſolam ſyndonem.

amictus ſyndone ſuper nudo: &

¶Alias reiecta.

tenuerunt eum*. At ille relicta ſyndone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſum-

¶Hiero. Fit congregatio taurorum in uaccis populorum.

mum ſacerdotem. † Et conuenerunt * omnes * ſacerdotes &

a ¶Hiero. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. timor retrahit, charitas trahit.

ſcribæ & ſeniores. Petrus autem à longe ſequutus eſt eum, uſque intrò in atrium ſummi ſacerdotis, & ſedebat cũ miniſtris, & †calefaciebat ſe ad ignẽ. †Summi uero ſacerdotes & omne cõcilium quærebant aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti trade-

a ¶Mentita eſt iniquitas ſibi, vt regina aduerſus Ioſeph, ſacerdotes aduerſus Suſannam, ſed ignis ſine materia defecit.

rent, nec inueniebant. Multi† enim falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum, & † conuenientia teſti-

a ¶Quod variatur incertum eſt.

mõnia non erant. Et quidem ſurgentes falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum, dicẽtes: Quoniam nos

a ¶Dominus dixit: Soluite vos ſed non ego, quia nullus debet ſibi inferre mortem.

audiuimus eum dicentem: † Ego diſſoluam templum hoc manufa-

¶Hoc addunt, vt proprie de templo iudaico videatur dixiſſe.

ctum, & † poſt triduum aliud non

¶Dominus dixit, ſuſcitabo, viuum animal ſignificans & ſpirans templum.

manufactum ædificabo. Et † non erat cõueniens teſtimonium illorũ. Et exurgens ſummus ſacerdos in medium interrogauit Ieſum, dicẽs: Non reſpondes quidquam † ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille au-

a ¶Sicut ouis ad occiſionem ducitur, & obmutuit & ſiluit à bonis. ¶Taciturnitas Chriſti apologiam Adæ ſoluit.

tem tacebat, & nihil reſpondit. †Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum, & dixit ei. Tu es Chriſtus filius Dei benedicti. Ieſus autẽ

a ¶Hiero. vt inexcuſabiles ſint. b ¶Be. Marcus: Ego ſum Matthæus: Tu dixiſti: quod idem eſt.

dixit illi: Ego ſum: & videbitis filium

¶Hiero in vita regnantem ſempiterna & Virtute diuina.

hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli. Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait: Quid adhuc † deſideramus teſtes † Audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? qui omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cœpe-

a ¶Ideo. b ¶Faciem meam non auerti à conſpuentibus in me. ¶Vt nos lauaret.

rũnt quidam conſpuere eum & ve-

a ¶Vt velamenta cordium auferret. b ¶Vt caput noſtrum quod adam eſt ſanaret.

larẽ faciem eius. & colaphis eum ce-

a ¶Opprobrijs exhonoratur.

dere, & dicere ei: prophetiza.

¶Vt applaudamus ei manibus. ¶Dedi maxillam meam alapis.

Et miniſtri alapis eum cedebant. †Et cũ eſſet Petrus in atrio deorſum,

---

## NIC. DE LYRA.

¶ b Et ducite eum cau. *ne forte rapiatur de manibus veſtris: quia populus communis habebat deuotionem ad eum.*

d Adoleſcens autem. *quia iſte non nominatur hic, ideo dicunt aliqui ꝙ fuit Iacobus frater domini Alij autem quod fuit Iohannes euangeliſta, qui iunior erat inter apoſtolos. Alij autem dicunt, quod fuit iuuenis de illa domo in qua comederant paſcha.*

e Amictus ſyndone. *id eſt veſte linea.*

f Super nudo. *ſ. corpore: quia non habebat aliam veſtem. In quarta parte principali dicitur,*

¶ Audiuimus

## MORALITER.

a *Quemcũque*. amicitiæ ſignis proditores vtunt̃, vt eorũ dolus latentius peragat̃.

c *Et am*. Hoc ſignũ fuit de mentis aure Iudæorum amputãda, ſicut patet per effectũ quia nihil audire voluñt de ſalute ſua.

g *At ille re. ſyn. nu. profu. ab*. Bed. Qui vult fugere manus iniquorum, relinquens mente quæ mundi ſunt, fugiat poſt Chriſtum, ſicut Ioſeph relicto pallio fugit de dominæ manibus impudicæ.

h *Petrus au. &c*. Be. Merito à lõge ſeq̃bat̃ qui erat de ꝓximo negaturus. non. n. negare poſſet, ſi Chriſtus proximus adhæſiſſet.

i *Et ſedebat*. Hieron. Atrium ſacerdotis eſt circumitus ſecularis, Miniſtri dæmonia, cum quibus qui ſedet non poteſt flere peccata. Ignis autem deſiderium eſt carnis.

k *Summi uero ſacer. &c*. Modus autem iudicium iniquorum eſt aduerſus innocentes quærere teſtimonia & recipere falſa.

✱ Summus



a *Falſum te*. Be. Falſus eſt, qui nõ in eodẽ ſenſu dicta intelligit, quo dicuntur. Dñs. n. dixerat de tẽplo corporis ſui: ſed in ipſis verbis calũniantur paucis additis vel mutatis. Mos hęreticorum eſt, vmbrã de veritate trahere. Ille nõ dixit quod illi dicũt, ſed ſimile verbũ: Vt de templo corporis ſui qđ poſt triduum reſuſcitauit, dñs dixit: Soluite vos, ſed nõ ego: qa nullus dẽt ſibi mortem inferre. Hoc addunt, vt proprie de templo Iudaico videatur dixiſſe.

b *Et exur*. Iratus, quia non inuenit locum calumniæ, motu corporis inſaniam mentis demonſtrat.

c *Non reſ. &c*. Ad reſponſum prouocat, vt ex qualibet occaſione ſermonis locũ accuſandi inueniat. Ieſus autem non reſpondit: quia prẽuidit quidquid reſponderet in calumniam verti.

d *Tu es Chri. Hier*. Quem expectabat a longe non videbat prope? ſicut Iſaac caligantibus oculis, Iacob ſub manibus non agnoſcebat, ſed longe poſt de eo futura canit.

e *Et vi*. Sacerdos interrogat filiũ Dei: Ieſus rñdit filium hoĩs vt intelligamꝰ eundem filiũ Dei eſſe & filium hoĩs, ne quaternitatẽ faciamus in trinitate: & hõ in Deo, & Deus in homine ſit.

f *A de. uir*. Quia humiliauit ſeipſum factus obediens vſq; ad mortem: & ꝓpter quod & Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ qđ eſt ſuper oẽ nomen.

g *Cum nub. cæ. Hie*. Aſcendit in nube, cũ nube veniet. i. cum corpore ſolo ſuo quod aſſumpſit a virgine aſcendit & cum multiformi eccleſia, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo ad iudicium venturus eſt, ſicut dicit Matthæus: Cũ autem venerit filius hominis, & omnes angeli cum eo &c.

h *Summus au. ſa. Be*. Eadem rabies quæ prius de ſede excuſſerat, ad ſciſſionem veſtium prouocat, vt oſtendat Iudæos ſacerdotalem gloriam perdidiſſe, & ſedem vacuam eſſe. Mos Iudæorum erat, cum aliquid blaſphemiæ, & quaſi contra Deum audiunt, ſcindere veſtimenta: Quod etiam Paulus & Barnabas cum in Licaonia quaſi dij honorarentur, fecerunt.

i *Veſtimenta ſua &c. Hier*. Hoc eſt Ephod in quo Iudæi habebant honorem, amiſerunt. Hic adeſt Samuel ſciſſo pallio de manu Saul: id eſt regno. Milites gentiles non ſcindunt tunicam Chriſti, ſed ſacerdos ſcidit ſacerdotij ſui dignitatem. Magno myſterio factum eſt, vt in paſſione Domini pontifex ſua veſtimenta ſcinderet: cum Domini tunica nec a crucifigentibus militibus ſcindi potuit. Figurabatur. n. ꝙ ſacerdotium Iudæorum pro ſceleribus pontificum eſſet ſcindendum. Soliditas verò eccleſiæ, quæ veſtis eſt redemptoris ſui, nunquam valet dirumpi. Quamuis. n. Iudæi, gẽtiles, hæretici, mali catholici, humilitatem Domini contemnant: eius tamen inuiolata permanet caſtitas vſq; ad conſummationẽ ſeculi in illis, quos ſors electionis inuenerit.

k *Qui om. Hie*. Quo reatu ſuo noſtrũ reatũ ſolueret, et velamen faciei ſuæ velamen cordium noſtrorũ auferret: & ſputis ſuſceptis faciem animæ noſtræ lauaret, & colaphis q̃bus in caput percuſſus eſt, caput humani generis quod eſt Adã ſanaret, & alapis quibus expalmatus eſt maxima laus eius a noſtris manibus & labijs plauderet. Vnde: Omnes gẽtes plaudite manibus. Et cruce ſua, cruciatum noſtrum ſolueret, & morte ſua noſtram necaret, quia ſerpente de virga facto, alij abſorpti ſunt ſerpẽtes. Vñ, Ero mors tua o mors, & morſus tuus ero inferne, Opprobria eius noſtrum obſtruxerunt opprobrium. Vincula eius nos liberos fecerũt. Corona ſpinea capitis eius, diadema regni adepti ſumus Vulneribus eius ſanati ſumus. Sepultura eius reſurgimus. Deſcenſu eius ad inferos aſcendimus ad cœlos. Hic inuenitur mel in ore leonis mortui. Hinc ꝓpheta, Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi.

l *Velare fa. &c*. Non ut ſcelera eorum non uideat, ſed vt ipſi quondam Moyſi fecerũt, a ſe gratiã cognitionis eius abſcondant. Hoc velamentũ vſq; hodie manet ſup cor eorũ, quod in Chriſtum credentibus eſt ablatum. Vnde eo moriente velũ tẽpli ſciſſum eſt, & ſancta ſanctorum arcana patefacta.

m *Prophetiza*. ſm alios. Quis te percuſſit Hoc faciũt in contumeliã eius qui ſe prophetam volũt haberi. Sed diſpẽſauit hoc, vt nos ad tolerandam pro eius nomine irriſionem præpararet, qui pro nobis ſuſtinebat.

n *Alapis eum cę. Be*. Qui tunc cœſus eſt alapis, & nunc cęditur blaſphemijs falſorum Chriſtianorum. Qui cõſputus ſaliuis infidelium, nunc uæ ſanis fidelium opprobrijs exhonoratur.

*Et cum eſ*. Ancilla primũ Petrũ ꝓdit, cum viri magis poſſent eum cognoſcere, vt & iſte ſexus in morte Domini videatur peccaſſe, & per paſſionem domini redimeretur. Et ideo mulier, prima reſurrectionis accepit myſterium, & mandata cuſtodit, vt veterem præuaricationis aboleret errorem.

*At ille*.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Audiuimus eum dicentem: Ego diſſoluam templum hoc manufactum &c. *Falſum. n. impoſuerunt ei, quia hoc non dixerat, vt habetur Iohannis. ij. ſed ſic dixerat: Soluite templum hoc &c. prædicens mortem ſuam, in qua corpus eius, quod erat templum deitatis, ſolutum eſt. Et ſi de materiali templo intelligatur, adhuc falſum impoſuerunt, quaſi abſolute dixerit: quod tamen dixerat conditionate. & ideo bene ſubditur*: Et non erat conueniens teſtimonium illorum.

b Ieſus autem dixit il. &c. *Interrogatus de veritate diuinorũ reſpondet qui prius in alijs tacuerat, quia de diuinis non debet ita taceri veritas ſi interrogetur ſicut de humanis. In quarta parte minus principali dicitur ſic.*

¶ Nam &

## MORALITER.

c *Summus au. ſa. ſc*. per hoc fuit ſignificatũ, quod præſcindendũ erat ſacerdotiũ Iudæorum, ſicut & ſtabilitas ſacerdotij Chriſti: per hoc quod eius tunica etiam à crucifigentibus eum non fuit ſciſſa.

d *Et cę. qui. cõ. eũ &c. Hier*. Vt ſputaminibus ſuſceptis, faciem aĩę noſtræ lauaret, & velamine faciei ſuę velamẽ cordiũ nr̃orũ auferret.

e *Et colaphis eum cedere, & dicere ei: pro. &c*. quibus in capite percuſſus eſt, caput humani generis quod eſt Adam ſanaret.

f *Et miniſtri alapis eum cedebant*. quibus expalmatus eſt laus eius maxima manibus noſtris labijsq; plauderet. vt dicitur: Omnes gentes plaudite manibus.

✱ Et ſtatim

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *At ille.* Nota, ꝙ negat Xp̃m qui ſe negat eius eſſe diſcipulū. Dominus.n.non dixit: Negabis te diſcipulum meum, ſed me negabis. Negauit ergo eum cū ſe negauit eius eſſe diſcipulū.
b *Et ex it fo.&c.* Hier. Petrus ſine ſpiritu, voci ancillæ ceſſit, cū ſpiritu, nec regibus nec principibus terræ cedit, Prima ancilla titubatio, ſc̄da conſenſio, tertius vir: actus. Hæc trina negatio quā abluit p fletus verbi Chriſti recordatio. Tunc autem nobis gallus cantat, cum prædicator ad compunctionem corda noſtra reuocat. Tunc incipimus flere, cū ignimur intus per ſcintillam ſcientiæ, & foras eximus extra quod fuimus.
c *Gallus can.* De hoc gallicantu alij tacent non tamen negant, ſicut & alia multa quæ alij dicunt, alij prætereunt.
d *Nam & ga.Be.* Eadē lingua Galilæis & Ieroſolymitis eſt, ſed tñ quæcūq; puincia & regio habet propriū loquendi ſonum, quē mutare non poſſit. Vnde cum apoſtoli omnibus linguis loquerētur, inter alios ēt qui habitabāt Iudæam, dixiſſe referuntur. Nonne ecce omnes iſti, qui loquuntur, Galilæi ſunt? & quo.n.a.v.l n. in qua nati ſumus? Et Petrus loquens fratribus in Ieruſalem ait: Notum factum eſt omnibus habitantibus in Ieruſalem, ita vt appellareť ager ille lingua eorū achel demach: qđ iō dr̄: ga nomē illud aliter Ieroſolymitæ, aliter Galilęi ſonabant.
e *Et re.Be.* Petrus nocte negat, ad gallicātū pęnitet. In die quē tertio negauerat, ſe tertio amare pfeſſus eſt. Quod.n.in tenebris obliuionis errauit, ſperatæ iam lucis rememoratione correxit, & eius iā adepta præſentia plene totum quidquid mutauerat. erexit.
f *Et cę.Be.* Quam noxia prauorū colloquia: quia inter fideles hoīem ſe negauit noſſe, quē iter cōdiſcipulos iā filiū Dei fuerat cōfeſſus. Sed ī atrio Caiphę pnīam agere nō pōt: egredit foras (vt alij euāgeliſtę narrāt) vt ab impijs ſecretus, negatiōis culpā liberius abluat fletibus.

¶Titubatio.
uenit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis, & cùm vidiſſet Petrū calefacientem ſe, aſpiciēs illum, ait: Et tu cum Ieſu Nazareno eras. At ille negauit dicens: † Neq; ſcio, neq; noui quid dicas. † Et exijt foras † ante atrium, &
¶Prædicator qui dicit: Vigilate & iuſti & nolite peccare.
gallus cātauit. Ruſus autē cùm vidiſ
¶Cōfeſſio. ¶Nō ꝗ prior. Vñ Matthæus: Vidit eū alia ancilla.
ſet illū ancilla, cępit dicere circūſtantibus: quia hic ex illis eſt. At ille iterū negauit. Et poſt puſillum rurſus qui
¶Actus.
aſtabant, dicebant Petro: Verè ex illis es, nā Galilæus es *. Ille autem cœpit † anathematizare & iurare, quia † neſcio hominē iſtum quem dicitis. Et † ſtatim iterum gallus cantauit. † Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus: Prius quàm gallus cantet
¶Compungi.
bis, ter me negabis. Et † cœpit flere.

† Neq; noui neque ſcio. † detestari, deuouere. † non noui † ſecundo iterum. † proruit in fletum.

## NIC. DE LYRA.

a Nam & Ga.es. *Licet .n. eſſet vna lingua omnium Hebræorum: tamen ſecundum varias partes Iudææ variabatur in aliqua proprietate: ſicut lingua Gallica in Picardia & in Normandia, per quam percipitur in loquela, de qua natione ſit aliquis.*
b Cępit ana.*i.maledicere ſibiipſi ſi cognouiſſet Ieſum. vnde anathematizatio ſignat iurationem, quæ eſt per execrationem.ſ. quando aliquis imprecatur ſibimetipſi malum pęnæ ſi ita ſit ſicut imponitur ei.*

## MORALITER.

* c *Et ſt.Hie.* Gallus lucis nūcius ꝗd eſt niſi ſpūſſctus, cuius voce in propheris & apoſtolis nos de trina negatione excitamur ad amariſſimos poſt lapſū fletus, qui malè de Deo cogitauimus, & malè locuti ſum⁹ de pxio, et malè fecim⁹ ad noſipos.

In ca.xiiij vbi dicitur in poſtilla: Abba pater, idem ſignificant tamen vnum &c.

### ADDITIO.

*Abba eſt pprie nomē ſyrū.i.chaldaicū, et frequēter hētur ī trāſlatiōe bibliæ chaldaica.*

## GLOS. ORDINAR. CAP. XV.

ET conf.&c. Sequitur: *vin.Ieſum* Mos erat Iudæis, vt quē morti adiudicaſſent, vinctum iudici traderent. Et notandum, ꝙ non tunc primum ligauerant, ſed mox compræhēſum nocte in horto, vt Ioannes dicit: & ſic adduxerunt eum ad Annam primum. Hiero. adeſt Sanſon vinctus a Dalila. Sanſon interpretatur ſol eorum quibus occubuit ſol in meridie. Dalila, ſitula interpretatur.i. ſynagoga, quæ ſitulæ more limpidum liquorem non tenet, et quiſquilias immūdas colligit. Sanſon noſter maxilla verbi ſui innumeras cateruas Iudæorum & dæmonum hic ſternit, & fonte perennis vitæ ſitiētib. nobis.i.corpori ſuo aperit.
b *Tu es rex Iu.* Cum Pilatus nihil criminis interrogat niſi an ſit rex Iudæorum: arguitur impietas eorum, qui nec falſo quidē quod obiiciant, inueniūt.
c *Tu di.* Sic temperat reſponſum: vt verū dicat: nec tamen calumniæ pateat. Et nota, ꝙ Pilato, qui inuitus fert ſententiam, aliqua in parte reſponderit. Sacerdotibus autem & principibus reſpondere noluerit, indignoſq; ſermone ſuo iudicauerit.
d *Vide in quan.* Ethnicus condemnat Ieſum, ſed cauſam refert in populum Iudæorum. *Vide in quantis &c.*
e *Vt m.i.Bar.Be.* Adhæret Iudæis vſq; hodie petitio ſua: quam toto labore impetrauerunt. Data.n.optione ſibi, pro Ieſu latronem, pro ſaluatore interfectorem elegerunt. Merito ergo ſalutem & vitam perdiderunt & latrociniis ac ſeditionibus intantum ſe ſubdiderunt, vt regnum & patriam perderent & libertatem corporis & animæ nunquam reciperent.
f *Pilatus ve.* Multas occaſiones dedit Pilatus liberandi ſaluatorem, primo iuſto conferens latronem, deinde inferens. *Quid ergo vultis faciam regi Iu.* Cūque reſpondiſſent: crucifigatur: non ſtatim acquieuit: ſed ſecundum ſuggeſtionem vxoris quæ mandauerat ei (vt Matthæus dicit) Nihil tibi & iuſto illi reſpondens ait: Quid enim mali fecit quod dicendo Ieſum abſoluit.

*Ait illi*

† acclamaſſet. † ei quē dicitis regē

## CAP. XV.

¶Vide ꝗ ſint ſolliciti i malo tota nocte vigilauerūt vt facerēt hom.
ET confeſtim mane cōſiliū faciētes ſummi ſacerdotes cū ſenioribus & ſcribis & vniuerſo cōcilio vinciētes Ieſum
¶Non ſolum ad Pilatum, ſed etiam ad Herodem ductus eſt, vt illuderet ei vterq;.
duxerūt & tradiderunt Pilato. † Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudęorū? At ille reſpōdens ait illi: Tu dicis. † Et accuſabant eū ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autē rurſum interrogauit eū, dicens: Non reſpondēs quidquā? Vide † in quātis te accu
¶Ne crimen diluens a præſide dimitteretur, & crucis vtilitas differetur.
ſant. Ieſus aūt amplius nihil reſpondit, ita vt miraretur Pilatus. † Per diē autē feſtū ſolebat dimittere illis vnū ex vinctis quemcūq; petijſſent. Erat aūt qui dicebatur Barrabas, qui cū ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidiū. Et cùm † aſcendiſſet turba, cœpit rogare ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus aūt reſpōdit eis, & dixit: Vultis dimittā vobis regē Iudęorum? Sciebat.n.ꝙ † per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. † Pontifices autē concitauerunt tur-
¶Hircum emiſſarium.
bam, vt † magis Barrabā dimitteret eis. Pilatus autē iterum reſpondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam † regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus

## NIC. DE LYRA. CAP. XV.

ET confeſtim. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti paſſio per gentiles conſummata. Et primò deſcribitur ipſius Chriſti crudelis occiſio. Secundò eius fidelis & deuota tumulatio, ibi: Et cum iam ſero eſſet factum. Prima in duas: quia primò deſcribitur Chriſti iniqua condemnatio. Secundò, iniqua ſententiæ executio, ibi: Et poſtquam illuſerunt ei. Prima in quatuor. quia primò, Chriſtus gentili iudici præſentatur. Secundò, ab eo examinatur ibi: Et interrogauit eum Pilatus. Tertiò, eius innocentia declaratur, ibi: Per diem autem feſtum. Quartò, iniq; condemnatur, ibi: Pilatus autem volens ſatisfacere populo. Sententia iſtarum partium patet ex dictis Mat. xxvij. vbi iſta ponuntur eodem ordine à principio illius ca. vſq; prope medium: tamen aliqua ſunt ibi interpoſita, quæ hic omittuntur: quia Marcus breuitati ſtudebat, vt dictum fuit à principio libri huius.*

¶ Poſtquam

## MORALITER.

* b *Et inter.* Iuſti traditi ſunt Romano exercitui qui ſaluatorem tradiderunt Romanorum præſidi.
c *Ita vt miraretur Pilatus.* ſ.de eius patiētia, quem audierat peritum in lege & potentem ad omnia reſpondere.
d *Pontifices autem &c.* Adhuc enim hodie aliqui magis nitūtur ſaluare et etiam promouere malos homines quàm bonos.

* *Pilatus*



a *At illi ma.* Dauid: Circūdederūt me ca.m.&c. Eſa. Expectaui vt faceret iudiciū: fecerūt aūt iniqui.& iniuſ. Hier. Facta eſt hęreditas mea mihi ſicut leo in ſilua: dederūt ſup me vocē ſuā.
b *Barrabā & tra.* Hier. Hi ſunt duo hirci. vnus apōpeius.i.emiſſarius cū pc̄tō populi in deſertū inferni abſolutus dimittitur. Alter p pc̄tis abſolutorū, vt agnus occiditur. Pars dñi ſp mactať. pars diaboli, qui eſt magiſter eorum, effrænata in tartara præcipitatur
c *Ieſum fla.* Vt nos à flagellis liberaret. vnde: Flagellum non appro.ta tu. Cū prius diceretur: Multa flagella peccatoris. *Be.* Ieſum fla cæ. Cæſus eſt ab ipſo Pilato. vñ Ioānes. Apprehēdit Pilatus Ieſum & flagellauit. Et poſt ſubiūxit: Et milites plectentes coronā de ſpinis &c. & militibus illudēdū pbuit. Quod ideo fecit, vt eius pœnis & opprobrijs ſaturati vltra mortem non ſitirent.
d *Et in.B.* Matthęus ita: Et ex.eū chla. coc.cir.ei: qđ idem eſt. Pro regia.n.purpura data eſt ei chlamys ab illudentibus: & eſt quædā rubra purpura cocco ſimillima. Pōt ēt videri, ꝙ Marcus purpurā cōmemorauit, quā chlamys hēbat, quamuis eſſet coccinea. *Et in.* Veſtimentis ſuis nudatur.i. Iudæis: purpura induitur.i.gentili eccleſia de amaris populis collecta. Item ea ſcandalizante exutus, in fine Iudaica rurſum induitur plebe. Cum.n.plenitudo gentiū ſubintrauerit, tunc oīs Iſrael ſaluus erit. Quia rex dicebatur, & hoc ſacerdotes & ſcribæ imponebant, quia imperium in populo vſurparet, illudēdo induunt purpura qua reges vtuntur. pro diademate ſpineam coronam, p ſceptro regali calamum donant: ſicut Matthæus dicit. Et adorant quaſi regem &c. Sicut Caiphas neſciēs dixit: Oportet.n.vnum hominem mori pro populo: ſic milites omnia myſticé neſcientes faciunt Purpura: caro eius rubra paſſionib⁹. vnde. Quare rubrū eſt indumētum tuum, & ve.t ſi cal.in tor. Spineam coronam portat, quia p nobis factus mortalis noſtra ſuſcepit delicta. Vnde, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Quod autē ſpinæ peccata ſignificent Dominus ſic oſtēdit. Terra tua ſpinas & tri.ger.tibi.i.cōſciētia tua, pūctiones tibi & aculeos vitiorū pcreare nō ceſſabit. Qđ vero ſm Lucam apud Herodem alba veſte induitur, & ſm alios à militibus Pilati coccineo vel purpureo habitu induitur. in vno innocentia & humanitatis caſtitas, in altero exprimitur veritas paſſionis, per quam venit ad gloriam regni immortalis. Purpura.n. & paſſionem & regnū ſignificat. Sed qa vt ait Apoſtolus: Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum indui.& Eſa. His velut ornamēto indueris. Poteſt in vtroq; habitu probroſa quidem inimicorum iudicio, ſed Domini electione glorioſiſſima multitudo electorum deſignari, quæ in martyres cæteroſq; fideles diſtinguitur. Alba veſte induitur, cum munda confeſſione iuſtorum circundatur. Purpura vel cocco veſtitur, cum triumpho glorioſorum martyrum gloriatur.
e *Et per.caput eius arun.&c.* Caput Chriſti Deus eſt. Caput ergo Chriſti percutiunt, qui eum denegant eſſe Deum. Et qui ſcripturæ autoritate errorē ſuū defendunt (quia ſcriptura arundine ſolet fieri) quaſi arundine caput eius feriunt. In faciē eius ſpuūt, q præſentiā gratiæ eius execrādis verbis ex interna cæcę mētis inſania ꝯceptis reſpuūt, et eū in carne veniſſe negāt.
f *Adora.eum.* Quaſi falſo ſe dixiſſet Deum. Sed hodie (qđ eſt grauioris inſaniæ) quidā cū certa fide vt Deum verū adorāt, ſed peruerſis actibus mox verba eius quaſi fabuloſa deſpiciunt, ac promiſſa regni illius tēporalibus illecebris poſtponūt.
g *Et educunt il.vt cru.Hier.* Hic educitur Abel in agrum a fratre vt perimatur. Hic adeſt Iſaac cum lignis, & Abraham cum ariete inter vepres hærente. Hic adeſt Ioſeph cum talari tunica lita ſanguine. Hic adeſt Moyſes cum virga & ſerpente ſuſpenſo in ligno Hic botrus in ligno portať. Hic adeſt Eliſæus cum ligno ad quærendam ſecurim quę in imo demerſa eſt: & natauit ad lignum.i.genus humanum: quod a ligno vetito in infernum cecidit, per lignum crucis Chriſti & per baptiſmū aquæ ad paradiſum natauit. Hic adeſt Ionas de ligno nauis foris & in mare ventremque cęti triduo miſſus.
h *Vt cru.Hier.* Ipſa crucis ſpecies quid eſt niſi forma quadrati mundi? Oriens de virtute fulget, arcton dextera tenet, auſter, læua conſiſtit, occidens ſub plantis firmatur. Vnde Apoſtolus: Vt ſciamus quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas & profundū. Aues in forma crucis ad ęthera volant, homo adorat & natat in forma crucis, nauis per maria antenna cruci aſſimilata ſufflatur. Tau litera ſignum ſalutis & crucis demonſtrat.
i *Et an.Be.* Ipſe Dominus primo crucē ſuā portauit, ſicut Ioannes dicit. Poſt iſte Simon. de quo & alij dicūt: & hoc ſatis cōgruo ordine myſterij. Xp̃us.n. paſſus p nobis, nobis re.ex. vt ſe ve.e. Et quia non Ieroſolymita, ſed Cyreneus à ciuitate Libyę rectè per eū gētes ſignantur. qui quondam peregrini & hoſpites teſtamentorum, nunc obediēdo ciues ſunt & domeſtici Dei ſicut alibi: Hæredes quidem Dei, cohæredes aūt Xp̃i. Vnde: Simon obediēs, Cyreneus hæres interpretatur. Et nota, ꝙ de villa venire dr̄: Villa.n. græce, pagos, vñ paganos appellamus, quos a ciuitate Dei alienos & quaſi urbanæ cōuerſationis uidemus expartes, Sed pago Simō egrediēs crucem Ieſu portat, cū pp̄ls nationū paganis ritibus relictis veſtigia dñicę paſſionis obedienter amplectitur. *Hi*. Simō ꝗ portat crucē in angaria. hic eſt qui laborat p laude hūana. Cogūt eū hoīes huic labori quē nō cogit timor uł dilectio Dei.
k *Patrem Alex.* Magnæ opinionis Simon iſte uř eſſe, cū et filij eius tanq̄ noti oībus ex noīe deſignanť Hie. Alij p merita patrū ſuorū cōmemoranť, alij p merita filiorū. Hic aūt Simon q crucē in angaria portat, filiorū ſuorū meritis q erant diſcipuli cōmemorať Per hoc monenť in preſenti uita patres adiuuari p merita filiorū ſuorū, ut populus Iudaicus per patriarcharū, prophetarum, & apoſtolorum merita ſępe cōmemoratur. De amaritudine.n. radicis ſurgit, dulcedo oliuæ. Vnde Hier. Oliuā uberē, pulchrā, fructiferam, ſpecioſam uocauit Dominus nomē tuū.
l *Calua.lo.Hie.* Tradunt Iudæi, ꝙ in hoc loco montis, immolatus fuerit aries p Iſaac, ut ibi decaluetur Chriſtus.i. carne ſua .ſ. Iudæa carnali ſeparetur. Be. extra portam truncabantur capita damnatorum, & caluariæ decollatorum loca dicuntur. Ideo ibi crucifixus Dominus, ut ubi erat arca damnatorum, ibi erigantur uexilla martyrum. Et quoniam pro nobis factū eſt maledictum crucis & flagellatus & crucifixus pro ſalute omnium quaſi noxius inter noxios uoluit crucifigi.
m *Et dabant.Be.* Matthæus, cum felle mixtum, quod idem eſt. Fel.n.pro amaritudine poſuit. Myrrhatum.n.uinum eſt amariſſimum: quanquam fieri poſſit ut & felle & myrrha amariſſimum redderent uinum. Hierony Et dabant &c. hoc aceto ſucus lætalis pomi abſtergitur *Et non accepit.* id pro quo patitur. unde de eo. Quod non rapui tunc exoluebam.

*Et non*

¶Quod dicendo Ieſum abſoluit.
uerò dicebat illis: Quid enim mali
¶Inſaniæ ſuæ ſatisfacientes, non interrogationi reſpondentes præſidis.
fecit? At illi † magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem uolens ſatiſfacere populo, dimiſit illis Barra-
¶Hircum emiſſarium. ¶Pro peccatis occidendum.
bām, & tradidit Ieſum flagellis cæ-
¶Vt nos a cruciatibus liberaret.
ſum, † ut crucifigeretur. † Milites autem duxerunt eum in atrium † prætorij, & conuocant totam cohor-
¶Gentili eccleſia.
tem, & induunt eum purpura, & † imponunt ei plectentes ſpineam co
¶Vt reges efficiamur.
ronam: & cœperunt ſalutare eum. † Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conſpuebant eum, & ponentes genua adorabant eum. † Et poſtquàm illu-
¶Gentili eccleſia.
ſerunt ei, exuerunt illum purpura,
¶Iudæis.
& induerunt eum ueſtimentis † ſuis:
¶Tanquam frater Cain, Abel in agro.
& educunt illum, ut crucifigerent eum. † Et angariauerūt quempiam prętereuntem Simonem cyreneum uenientem de uilla, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucē eius. Et perducunt eum in † Golgothá locum: quod eſt interpretatū Caluarię
¶Amara vitis, amarum vinū facit, & propinat Ieſu. vnde: Dederūt in eſcam meam fel. & in ſiti mea potauerūt me aceto.
locus. † Et dabant ei bibere myrrā-

† abundantius. † quod eſt prætoriū. † circſiponunt. † proprijs † golgoltha. גלגלתא

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ c Poſtq. *Hic cōſequēter deſcribitur iniquę ſñiæ latæ in Xp̃m executio: vbi primò ponitur ipſius Xp̃i iudicati crucifixio. ſ. ďò, crucifixi illuſio, ibi. Et pte. blaſphemabāt. tertiò, illuſi expiratio ibi: Et facta bo. ſexta. ſñia iſtarū partiū patet ex dictis Mat. xxvij. exceptis quæ ſequuntur:*
e Patrem Ale. *Hic dicit Hiero. ꝙ nomen iſtius Simonis hic exprimitur ratione filiorum ſuorum qui erant diſcipuli Chriſti.*
f Et da. *Dicūt aliq, ꝙ iſtud vinū dicitur myrrhatū ex pprietate myrrhæ quæ eſt valde amara: iſta tamē amaritudo cauſabatur ex admixtione fellis. Alij autem dicunt, ꝙ nō ſolū fuit ibi mixtio fellis, ſed etiam myrrhæ.*

¶ Et non

## MORALITER.

* a *Pilatus autem.* Sic faciunt mali iudices pro fauore humano iuſticiam ſubuertentes.
b *Et cæ.* ita faciunt multi in eccleſia, deuotè ſalutantes eum in apparētia, ſed eū expoliāt bonis & affligūt & puniūt in membris ſuis.
d *Et an.* ſic multi portant hodie in angaria crucem pęnitentiæ.
f *Et da.* Similiter hodie multi dant Chriſto bibere potū amarū & diuidūt ſibi veſtimēta ſua, rapiētes bona ſimplicium Chriſtianorum.

* *Et cum*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a ¶Noluit bibere ſecundum Matthæum. b ¶Maledictus omnis qui pendet in ligno: factus eſt maledictus vt noſtrum tolleret maledictum.

a tum vinum, & nõn accepit. †Et cru- b

a ¶In quatuor ordines. ¶In quatuor partes ſecundum Iohannem. b ¶Mandata. ¶Et alia præter tunicam.

c cifigentes eum diuiſerunt ueſtimen

¶Alias ſua.

d ta eius, mittentes ſortem ſuper eis

e quis quid tolleret. Erat autem ho- b

f ra tertia, & crucifixerunt eum. † Et

erat † titulus cauſę eius inſcriptus:

¶Hebraicè, Græcè, & Latinè.

g Rex Iudæorum. Et cum eo crucifi-

a ¶Oues a dextris. ¶Hic aſſumitur.

h gunt duos latrones, unum à dextris

a ¶Hædos a ſiniſtris. ¶Hic relinquitur.

& alium à ſiniſtris eius. Et impleta

¶Latronibus.

eſt ſcriptura quæ dicit: †Et cum ini- c

i quis reputatus eſt. Et prætereuntes d

blaſphemabant eum mouentes capi

ta ſua, & dicentes: † Vah qui deſtruis

templum Dei, & in tribus diebus re-

a ¶Inſultant nefarij ſalutem quam inchoauerat.

ædificabas. Sãluũ fac temetipſum de

ſcendens de cruce. †Similiter & ſum

mi ſacerdotes illudentes ad alteru-

k trum cum ſcribis dicebant: Alios ſal

uos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluum

facere. Chriſtus rex Iſrael deſcendat

¶Fraudulenta promiſſio.

l nunc de cruce, vt videamus & creda-

¶Plurale pro ſingulari.

m mus.† Et qui cum eo crucifixi erant

n conuiciabatur ei. Et facta hora ſexta

a ¶Sol refugit quia non poteſt videre mortem Chriſti & collaborat laboranti: Vel ne impij blaſphemantes ſua luce fruerentur.

o tenebræ factæ ſunt † per totã terram

vſque in horam nonam. † Et hora

nona exclamauit voce magna Ieſus

a ¶Beda. vt homo loquitur. ut homo flet. vt homo crucifigitur. vt homo turbatur.

dicens: † Eloi eloi lammaazabtha-

ni: quod eſt interpretatũ: Deus meus

¶Hiero. principium eſt uceſimi primi pſal. quod enim in medio ponitur reſpice in me. in Hebræo non habetur.

p Deus meus, ut quid me derelequiſti e

a *Et non acce.* Matthæus: Et cum guſtaſſet noluit bibere. Indi- E cat Matthæus, ꝙ pro nobis amaritudinem mortis guſtauerit, ſed die tertia reſurrexit.

Gl. in Mar. c. 15. to. 9. b *Et cru. Hier.* Hic figitur ſalus in ligno. Primo infixa eſt mors in ligno. Lignũ primũ, ſciẽ boni & mali. Scḋm boni tñ, & vitæ nobis lignũ eſt. Extẽſio primæ manus ad lignum, mortem apprehendit, extenſio ſecundæ vitam quæ perierat inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndoſum ad terram viuentium.

In Mar. euang. c. 15. lib. 4. c. 44. tom. 5. Vbi ſup. c *Veſtimenta ſua. Be.* Quadripertita veſtis Xp̄i ſm numerũ militũ, ſignificat eccleſiã quatuor partibus orbis ęqualiter. i. cõcorditer diſtributã. *Hier.* Veſtimenta dñi, mãdata ſunt, qbus tegit corpus eius qḋ eſt eccl̃a, qa diuidunt inter milites gẽtiũ, vt ſint quatuor ordines, cũ ſit vna fides. i. cõiugati, viduati, ꝓpoſiti, ſeparati. Sortiti ſunt tunicã indiuiſam, quæ eſt pax & veritas in cunctis ĩ modũ regalis amictus vel anuli.

† Iſcriptio

d *Mittentes ſor. Hier.* Super tunicã. i. quę erat inconſutilis. Hæc ſortita oĩm partiũ ſignificat vnitatẽ, quę vno vinculo charitatis continet̃, qa quæ ſupereminet oĩ ſciæ, & ſup oĩa pręcepta eſt, quaſi deſup contexta eſt. In ſorte, gr̃a Dei cõmendatur. ſic. n. in vno ad oẽs puenit, cũ ſors oĩbus placeat, qa Dei gratia in vnitate ad oẽs peruenit, & ſors ſolius Dei iudicio venit vel cedit.

e *Erat au. ho. ter. Hier.* Hoc proprie Marcus. nã ſexta hora tenebræ ſuffuderũt terrã, vt nõ qs poſſet mouere caput. A triceſimo nãq; fructu Marcus aſcẽdit ad cẽteſimũ. i. a tertia hora crucis vſq; ad tertiã reſurrectionis, quæ poſt tres dies fuit. Triceſimus fructus in cruce. ſexageſimus in inferno. cẽteſimus in paradiſo Quaſi dico, ꝙ milites crucifixerunt eum, qḋ factum eſt hora quaſi F ſexta ſm Ioannẽ. ſed prius Iudęi hora tertia crucifixerũt eũ q magis dicendi ſunt eũ crucifixiſſe, quamuis nitantur hoc diſſimulare, quàm milites qui ſecundum officiũ ſuũ duci ſuo paruere.

†Mat. 27. e Luc. 23. f

Vbi ſup. f *Et erat ti. Be.* Titulus oſtẽdit, ꝙ nec occidẽdo potuerũt efficere, ꝙ non eſſet eis rex. vnde: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo. &c. Bñ. n. ſimul eſt rex & pontifex, cum eximiam patri ſuæ carnis hoſtiã offerret in altari crucis, & regis dignitatẽ titulo prætẽderet, vt cũctis inſinuaret, ꝙ per crucis patibulũ nõ perdiderit, ſed cõfirmauerit imperiũ. *Hier.* Qḋ in titulis pſalmorũ prænotatur, in finem ne corrumpas, et cũ tribus linguis, Malcus Iudæorũ baſilcos exomoliſſon, rex confeſſorum: hæ tres linguæ in crucis patibulo coniunctæ ſunt, vt oĩs lingua cõmemoraret perfidiam Iudæorũ.

Pſal. 2. a

אלי אלי למה שבקתני Eli Eli lamma ſabbatani

Roma. 6. a g *Et cum eo cru. Be.* Sicut dicit apoſtolus: Vetus homo noſter ſimul cum illo crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra nõ dominetur ſuper nos peccatũ Quandiu ergo id agunt opera noſtra vt euacuetur corpus peccati, quamdiu exterior homo corrumpitur, vt interior renouetur, tempus eſt crucis. Hæc quidem etiam ſunt bona opera, tamen adhuc laborioſa, quorum merces requies eius Sed iõ dr̃ ſpe gaudẽtes, vt requiẽ futurã cũ hilaritate expectemus in laboribus Hãc hilaritatem ſignat crucis latitudo in tranſuerſo ligno, vbi figuntur manus. Per manus. n. opera, per latitudinẽ, hilaritatẽ operãtis intelligimus, quia triſticia facit anguſtias. Per altitudinẽ cui caput adiungitur, expectationẽ retributionis de ſublimi iuſticia Dei. Per longitudinẽ, qua totũ corpus extenditur, tolerantiam: vnde longanimes dicuntur: Per profundum, quod terrę eſt infixum, ipſum ſacramenti ſecretũ. Vnde apoſtolus: Vt in charitate radicati & fundati poſſitis comprehendere cum oĩbus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas & pfundũ.

Ephe. 3. d

b *Duos la. Be.* Latrones qui cũ dño crucifixi ſunt, ſignãt eos, q fide & cõfeſſione Chriſti, vel agone ſui martyrij, vel quãlibet artã cõtinẽtiã ſubeũt. Et qui hoc p eterna gloria gerũt, dextri latronis merito & fide ſignant̃. Qui ãt p humanæ gloriæ vel qualibet minas digna intentione, ſiniſtri latronis mentẽ imitatur, tatur & actus. Hie. Cum iniquis veritas deputata, vnũ relinqt G ſiniſtrũ, alterũ aſſumit dextrũ. ſic faciet in die iudicij, ex ſimili crimine diſſimiles ſortiunt̃ vias, Alter ꝑcedit Petrũ in paradiſum, alter Iudã in infernũ: Cõfeſſio breuis vitã acqrit longã, & blaſphemia finita pena plectit̃ æterna. Hic pullus Iudæ ligat̃ ad vitẽ. anabologiũ. i. palliũ tĩgit in sãguine vuę. hic lacerãt hędi vineã.

i *Mouentes ca. Hier* Emittitur mors iniquorum, quando excitãtur vincula inferni vſq; ad ceruicem, quæ eſt ceruix humani generis.

†Mat. 27. Luc. 23. Ioan. 19.

k *Alios ſal. Hie.* Etiam nolentes confitentur, ꝙ alios fecit ſaluos, & ſe propria damnant ſententia, quia alios ſaluos fecit, & ſe ſi vellet, ſaluare poterat.

l *Deſcendant nu.* Plus eſt de ſepulchro ſurgere, & tñ nõ crediderũt. Hi oẽs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt.

Pſal. 13. †Mat. 27. Ioan. 19. Luc. 23.

m *Et qui cũ e. Be.* Scḋm Lucã vnus latro blaſphemabat dicens. Si tu es Xp̄s ſaluũ fac te & nos. Alter eũ redarguit & dicit: Dñe, memẽto mei, dũ veneris in regnũ tuũ. Sic hodie q ficto corde & ficta mẽte dñicę paſſionis ſacramẽta geſtãt, ad mũdi gaudia liberari à Dño cupiũt: & iõ a Dño contemnunt̃, nec vlla reſponſione digni iudicãtur. Qui ãt cũ Apoſtolo in cruce Xp̄i gloriant̃, ita potius a præſẽtibus ærumnis optãt exui, vt ſp̃m ſc̄tm̃ ſuũ in manus Dei cõmẽdẽt, vnaq; cum Xp̄o regni cœleſtis participes eſſe deſiderẽt. Vñ Dñs preces eius, q ſalutẽ q̃rebat, pie audiuit, qa qui in tribulationibus poſiti a dño tm̃ tẽporalia ſolacia q̃rũt, & à tẽporalibus ſeparantur & ęternis priuãtur. Qui cęleſtia petunt, ad ea ſine dubio Chriſto mediante & miſerante perueniunt.

†Eſa. 53. Gal. 6. Luc. 23. †Mat. 27. Rom. 6.

n *Et facta ho. Be.* Notãdũ, qa hora ſexta. i. ſole receſſuro a cẽtro mũdi crucifixus ſit, & diluculo, oriente ſole reſurrexit, quia mortuus eſt pp peccata noſtra, & re. pp iuſ. no. De Adam. n. pec- H cante dictũ eſt, ꝙ audierit vocem dñi in paradiſo de ambulãtis ad aurã poſt meridiẽ inclinata iã luce fidei. Ad auram refrigeſcẽte feruore charitatis. De ambulans autem audiebatur, quia ab hoĩe peccante receſſerat. Rationis ergo imo diuinę pietatis ordo poſcebat, vt eodem tp̄is articulo, quo Adæ præuaricanti obcluſerat, latroni pœnitenti ianuã reſeraret paradiſi. Et qua hora primus Adã peccando mũdo mortem intulit, eadem hora ſecundus Adam mortem moriendo deſtrueret.

Gen. 3. b †ſupr †Mat. 27.

o *Tenebræ fa.* Hier. Hic adeſt Noe inebriatus ac nudatus, cęlo ac terra ebrioſo pallio tectus, & ab homine irriſus: hic ſtillauit de ligno ſanguis.

p *Deus meus.* Hie. Inde inſcribitur pſalmus iſte. Pro aſſumptione matutina, qua Chriſtus ad crucem ducitur. Verba filij hominis in propheta. Vnde etiam ſequitur iuxta Lucam, In manus tuas commendo ſpiritum meum. Nona hora, inuenitur euerſa domo decima drachma quæ perierat.

Luc. 23.

Et quidam

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et non ac. *Cõtrarium tamen videtur Io. xix. f. vbi dicitur: Cũ acce. Ieſus ace. &c. Ad qḋ dicẽdum, ꝙ aliquid accepit ad guſtandum, modicũ tamen pp impletionem prophetiæ dicentis: In ſiti mea potauerunt me aceto. Et quia illud quod modicum eſt quaſi nihil reputatur, ideo hic dicitur, quòd non accepit. ſcilicet ad perfectè bibendum.*

b Erat au. *Io. xix. c. dicitur: Erat ãt hora quaſi ſexta. ſcḋm veritatẽ erat hora media inter ſextã & tertiã, mediũ verò denoĩatur ab vtroq; extremorũ, & ideo ab euãgeliſtis aliquando denoĩatur tertia, aliquãdo ſexta.*

¶ Videns

## MORALITER.

✠ c *Et cum ini.* ſic fit hodie ipſius membris per iuſticiæ ſubuerſionem in multis locis.

d *Et præter. blaſ. &c.* Hoc ſimiliter faciunt detractores bona facta membrorum Chriſti denigrantes.

e *Deus meus, vt qd.* pp quod nõ debet Chriſtianus mirari, ſi à Deo permittitur per malos tribulari, quia ſic ſuo capiti conformatur.

✠ Et uelum



a ¶Ipſos canos igni aptos. b ¶Dolo, malicia.

a me. Et quidam de circumſtantibus

audientes, dicebant: Ecce Eliam vo

b cat. † Currens autem unus, & im-

plens ſpongiãm aceto, circumpo-

a ¶Amaritudinem. b ¶Dulcedini.

nenſq; calamo põtum dabat ẽi, di-

cens: Sinite, uideamus ſi ueniat Eli

¶Qui de cælo.

c as ad deponendum eum: Ieſus au-

a ¶Nos cum nulla, uel cum una que de terra. ¶Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.

tem emiſſa uõce magna expirauit.

¶Cælum aperitur.

d †Et uelum tẽpli ſciſſum eſt in duo, a

e à ſummo uſq; deorſum. Videns au b

a ¶Nouiſſimi primi. Gentilis confitetur plebs, iudaica cæcata negat, vt fiat eius error peior priore.

tem cẽnturio, q ex aduerſo* ſtabat,

f quia ſic clamans expiraſſet, ait: Ve-

¶Beda. Hominem & Deum confitetur.

g re hic homo filius Dei erat. † Erant

autem & mulieres de longe aſpiciẽ

tes, inter quas erat Maria Magdale

a ¶Ad differentiam Iacobi Zebedæi qui inter primos apoſtolos uocatus eſt & electus a Domino.

h næ, & Maria Iacobi minõris, & Io-

ſeph mater & Salomę. Et cum eſſet

in Galilæa ſequebantur eum, & mi

a ¶Beda. Mos erat ut mulieres præceptoribus de ſua ſubſtantia miniſtrarent.

niſtrãbãt ei, & aliæ multæ, q̃ ſimul

aſcenderant cum eo Ieroſolymam.

¶In fine.

i †Et cũ iam †ſero eſſet factum, quia c d

erat paraſceue, quod eſt ante ſabba

a ¶Deponens. ¶Allego. Iudaicus populus deponens deſperationem. b ¶Quæ & Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis.

k tum, uenit Iõſeph ab Arimãthia e f

¶Fide.

l †nobilis decurio, qui & ipſe erat ex g

pectãs regnum Dei. Et audacter in- h

* illius

a *Et qui.* Nõ oẽs. Forſitã milites Romani nõ ĩtelligẽtes ꝓprie A tatẽ Hebræi ſermonis, ex eo qḋ dr̃ Eloi putauerũt Eliã ab eo vocari: Vel Iudæi ſolito ſibi ſermone uerba Dñi deprauantes, imbecillitatis infamabãt eum, ꝙ Eliæ uocaret auxilium.

Ioan. 19. f b *Cur. au. Be.* Iohannes plenius dicit. Poſtea ſciens Ieſus, quia iã oĩa conſummata ſunt, ut cõſummaret̃ ſcriptura, dicit: Sitio. Vas ergo poſitũ erat aceto plenũ &c. Q. Hoc minus feciſtis, date qḋ eſtis. Erant. n. acetũ de generãtes a uino ꝓphetarũ & patriarcharũ, tanq̃ de pleno uaſe de iniquitate huius mũdi pleni, cor habẽtes ſicut ſpongiã cauernoſis & tortuoſis latibulis fraudulẽtũ. Iſopo circumpoſuerunt ſpongiam aceto plenam. Iſopus herba humilis pectus purgans, Chriſti ſigñat humilitatẽ, q̃ circũdederũt & circũuenisse putauerunt, unde: Aſperges me Dñe iſopo, & mũdabor. Chriſti. n. humilitate mũdamur, qa niſi humiliaſſet ſemetipſum factus obediens uſque ad mortẽ, mortẽ ãt crucis, ſanguis eius in mũdationẽ nr̃am fuſus nõ eſſet. Per arũdinẽ, cui impoſita eſt ſpõgia, ſcriptura ſigñat̃, q̃ hoc facto impletur, qa arũdine ſcribit̃, ſicut loquutio (q̃ p linguã format̃) lingua dr̃: Vnde linguã græcã & latinã dicimus. Hic. *Cur. au.* Inuenit ſimilitudinem eorum: Spõgiã cõcauã, ętatẽ aridam, ignib. aptã, implet aceto, hoc ẽ malicia & odio uel dolo: de quo Dñs plãtãuit uineam Soreth. Et quomodo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ, & expectaui ut faceres uuas, & feciſti ſpinas.

Pſal. 50. b Phil. 2. b Mat. 27. f Luc. 23. f Gl. in Mar. c. 15. to. 9. Iſa. 5. a

c *Ieſus au. Be.* Quid dixerit Lucas apit. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. & hoc dicẽs expirauit. Qḋ aũt dicit Iohannes: Cum accepiſſet acetum dixit: Conſummatum eſt: & inclinato capite tradidit ſpiritum. Inter B hoc quod ait: Conſummatum eſt & illud: Inclinato capite emiſit ſpiritum: emiſſa eſt uox illa magna, q̃ Iohannes tacet, cęteri commemorant. In manus tuas &c. Hier. *Ie. au.* Infirmata etenim carne, mox virtus diuina inualuit quæ dicit: Aperite mihi portas iuſticiæ &c. Nos autem cum nulla, uel una voce morimur, qui de terra ſumus. Ille. n. cum exaltata uoce expirauit, qui de cęlo deſcendit.

Luc. 23. f Vbi ſup. Ioan. 19. f Luc. 23. f Mat. 27. g Luc. 23. g Ioan. 19. g Pſal. 117. c honeſtus conſul

d *Et ue. tem.* Et arca teſtĩ, & oĩa legis ſacrã q̃ tegebant̃, appareant. & ad gẽtes tranſeãt. Ante dicebat̃: Notus in Iudæa Deus in Iſra. m. n e. Nũc aũt: Exaltare ſuper cæ. Deus, & in oĩ &c. Et in euãgelio prius. In uiam gentiũ ne abieritis. Et poſt paſſionem: Ite & docete omnes gentes &c.

Pſal. 75. a Pſal. 56. b Mat. 10. a Mat. 28. d

e *Videns au.* Oſtenditur quare centurio miratur, quia uidit eũ ſic expiraſſe. i. ſpiritum emiſiſſe. Nullus enim habet poteſtatem emittendi ſpiritum niſi conditor animarum.

f *Vere &c. Hiero.* Nota ꝙ centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis uere filium Dei confitetur: & Arrius in eccleſia prędicat creaturam. Vnde merito p centurionem fides eccleſiæ ſigñatur, q̃ uelo myſteriorum cæleſtium per mortem Domini reſerato continuo Ieſum & uere iuſtum hominem, & uere filium Dei ſynagoga tacente confirmat:

Arrius gentilium credulitate conſiatur.

g *Erant au. Hier.* Sicut non excluditur muliebris ſexus a ſalute per Mariam uirginem: ita non repellitur a myſterio crucis ſcientię & reſurrectionis per uiduam Mariam Magdalenam & cæteras matres.

h *Iacobi minoris: & Ioſeph. Be.* Minorem Iacobum dicit Iacobũ Alphei, qui & frater Domini, eo ꝙ eſſet filius Mariæ matertere Domini De qua Iohannes: Stabãt aũt iuxta crucẽ Ieſu mater eius, & ſoror ma. eius Maria Cleophæ, & Mariæ Magdalenæ. Cleophæ uidetur eã dicere a patre uel a cognatione.

Ioan. 19. c

g Cui ideo. *Hic cōſequenter deſcribitur modus ſcribendi euangelium Lucæ ſeu qualitas. In deſcribendo enim Chriſti genealogiam Matthæus inchoauit ab Abraham uſque ad Chriſtum deſcendendo. Lucas autem ordine retrogrado inchoauit à Chriſto aſcendendo, non ſolum vſque ad Abraham ſed etiam ad Deū, vt patebit infra. Cuius ratio fuit, quia ſicut Matthæus oſtendebat modum qualiter Deus venit in mundum carnem aſſumendo a patribus deſcendentibus, ita Lucas oſtenderet quomodo per benedictam Chriſti incarnationem reducimur in Deum per veram fidem quæ etiam fuit in patribus vete. Teſta. licet non ita explicita ſicut eſt in fidelibus noui Teſtamen. Hanc autem ſententiam ponit beatus Hierony. multum intricate, ſed ego accipiam verba eius non ſecundum ordinem ſcripturæ ſed ſententiæ:* Cui. *ſ. Lucæ:* ptās permiſſa eſt. *i. conceſſa:* a perfect. generationis in Chriſto impletæ, *id eſt ſcribere perfecte genealogiam in Chriſto impletam: quia ibi terminatur deſcendendo.* Et repeten. a princip. natiuitatis huma. *id eſt retrogrado modo ſcribere genealogiam prędictam, in qua incipit ab humanitate Chriſti.* Poſt bap. fi. Dei, *quia poſt baptiſmum Chriſti immediate ſcripſit genealogiam prædictam. vt habetur infra. iij. cap. Iō. i. propter cauſam quæ ſtatim dicetur prædicto mo-* Inf. 3. † cōpletæ * Dauid
¶ do deſcri-



A ¶ *do deſcripſit genealogiā:* Vt requi. *i. ſcire deſiderantibus.* Demonſtra. in quo ap. e. *i. ipſum Deum in quo terminat genealogiam in cuius apprehenſione per apertam viſionem conſiſtit beatitudo.* Introi. admiſ. ge. in diſp. Dei. *i. ipſius Chriſti qui ſecundū Deitatem eſt indiſpar à patre, quia ſic eſt ei æqualis. Quem Chriſtum. Ponit in introitu. i. in principio* Genera. *i. genealogia ab eo deſcriptæ:* Recur. in Deum. *quia ad ipſum terminatur, vt dictum eſt, per Nathan filium. Sicut enim Matthæus ponit Salomonem filium Dauid in genealogia Chriſti ab eo deſcripta. ita Lucas ponit Nathan filiū Dauid duplici de cauſa. Vna eſt. quia Nathan dicitur fuiſſe filius Dauid adoptiuus: nos autem reducimur in Deum per hoc q efficimur filij Dei adoptiui: & ideo Lucas qui ſcribit genealogiam aſcēdendo in Deū, deſcripſit eam per Nathan filium adoptiuum. Alia cauſa eſt, quia Nathan interpretatur donum, & ideo figurat Chriſtum, qui eſt Dei filius naturalis: & per hoc quod fuit in nobis datus a patre, efficimur filij Dei adoptiui: quia per eum tanquam per mediatorem reducimur in Deum patrem. ideo ſubditur:* Vt præ. *ſ. ipſe Lucas.* Hominibus Chri. ſu. *quia datus eſt hominibus a patre pro eorum ſalute.* Opus per. h. *i. conditione naturæ humanæ in ſtatu innocentiæ, quæ fuit perfecta virtutibus & ſciētijs.* Recurre. in ſe. *i. redire in dignitatem priſtinam a qua ceciderat.* Face. per fi. *i. per Nathan figuratiue, ratione prædicta, ſed per Chriſtum effectiue, qui eſt Dei filius ſecundum naturam diuinam & filius Dauid ſecundum carnem.* Qui per Da. pa. ue. in Chri. *i. deſcendentibus uſque ad Chriſtum per generationes.* iter præbe. in Chriſ. *viā & modum veniendi vſque ad Chriſtum.*
Alij libri non habēt [illegible]
B a Cui Lucæ *Poſita commendatione beati Lucæ in ſcribendo euangelium, hic conſequenter ponitur eius commendatio in ſcribendo Actus apoſtolorum, cū dicitur,* Cui Lucæ non imme. *i. non irrationabiliter, ſed ex magna ratione.*
q Etiam ſcrib. Actuum apo. po. in mini. da. *Quia ſicut ſupra dictum eſt. fuit diſcipulus apoſtolorum & ſpecialiter Pauli, cuius fuit comes indiuiduus: & ſic vidit facta eius, de*

dicans hominibus Chriſtum ſuum,
a ¶i. hominem in quo perfecta ſunt opera ſex dierum. b ¶Ad ſtatum vnde recidit. ¶Vel propter quem omnia ſunt perfecta.
opus perfecti hominis rèdire in ſe
per filium faceret, qui per Dauid
a ¶Chriſti vel Nathan. b ¶Ad Deum. c ¶i. præberi oſtēdebat:
pàtrem uenientibus itèr præbebat
in Chriſto. Cui Lucæ non immerito a
etiam ſcribendorum actuum apo- b
¶Bene in miniſterio, quia bene ſcripſit.
ſtolorum poteſtas in miniſterio da-
a ¶Dicta aſcenſione in qua plenus Deus eſſe comparuit ¶i. Iuda. ſ.
tur, ut Deo in Deum plèno & filio c
perditionis extincto, oratione ab ip- d e
ſis apoſtolis facta, ſorte † dominicæ electionis numerus complere-
tur. Sicque Paulus conſummationem f
apoſtolicis actibus daret, quem diu g
contra ſtimulum recalcitrantem dominus elegiſſet. Quod & legen-
tibus ac † requirentibus Deum et- h
¶Propquamus.
ſi per ſingula expediri a nobis utile i
fuerat, ſciens tamen quod operan- k l
tem agricolam oporteat primum de m
fructibus ſuis edere, uitauimus pu- n
¶Laudem humanam. ¶prout.
blicam curioſitatem, ne non tam uolentibus Deum demonſtrare uideremur quàm faſtidientibus † prodidiſſe. † Lectorem obſecro ſtudioſe paginas recenſentem huius libri, ea quæ incaute contra eas ſtyli præcurrentis deſignata ueſtigio ſunt, non modo coniungat errori, ſed peto meæ ignoſcere ignorantiæ: & quæ obſtinatio legantis ampliata uirtus exercitat ad purum dociles, mentis meæ fauoribus meique memor benigne.

G *ius, de quibus liber Actuum apoſtolorum p maiori parte loquitur, quę certius potuit ſcribere tanquam viſa. In principio tamen illius libri fit mentio de Chriſti aſcenſione & Matthiæ electiōe. & hoc eſt q̃d dicitur:*
c Vt Deo in Deum ple. *Chriſtus autem dicitur Deus in Deo, quia filius ſemper eſt in patre quantum ad ipſam deitatem. quantum vero ad humanitatem fuit plene cum Deo patre, quando in humanitate glorioſa aſſumptus eſt ad dexteram patris. de quo fit mentio in principio libri.*
d Et fi. perd. ext. *i. Iuda pditore, de cuius morte ibidē agitur ante electionē Matthię.*
e Oratione ab ipſis apo. fa. for. do. ele. nu. con. *Quia in electione Matthiæ apoſtoli præmiſſa oratione dederunt ſortes, & cęcidit ſors ſuper Matthiam & ſic completus fuit numerus apoſtolorū duodecim a Chriſto electorū: de quorū numero Iudas cęciderat.* †domini
f Sicque Paulus. *Quia in actibus eius iſte liber terminatur.*
g Quemdiu con. ſti. re. do. ele. *Quia dum perſequeretur Chriſtum in membris ſuis, fuit a Chriſto electus, vt habetur Act. ix.*
h Quod & legēti. *Poſt Lucæ commendationem, hic Hieronymus ponit ſuam excuſationem ad hoc quod ita breuiter tranſierat, quod fecit ad vitandum prolixitatem & curioſitatē, & hoc eſt quod dicit* Quod etſi. *i. quamuis:* Legenti. ac re. Deum utile fue. a no. expe. *i. per nos enucleari.*
i Per ſingu. *i. particulatim & plenius.*
k Sciens tamen. *ſ. ego Hieronymus.*
l Quod operantem agri. *i. doctorem.*
m Oporteat primum de fructi. ſuis ed. *i. de doctrina ſua fructum percipere. quod fit quando auditores proficiunt.* † prodeſſe
D n Vitauimus publicā curio. ne n. uidere. tam, *id eſt tantum:* Demonſtra. *id eſt plane oſtendere.* Deum *id eſt veritatem de diuinis.* Quod, *id eſt quantum.* Faſtidientibus prodi. *id eſt ſcribere ad libitum & voluntatem curioſorum, qui attediantur in auditu vtilium: & magis in ſubtilibus & parum vtilibus delectantur. Videtur tamen aliquibus ſalua reuerentia beati Hieronymi ipſam ſententiam, quæ plane & lucide dici poſſet, verbis obſcuris & intricatis obumbraſſe.*

---

Luc. 1. Act. 1. *Quoniā qdē.* Be. Lucas de oīb. q̃ fecit Ieſ' & docuit vſque ī diē qua aſſumptus eſt ſermonē facturus, primo eorū q de eo falſa ſcripſerūt redarguit audaciam. Scribit aūt hiſtorico ſtilo. Magis.n. in deſcribēdis reb. q̃ exprimēdis pręceptis ſtudiū habuit, & hiſtorico more de narratiōe ſumpſit exordiū, & eā hiſtoriā plena digeſtione pſeqt̄ Bed. Nota, ea cā maxīe ſcripſiſſe euāgeliū, ne pſeudo euangelijs eēt facultas p̄dicādi: q ſub noīe Chriſti aplorūq; conati ſūt ſectas pfidiæ īducere.
*b Multi.* Be. Non tam numeroſitate quam hæreſum diuerſitate. Qui nō ſpūſſcti munere donati, ſed vacuo labore conati magis ordinarent narrationem q̃ hiſtorię texerent veritatē.
*c Conati.* Ambr Conat̄, q incipit nec pficit, q ſuis virib. ſi gr̄ę Dei q̄ irrigat ɔfidit, q qđ ab alijs dictū videt abolere intēdit. Nō conat̄, q diuino ſpiritu res & dicta miniſtrante, cępta cōplet.
*d Cōpletæ.* Amb. Redūdāt p vniuerſū mūdū, mētes fideliū rigant & confirmant. Ambro. Quod redundat in nullo deficit, & de cōpleto nemo dubitat, cum fidem affectus aſtruit exitus probat.
*e Nobis.* Be. Non ſolum Marcus & Lucas auditu didicerunt quæ ſcriberent, ſed & Matthæus & Iohānes multa de infantia, pueritia, genealogia Saluatoris alijs narrātib. didicererūt.
*f Viderūt & mi.* Amb. Gemina virtus eſt in hoīe pfecto, intentio & actio. vtranq; notat in aplīs fuiſſe, & viſionē. i. intentionē, & miniſteriū. i. actionē, vt p id qđ viderint diuinæ cognitionis, intelligatur intentio: p id q miniſtri fuerūt, eorū actio declaretur. Amb. Hoc verbū ñ platiuū: ſed ſubſtātiuū interiori mēte vr̄. Vñ Moyſes đt, q̃a ppl̄s videbat vocē: q̄ nō ſolet videri, ſed audiri. Audiuit Petr' verbū qñ dcīn̄ ē ei: Veni poſt me, faciā te piſca o ho. Miniſtrat qñ tollit crucē, & ſeqt̄ Chriſtū.
Vbi ſup. Exod. 20. c Matt. 4. c
¶ Omnia

## *Procemium Beati Lucæ in Euangelium ſuum incipit.*

a QVoniam quidem
a ¶Vt Baſilides & Appelles & qui ſub nomine Thomæ vel Matthiæ vel aliorum apoſtolorum falſa ſcripſerunt.
b multi conati † ſunt b
c ordinare † narratio-
¶Non nos ſed in nobis Deus fecit.
d nes, quæ in nobis † completæ ſunt, c
a ¶Euangelij.
e rèrum, ſicut tradiderunt nobis, qui d
a ¶Non ſolum corporali ſed potius mentis intuitu.
f ab initio ipſi uidèrunt, & miniſtri

Incipit expoſitio uenerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra ſuper proœmium.

QVoniam quidē. *Hic incipit beatus Lucas ſcribere. Et primo ſuo euangelio præmittit præfationem, ſecundo ſubiungit euangelij narrationem, ibi: Fuit in diebus Herodis. In præfatione ſua ponit duplicem cauſam quare ſcripſit euangelium. ſcilicet ad complendum aliqua, quæ a Matthæo & Marco fuerant omiſſa, vel minus plenè dicta, & ad excludendum falſa, quæ ab hæreticis ſub nomine diſcipulorum Chriſti ſcripta fuerant: ſicut plenius dictum eſt in prologo Hieronymi. & hoc eſt quod dicitur:* † Quando quidem Diuiſio † agreſſi † narrationem. † pleniſſimæ ſcientiæ.

a Quoniam quidem. *id eſt certe.*
b Multi conati ſunt ordinare narratio. rerum. *i. geſtorum euangelicorum: quia ſicut dictum eſt aliqui ſcripſerant vere, ſed tamen aliqua omittendo, aliqui autem falſe hæreſes inſerendo.*
c Quæ in nobis completæ ſunt rerum. *i. euangelio à nobis ſcripto, quia compleuit dicta eorum, qui vera ſcripſerant, & excluſit dicta eorum, qui falſa inſeruerant.*
d Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi uiderunt & miniſtri. *Ipſi apoſtoli, a quibus didicit veritatem euangelij.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

*In Lu. euan ge.c.1.li.1. c.1. tom 5. In Luc. prohe. expla. tom. 5. 4.Cor.8.d*

*a Omnia.* Be. Non omnia quæ aſſecutus, ſed de omnibus quę ad fidem legentium confirmandam credit idonea. Et conſulto etiam multa præterit, quæ alij dicunt, vt diuerſa in euangelio gratia refulgeret, & proprijs quibuſdam libri ſinguli myſteriorum geſtorũque miraculis eminerẽt. Ambro. Prolixiorem notat hunc euangelij librum quàm aliorum euangeliſtarum. vnde & a Paulo laudatur, quia omnia aſſequutus eſt, nõ quod omnia ſcripſerit, quæ nec mundus capit.

*Vbi ſup.* *b Theophile.* Be. Theophilus, amans Deum, vel amatus à Deo. Qui amat Deum vel à Deo vult amari, ad ſe putet euangelium ſcribi, & ut bonum depoſitum ſibi commendari. Nõ noua Theophilo promittuntur, ſed eadem quibus eſt eruditus, vt quo quid ordine à domino geſtum dictumve ſit agnoſcat: quia perfectus nõ ſolum in Ieſum credere, ſed & fidem perpetuæ diuinitatis & temporaneæ diſpenſationis illius debet ordinem noſſe.

a ¶Huius verbi quod caro factum eſt. b ¶Et quoniam hoc eſt. c ¶Non humana voluntate, ſed ſpiritu ſancto intus inſtigante. Cuius gratia geritur, vt id quod bonum eſt, nobis etiam bonum videatur.

fuerunt ſermõnis: uiſum eſt mihi † aſſequuto à principio omnia, † diligenter ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile, ut cognoſcas eorum uerborum, de quibus eruditus es, ueritatem.

† aſſecuto † exacte

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Viſum eſt & mihi aſſequuto. *ſcilicet ueritatem euangelij modo prædicto.*

b Omnia a prin. di. ex or. ti. ſcri. *quia incępit euangelium ſuum à conceptione præcurſoris & Saluatoris. Quod autem dicit omnia, non eſt intelligendum, quod omnia acta Chriſti ſcripſerit: quia totus mundus non poſſet capere tantã ſcripturã, vt habetur Ioh. xxi. ſed accipitur hic oĩa, qa ſcripſit de oĩb. neceſſarus, quorũ noticia erat neceſſaria ad ſalutem.*

c Optime Theophi. *Ex hoc verbo dixerunt aliqui, quòd iſte Theophilus fuit uir potens & princeps in Achaia: quia Paulus tali modo loquendi utitur ad Feſtum: Non inſanio optime Feſte.* (*Act. 26*) *Sed illud motiuum nullum uidetur, quia talis modus loquendi proprius eſt ad prælatos qui alios debent excellere in bonitate uitæ. Item non eſt ueriſimile, quod tantus euangeliſta omiſſis epiſcopis (ad quorum officium ſpectat euangelium ſcire, & de hoc alios docere) ſcriberet principi ſeculari euangelium. Et ideo melius uidetur dicendum, quod fuit epiſcopus, ut dictum eſt ſupra & hoc uidetur per hoc quod ſubditur, Quibus eruditus es, &c. Dicit ergo optime Theophile, non quod pro ipſo ſolo ſcriberet, ſed quia ſcripturam ei dirigebat pro ipſius & omnium fidelium ſalute.*

d Vt cogno. *ſcilicet plenius.*

f Veritatem eorum uerborum. *ad fidem catholicam pertinentium.*

e De quibus eruditus es ueritatem. *non tamen ita perfecte ſicut poſt lectionem huius ſcripturæ.*

G

GLOSS. ORDIN. CAP. I.

*In Luc. lib. 1. c. 1. ti. 2. tom. 5.* F*Vit in die.* Amb. Vitulus ſacerdotalis hoſtia. Per vitulum ergo hoc euangelium figuratur, in quo à ſacerdotibus inchoatur, & in vitulo cõſummatur. .i. in Chriſto qui pro mundi vita immolatur.

*In Lu. euange. c. 1. in princ. to. 5.* *b Sacerdos quidam.* Impleuit ordinẽ: dixit regẽ, & regionem in qua fuit, ſacerdotẽ & gẽtẽ eius & vxorem illius indicat. Be Amb. Nõ ſolũ à parẽtib. ſed ẽt à progenitorib. nobilitas Baptiſtę mõſtrañ, nõ ſeculari poteſtate ſublimis, ſed religiõe. Tales .n. parẽtes pnuncius hr̃e debuit, vt quaſi iure naturæ infuſã fidẽ aduẽtus Xpi pdicaret. Amb. Docet diuina ſcriptura in his quos ꝯmendare volumus, nõ ſolũ mores, ſed ẽt parẽtes oportere laudari, vt quaſi hr̃ditario iure puritatẽ hr̃e videanĩ illi, quos laudamus. Nobilitañ itaque Iohannes baptiſta parẽtib. miraculis, morib. munere, paſſione. ſic Samuel, ſic Iſaac a parẽtib. nobilitatẽ pietatis accepit, quã poſteris reliqt. (F) (*Vbi ſup. titul. 1.*)

*c Zacharias.* Zacharias, memor domini: Cui apparet angelus a dextris altaris, quia ei, qui memor domini eſt, demonſtratur myſterium.

*vbi ſup.* *d De uice Abia.* Be. Abia, pr̃ dñs. Et aptũ fuit vt ĩ tpe officij pr̃is dñi cõceptus eſſet iſte q pr̃em dñm pdicaret. Cum Dauid cultũ domus dñi ampliaret, miniſteria ſacerdotũ in xxiiij. ſortib. diuiſit. In qb. familiam Abia de qua Zacharias, ſors octaua contigit, vt præco noui Teſtamẽti in octauæ ſortis vice naſcatur. quia per octo, nouum, ſicut per ſeptem teſtm̃ declaratur vetus. (*1. Paralip. 24.a*)

*e El.* Eliſabeth, dei mei ſaturitas. ſignat Mariã q̃ plena deo fuit.

*vbi ſup.* *f Erant au.* Be. Ambr. Plena laudatio quæ genus in maioribus mores in æquitate, officium in ſacerdotio, factum in mandatis, iudicium in iuſtificationibus comprehendit.

*Vbi ſup.* *g Iu. a. D.* Amb. Non .n. omnis qui iuſtus eſt ante homines, iuſtus eſt ante Deum. Aliter .n. vident hoĩes, aliter Deus. hoĩes in facie, Deus in corde. Ideoq; fieri pt, vt aliquis affectata bonitate populari iuſtus videañ mihi, iuſtus tñ non ſit añ Deũ: ſi iuſticia ñ ex mẽtis ſimplicitate formeñ, ſed adulatiõe ſimuleñ.

*Ibidem.* *h Manda. & iu.* Amb. Be. Prius mãdatũ, ſeđa eſt iuſtificatio. cũ .n. mãdatis cæleſtib obedimus, ĩ mãdatis Dei incedimus. Cũ recte & ꝯgrue iudicamus, tenere dñi iuſtificationẽ videmur.

*Sine querela*

Incipit poſtilla uenerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra ſuper euangelium ſecundum Lucam.

CAP. I.

*Diuiſio* FVit in diebus. *Hic incipit Lucas narrationem euangelij: Et diuiditur in quatuor partes, quia primo deſcribitur Saluatoris ingreſſus in mundum per ſuam incarnationem. Secundo, eius progreſſus per ſuam prædicationem iij. ca. Tertio, eius egreſſus de mundo per ſuam paſſionem. xxij. ca. Quartò eius regreſſus ad patrem per ſuam reſurrectionem & aſcenſionem. xxiiij. ca. Prima in duas: quia primo deſcribitur præcurſoris & Saluatoris conceptus. Secundo vtriuſque ortus. circa medium huius ca. ibi: Exurgens autem Maria. Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur conceptus præcurſoris. ſecundo ipſius Saluatoris, ibi: In menſe autem ſexto. Circa primum, conceptus præcurſoris oſtenditur mirabilis ex tribus. primo ex parentum conditione. ſecundo ex angelica nunciatione, ibi. Factum eſt aũt cum ſacerdotio. tertio ex patris increduli punitione, ibi: Et dixit Zacharias. Circa primum in deſcribendo conditionem parentum beati Iohannis præmittitur tempus regis ſub quo fuerunt, cum dicitur:* H

*Euangelium ſecundum Lucam incipit.*



CAPVT I.

qIam alienigena regnabat.

FVIT In diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam nomine Zacharias de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth. Erant autẽ

a ¶Non coram hominibus, quia omnis ſterilis in lege maledicta. b ¶Qui non fallitur non vt homines.

ambo iuſti ante Deũ, incedẽtes in oĩbus

a Fuit in dieb. Herodis regis Iudææ. *quia Iacob patriarcha ſpiritu prophetico dixit Geneſis quadrageſimo nono. b. Signum aduentus Chriſti quãdo regnum Iudææ eſſet tranſlatum ad alienigenam, ſecundum quod dicitur ibidem: Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, &c. Iſte autem Herodes fuit alienigna: quia pater ſuus fuit Idumæus.*

b Sacerdos quidam nomine Zacharias. *Per expreſſionem nominis intelligitur quod iſte fuit famoſus in vita & doctrina.*

c De uice Abia. *ſecundum quod dicitur primo Paralip. vigeſimoquarto. a. Dauid volẽs ampliare cultũ Dei ordinauit de uigintiquatuor generationibus, vigintiquatuor ſacerdotes, qui ſucceſſiue ſeruirent per hebdomas in templo domini, & octaua ſors cecidit ſuper Abiã, vt ibi dicitur, de quo deſcẽdit iſte Zacharias.*

d Et uxor illius de filiabus Aaron. *Hoc exprimitur: quia propter dignitatem ſacerdotalem filiæ de tribu Aaron diligentius & honeſtius ſeruabantur.*

e Et nomen eius Eliſabeth. *Quod nomen exprimitur propter eius bonam famam & vitam, ſicut dictum eſt de Zacharia. unde ſubditur:*

f Erant autem ambo iuſti ante Deum. *Hoc dicitur ad excludendum hypocriſis fictionem.*

g Incedentes in omnibus mandatis. *quantum ab obſeruantiam moralium præceptorum.*

¶ Et iuſtificationibus

MORALITER.

✱ *a Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos.* Inter euangeliſtas Lucas ſignificatur per myſticum vituli vitulum, qui eſt animal immolaticium, quia prædicauerat Chriſtum pro nobis immolatum. Immolare vero pertinet ad ſacerdotis officium. propter quod a ſacerdotio euangelium incœpit.

*f Erant autem ambo iuſti.* Bene ex iuſtis accepit originem qui nunciare venerat iuſticiam conſummatam.

*g Ante Deũ inc.* nõ ſicut hypocritę qui fingũt iuſticiã ante mũdũ.

✱ *Factum eſt autem*



*a Sine querela.* Ecce temperata iuſticia. Plerunque durior iuſticia hominum querelam prouocat. vnde Apoſtolus: Prouidentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Et eccleſiaſtes: Ne ſis multum iuſtus. Vel, *incedentes in omnibus man da. & iuſti. do. ſine querela* .i. ſine conſciẽtia vanæ laudis. (A) (*Rom. 12.d Eccle. 7.c*)

*In Lu. euan ge. c. 1. l. 1. t. 2. to. 5.* *b Et non erat illis.* Be. Diuinitus procuratum fuit, vt de prouectis diuque fructu coniugii priuatis Iohannes naſceretur, vt inopinato ortu prolis & ipſos donum Dei gratius afficeret, & cæteros ſtupor miraculi pararet auditui futuri prophetæ. Vnde poſtea ſubditur: Poſuerunt omnes qui audierãt in corde ſuo dicẽtes; Quiſputas puer iſte erit?

*Zacharias* *c Factum eſt autem.* Cum ex præcepto Moyſi vno ſacerdote decedẽte, vnus ſuccedere iubeatur, tempore Dauid ſtatutum eſt, vt viciſſim miniſtrantes per octonos dies a ſabbato vſque ad ſabbatum tempore vicis ſuæ ſinguli caſtimoniæ ſtuderent, nec interea domum tangerent.

*In Luc. lib. 1. c. 1. tit. 2. tom. 5.* *d In or. ui.* Amb. Zacharias deſignatur ſummus ſacerdos, qui uno tantum anni tempore ſolus intrat templum, cũ ſanguine quem offert p populo. Qui tunc ſorte quærebatur, cum verus ſacerdos adhuc ignorabatur qui in æternum permaneret: & tunc vices erant, nunc perpetuitas. Solus intrat, quia illum ſignificat, cuius ſacrificium non eſſet commune cum cæteris.

*Vbi ſup.* *e Sorte.* Be. Non noua tunc ſorte electus, quãdo incensũ erat adolendum, ſed priſca ſorte præelectus, cum primum ex ordine ſui pontificatus in uicem Abia ſuccederet. Hæc ſolemnitas ſeptimo menſe celebrabatur, & dies expiationis ſiue propitiationis vocabatur: quando ſolus pontifex introibat in ſecundum tabernaculum cum ſanguine. In quo ſignificatur Ieſus ſacerdos, qui impleta diſpenſatione carnis, cæli ſecreta ſubiit, vt propitium faceret nobis patrem & interpellaret pro peccatis eorum, qui adhuc pro foribus expectant orantes & diligunt aduentum eius. Pulchre igitur ea die deſcenſio eius per angelum nunciatur, qua eius per legem aſcenſio figurabatur: quia qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit. qui quodammodo prædicitur dum ille promittitur præcurſurus. (*Ephe. 4.b*) (B)

*Vbi ſup.* *f Ingreſſus in templum.* Ambro. Ingreditur Zacharias templũ, id eſt Chriſtus in Mariam, populus orat libertatem de captiuitate. Apparuit non dixit, venit, quia ante ibi erat. Zacharias turbatur .i. Iudæi adueniente Chriſto.

*Vbi ſup. cit. tom. 5.* *g Apparuit.* Amb. De Deo vel de angelis dr̃ apparere q ñ poſſunt præuideri:

a ¶Non quod non peccauerint, ſed quia per gratiam Dei abluti peccare deſierint.

mãdatis & iuſtificatiõnibus dñi † ſine querela. Et non erat illis † filius, eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem, cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis ſuę ante Deum, ſecundum cõſuetudinem ſacerdotij, † ſorte exijt, ut incenſum poneret, ingreſſus in templum domini: & omnis multitudo populi erat foris orans hora incenſi. Apparuit autem illi an-

b ¶Duæ cauſæ non habendi memorantur, vt maior appareat virtus.

¶Hic notatur ſummus.

† irreprehenſibiles † proles † ſortitus eſt.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et iuſtificationibus domini. *Quantum ad obſeruantiam ceremonialium.*

b Sine querela. *Quantum ad obſeruantiam iudicialium: quia pacifice ad proximos ſe habebant.*

c Et non erat eis filius. *Cuius duplex cauſa ſubditur, Vna ſpecialis mulieri. ſ. ſterilitas. Alia communis viro & mulieri. ſ. ſenectus. & hoc eſt quod dicitur.*

d Eo quod eſſet Eliſa. ſte. & ambo pro. *Ita quod tranſierat tempus generandi in patre & concipiendi in matre ſecundum curſum communem naturæ. Ex quo apparet conceptio præcurſoris miraculoſa, quia non fuit per naturam tantum, ſed per naturam gratia diuina adiutam.*

e Factum eſt au. *Hic deſcribitur conceptio præcurſoris mirabilis ex denunciatione angelica. Et primo deſcribitur loci conditio. ſecundo denunciatio angeli, ibi: Apparuit autem. Circa primum dicitur:* Fa. eſt au. *Patri enim exiſtenti in loco ſancto. ſ. in templo in diuino officio occupato, facta eſt diuina denunciatio de prole habenda. ad denotandum ſanctitatem futuram prolis.*

f Sorte exijt. *Quia diſtributiones hebdomadarum in quibus ſucceſſiue debebant vigintiquatuor ſacerdotes miniſtrare, vt prædictum eſt, fuerunt diſtributæ per ſortem, vt habetur. 1. Para. xxiiij.*

*Tom. 5.* g Vt incen. poneret. *Ex hoc loco dixerunt aliqui, quod Zacharias fuit pontifex vel ſummus ſacerdos, quia incenſum ponere ſemel in anno intra ſanctumctorum, ſcilicet in feſto expiationis ſoli ſummo ſacerdoti erat licitum: & hoc videtur dicere beatus Ambroſius, & Beda ſuper locum iſtum, & tempus conceptionis præcurſoris videtur concordare: quia feſtum expiationis celebrabatur decima die ſeptembris, & poſt illud fuit conceptio beati Iohannis circa finem eiuſdem menſis, reuerſo Zacharia ad domum ſuam poſt completionem ſui officij: et ſic ab illo tempore vſque ad natiuitatem beati Iohannis fluxerunt nouem menſes: qui continent periodum a conceptu pueri vſque ad natiuitatem. Sed qualiter ille Zacharias fuerit ſummus ſacerdos non legitur. ideo ad declarationem huius dixerunt aliqui, quod vigintiquatuor ſacerdotes prædicti erant æquales in ordine & in dignitate, non tamen ſimul ſed ſucceſſiue, quia ille in cuius hebdomada feſtum expiationis cadebat, erat ſummus ſacerdos toto illo anno. Et ad hoc confirmandum inducunt illud quod dicitur Iohannis. xi. quod Caiphas erat pontifex anni illius. Dicunt ergo quod Zacharias fuit ſummus ſacerdos anno illo, eo ꝙ prædictum feſtum cecidit in hebdomada ipſius: ſed quia nulla ſcriptura autentica neque Ioſephus neque alij hiſtoriographi deſcribentes ſacerdotium Iudæorum, aliquam mentionem faciunt de ſummo ſacerdotio huius Zachariæ, ideo ſaluo meliori iudicio videtur melius dicendum eum fuiſſe ſimplicem ſacerdotem. Nec ex his quæ inducta ſunt, oſtenditur fuiſſe ſummus ſacerdos: ſed magis oppoſitum vt videtur: Tum quia dicitur hic ꝙ ingreſſus fuit templum ad ponendum incenſum tantũ: hoc ãt licitũ erat minorib ſacerdotib. ſcđm quod dicitur Hebr. ix. In primo quidem tabernaculo quotidie intrabant ſacerdotes ſacrificiorum miniſteria conſummantes: quia peracto ſacrificio in altari holocauſtorum quod erat in atrio vbi miniſtrabant minores ſacerdotes, ſacerdos qui ibi miniſtrauerat lotis prius manib. & pedibus accipiebat prunas de altari holocauſtorum, & intrans primam partẽ tẽpli quæ uocabatur ſanctum vel ſancta, concremabat in illa ſuper altare incenſi thymiama, & tunc erat ſacrificium conſummatum. In illa vero parte templi quæ dicebatur ſanctumſanctorum ſolus ſummus ſacerdos intrabat cum ſanguine hirci & vituli immolati pro peccato populi, vt ex illo aſpergeret contra propitiatorium. Quod autẽ Zacharias intrauerit cum ſanguine tali, non dicitur hic: ſed ſolum ad ponendum incenſum. Si enim intraſſet templum ad inferendum ſanguinẽ intra ſanctumſanctorum, non eſt veriſimile, quod euangeliſta tacuiſſet cum hoc ſit maximum inter omnia quæ ad officium ſummi ſacerdotis pertinebant, vt habetur Hebr. ix. & Leui. xvi. & ideo non videtur, quod intrauerit ſanctumſanctorum quod erat de officio ſummi ſacerdotis, ſed ſolam primam partem templi ad quam ſimplices ſacerdotes poterãt ingredi, ut dictũ eſt. Itẽ angelus apparuit ipſi occupato ĩ ſolẽniori parte ſui officij propter ſolẽnitatẽ nuncij quod nunciare venerat. Hic autem dicitur quod apparuit ei ſtans a dextris altaris incenſi. Illud altare nõ erat intra ſanctiſanctorũ, ſcđm ꝙ dicit Hiero. & omnes doctores Hebræi & chatolici, excepto Auguſtino, cuius dictum non videtur in hoc tenendũ: Tum quia contrariatur dictis omniũ aliorũ, quorũ aliqui fuerunt valde experti in ſcriptura uete. Te. Tum quia textus ſacræ ſcripturæ videtur contrarium dicere Exo. vl. & xxx. vt ibidem plenius declaraui. Qđ aũt dicitur ſoli ſummo ſacerdoti licitum eſſe ponere incenſum intra ſanctũſanctorum in die expiationis, dicendũ ꝙ uerũ eſt: ſed illud incenſum non ponebatur ad offerendũ, ſed vt nebula inde cõſurgens operiret oraculum quando pontifex aſpergebat ſanguinem hirci & vituli cõtra oraculum, vt habetur Leui. xvi. non autem habetur ex hoc loco quod Zacharias poſuerit incenſum hoc mõ, vt patet ex dictis: ſed ſolũ ꝙ poſuerit incẽſum offerẽs ipsũ ſup altare incẽſi ad cõſummationẽ ſacrificij. Quòd ãt dicitur, ꝙ expiationis dies cecidit in hebdomada ſua, hoc nõ pbatur, ut patet ex dictis: & dato quod verum fuerit, non tamen ex hoc concluditur quod intrauerit ſanctum ad ponendum incenſum: quia præter illum ingreſſum qui pertinebat ad ſummum pontificem tantum, quotidie intrabant ſacerdotes minores ad offerendum incenſum in altari incenſi, vt prædictum eſt: & hoc modo ingreſſus eſt Zacharias in headomada ſui miniſterij. Quod autem vlterius dicitur, quod de vigintiquatuor ſacerdotibus ille erat ſummus ſacerdos vel pontifex per annum, in cuius hebdomada cadebat expiationis feſtum, videtur eſſe ficticium. Tum quia hoc in nulla ſcriptura autentica habetur. Tum quia vt habetur in libris Regum et Paralip. poſt ordinationem vigintiquatuor ſacerdotum vnus erat ſummus ſacerdos ſuper eos, non ſolum vno anno ſed totam vitam ſuam: & ita communiter factum eſt vſque ad tempus Machabæorum, in quo Gręci ſuper Iudæos obtinuerunt dominium: & tunc ex cupiditate Græcorum & ambitione Iudæorum aliqui ſunt amoti de ſacerdotio ante mortem, & alij inſtituti, ſicut patet de Iaſone & Menelao & Liſimacho. & Alchimo. Et eodem modo poſtea factum eſt quando Romani cœperunt Iudæis dominari, quia tunc erat venale ſacerdotium. vnde dicit Ioſephus, quod Caiphas emit ſacerdotium vnius anni. Potuit etiã eſſe quod Iudæi inter ſe ordinauerunt propter iſtas contentiones & ambitiones quod ſacerdotium vnius duraret tantum per annum. Ad dictum vero Ambroſij & Bedæ dicendum, quod non loquuntur aſſertiue.* (C) (D) (*2. Mach. 4. Ibid. c. 14.*)

h Et om. mul. *quia nõ erat licitũ populo ingredi templũ: ſed tãtũ atriũ.*

i Apparuit. *Hic conſequenter deſcribitur angeli denunciatio:*

¶ *& præmittitur*

MORALITER.

✱ *e Factum eſt autẽ.* Per Zachariam qui domini memor interpretatur, bonus platus ſignificatur, q̃ ſemp in ſuo pectore debet gerere Dei memoriã p ſua & ſuorũ ſubditorũ ſalute. Hic aũt templum ingreditur p diligẽtẽ diuini cultus ſolicitudinem, & offert incẽsũ per feruẽtem orationem: & populus orat per eius informationem & angelus apparet ei per diuinam conſolationem. ideo ſubditur:



✱ *Ne timeas.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſunt prouideri: ſed repentino aſpectu videntur. nec in poteſtate
E noſtra eſt illos videre: ſed in poteſtate illorum eſt apparere & videri qñ volũt. Et bene in tẽplo, iuxta altare & a dextris, apparet, qa veri ſacerdotis aduẽtũ, & miniſteriũ ſacrificij vniuerſalis, & cęleſtis doni gaudiũ, qđ p dexterã ſignificaĩ, pręadicat.

Vbi ſup. a *Et Zacharias.* Ambro. Solemus turbari & a noſtro affectu alienari qñ pſtringimur ſuperioris pſtãtis occurſu. Sed ſicut humani defectus eſt terreri, ita angelicę benignitatis eſt pauẽtẽ de ſuo aſpectu blãdiendo ſolari. Contra, dæmones, ſi quos ſua pſentia territos ſenſerint, ampliore horrore cõcutiũt.

b *Quoniam exau.* Exaudita eſt magis q̃ petiſti. Rogaſti pro liberatione plebis, † oratio Ibid. & donatus eſt tibi pręcurſor. Ambro. Multa diuina beneficia hic ſunt congeſta. Primum; deprecationis fructus, deinde ſterilis partus. Tum lęticia plurimorum, & magnitudo virtutis altiſſimi etiam ppheta promittitur. Quinetiam ne qua eſſet dubitatio, futuri nomen deſignatur. Tantis igitur ſupra votum fluentibus, non immerito diffidentia pœna plectitur ſilentij.

In Luc. c *Iohãnem.* Be. Singularis meriti eſt indicium quoties hoĩb. à Deo vel imponiĩ nomen vel mutaĩ: vt Abrahã q pr̃ multarũ gẽtium erat futurus, Abrahã Gen. 17. a eſt vocatus. Iacob q Deũ vidit, Iſrael Ibid. 32. f eſt appellatus Iohannes ergo interpretatur in quo eſt gratia vel domini gratia. Primò, gratia ſterilib. parentibus donatur, deinde ipſi Iohanni. qui magnus corã dño futurus, & ſpũſctõ ex vtero mr̃is replendus. Poſtremo filiis Iſrael, quos ad dñm erat conuerſurus.

Vbi ſup. d *Gaudi.* Be. Merito gaudet pr̃ q in ſenectute natũ & q talis gratiæ accepit filium: Gaudẽt ali quib. regni cæleſtis † incredibiles euãgelizaret ingreſſum. Nato pcurſo-
F re multi gaudẽt. Nato dño gaudium magnum nunciatur, quod erit omni populo: quia hic ſalutẽ multis pdicat, Vbi ſup. ille vero omnibus dat. Amb. Gaudiũ & exultatio. Monẽtur parẽtes nõ minus gr̃as agere pro ortu ſctõrũ filiorũ q̃ pro meritis. Non. n. parũ munus Dei eſt dare liberos ppagatores generis. ſucceſſionis hæredes. Iacob in generatione. xij. filiorũ gaudet, Abrahæ filius datur, Zacharias exauditur. Diuinum igitur munus, eſt fœcunditas parentis. Agant igitur patres gratias quia genuerunt, filij quia generati, matres quia honorantur præmiis coniugii.

e *Vinum & ſiceram.* Be. Magnæ coram Deo virtutis eſt prædicare in deſerto gaudia celeſtia, terrenas delicias aſpernere, ob Mar. 6. d ludum laſciuientis puellæ capite truncari. Cuius ordinem magnitudinis ſubiungit: *Vinum & ſiceram non bi.* Sicera interpretatur ebrietas: Quo nomine ſignatur omne populũ Dei quacunque materia factum quod inebriare poſſit. Decet autem vas cæleſti gloriæ mãcipatũ a ſeculi illecebris abſtinere.

Luc. 1. e f *Et ſpiritu ſ. replebi.* Be Cũ intrante beata Maria, in vtero genitricis exultauit, & præcurſionis ſuæ officiũ quoad potuit impleuit: Necdum erat illi ſpiritus vitæ, & iam erat ſpũs gratiæ.

g *Et multos filiorum Iſrael conuertet.* Be Cum Iohannes Chriſto teſtimonium perhibẽs, in fide Chriſti baptizans, dicaĩ filios Iſrael ad Deũ cõuertiſſe, patet Chriſtũ eſſe dñm Deũ Iſrael.

h *Præcedet ante.* Be Sicut Elias pco iudicis, ſic Iohannes præco redemptoris. Ambo in deſerto, ambo victu parci, veſtitu inculti. Ambo regum inſaniam tolerant. Ille Iordanẽ diuiſit cęlũ petiturus, hic ad lauacrũ ſalutare, quo cęlũ petiĩ, cõuertit Hic cũ dño cõuerſatur in terris, ille cũ eo manifeſtaĩ ĩ gloria.

i *In ſpiritu & uirtute.* Ambr. Bene iunguntur ſpiritu & virtute. Nõ. n. ſine virtute ſpiritus nec ſine ſpiritu virtus eſt. Elias virtutẽ habuit abſtinẽtiæ, & patientiæ, & conuertendi animos populorũ à pfidia ad fidem, ſpiritũ autẽ prophetandi habuit.

k *Conuertat corda.* Be. Corda patrum in filios conuertit, dum ſpiritualem ſanctorum antiquorum ſciẽtiã populis prædicãdo infundit. Prudentia vero iuſtorum eſt, non de legis operibus iuſticiam præſumere, ſed ex fide ſalutem quærere, vt quã uis in lege poſiti, legis iuſſa perficiant: gratia tamen Dei ſe ſaluandos per Chriſtum intelligant: Iuſtus enim ex fide viuit. Rom. 1. b Qua ſententia, quia diutius increduli & per Iohannem imbuti, & per Eliam ſunt imbuendi. fere eadem verba quæ angelus de Iohanne, Malachias prædixit de Elia.

Mala. 4. l *Vnde hoc ſciam?* Be. Si hõ eſſet qui pmittebat, impune liceret quærere

---

gelus domini ſtans à dextris altaris
a incenſi. Et Zacharias turbatus eſt, a
uidens, & timor irruit ſuper eum.
Ait autem ad eum angelus: Ne ti- b
b meas Zacharia: quoniam exaudi- c
*a Facta pro populi redemptione, non pro ſobole. quam deſperabat ſe poſſe habere.*
te eſt † deprecãtio tua. Et uxor tua d
*Bed. Ecce ordo ſalutis exprimitur, cum illius natiuitas prædicitur, qui præconando redemptori ſit iter facturus, prædicando pœnitentiam & fidem Chriſti.*
Eliſabeth pariet tibi filium, & uo- e
c/d cabis nomen eius Iohãnem. Et erit f
tibi gaudium & exultatio, & multi g/h
*a Quia per eius prædicationem gaudebunt in uitam æternam.*
in natiuitate eius gaudebunt. Erit i
*a Ambro. Non virtute corporis, ſed animi magnitud. i. e.*
e enim magnus coram domino, ui- k/l
f num & ſiceram non bibet, & ſpiri- m
*Manens in vtero.*
tu ſancto replebitur adhuc ex utero
g matris ſuæ: & multos filiorum Iſ- n
rael conuertet ad dominum Deum
*a Prius natus, prius prædicat, prius moritur, præcurrit præco iudicem.*
h ipſorum. Et ipſe præcedet ante il- o
*Sancto. Signorum.*
i lum in ſpiritu & uirtute Eliæ, ut p
k conuertat corda patrum in filios,
& † incredulos ad prudentiam iu- q/r
*Præcedet.*
ſtorum, parare domino plebem s
† perfectam. Et dixit Zacharias t
l ad angelum: † Vnde hoc ſciam? u

† apparandi diſpoſitam † In quo cognoſcam

NICOLAVS DE LYRA.

¶ & præmittitur Zachariæ ſtupefactio, cũ dicitur,

a Et Zac. tuba. *ſ. ex viſione angeli inſolita, & ex fragilitate humana iuxta angelicam poteſtatem, ſicut de Daniele legitur: pp qđ angelus conſolatus fuit eum dicens:* Dan.

b Ne timeas Zacha. *q. d. Veni ad conſolationem tuam. ideo ſubditur.*

c Quoniam exaudi. eſt depre. tua. *Frequẽter enim Deum deprecatus fuerat de aduentu Meſſiæ, & de habenda prole. Et ideo angelus vtrumque ſibi denunciat, dicens:*

d Et u. tua Eli. pa. tibi fi. *Et dicit: Tibi, hoc eſt, ex te, tamen cum virtute naturæ fuit ibi virtus gratiæ, vt prædictum eſt. Angelus aũt loquens Ioſeph de partu Mariæ, non dixit: pariet tibi, ſed pariet abſolute: quia Ioſeph nihil cooperatus eſt ibi:*

e Et uo. no. eius Io. *Prænominatur ab angelo propter ſanctitatem eius futuram, & officij proprietatem. Iohannes. n. interpretatur, in quo eſt gratia, quia Iohannes Chriſtum manifeſtauit, per quem gratia & veritas facta eſt, vt habetur Iohan. i.*

f Et erit tibi gau. *in mente interius.*

g Et exultatio. *exterius. Dicitur enim exultatio, quaſi extra ſaltatio. & hoc eſt proprie, quando gaudiũ eſt tantum interius, quod nõ poteſt bene cõtineri, qn appareat exterius.*

h Et multi in nati. e. ga. *ſcđm qđ dicitur. i. q in ortu eius congratulabantur vicini. Et nũc etiã videmus impletũ, q dies ſuæ natiuitatis non ſolũ feſtinatur ab oĩb. Chriſtianis, ſed etiam à Saracenis & aliquibus alijs.*

Mat. 11. i Erit enim mag. co. do. *Vnde dicit Saluator. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta,*

H k Vinũ & ſic. *i. quẽcũq; potũ inebriatiuũ.*

l Non bibet. *Erat. n. Nazarẹus. i. cõſecratus domino p totã vitã ſuã: & iõ ab oĩ inebriatiuo abſtinuit. ſicut Nazarei in veteri lege tpe ſeparationis ſuę, vt habetur Nu. vi.*

m Et ſpiritu ſan. re. *quantum ad purgationem originalis peccati, & ad operationem boni meritorij.*

n Et multos fi. Iſra. con. ad do. *i. ad Chriſtum p ſuam prædicationem.*

o Et ipſe præce. *Primo propter ſimilitudinem vitæ, qa vterq; vixit in auſteritate victus & veſtitus. Scđo, pp ſimilitudine in veritate doctrinę quia vterq; conſtanter vitia redarguit, etiam perſonarum magnarum. Tertio propter ſimilitudinem officij, quia ſicut Elias præcedet aduentum Chriſti ſecundum, ita Iohannes primum præceſſit.*

p Vt conuertat cor. pa. in fi. *ſ. patrum veteris Teſtamenti ad diſcipulos Chriſti, quia plures de ſacerdotib. & ſeniorib. Iudæorũ qui dicebantur patres populi, conuerſi fuerunt per apoſtolos ad fidem Chriſti.*

q Et incredulos. *ſ. illos qui prius fuerant increduli.*

r Ad pruden. iuſto. *quæ prudentia non conſiſtit in operibus legis, & quibus non iuſtificatur homo, vt habetur Roma. iij. ſed in operibus fidei charitate formatæ & deuotionis.*

s Parare Domino plebem. *Per euangelij ſuſceptionem, quia neminẽ ad pfectũ adduxerat lex, vt habetur Hebr. vij. c. & propter hoc illa lex dr̃ lex timoris, qa imperfectorũ eſt timore pœnæ retrahi à malis. Lex aũt euãgelica dicitur lex amoris: qa pfectorũ eſt retrahi à malis amore bõi.*

t Et dixit Zacharias. *Hic oſtẽditur cõceptio pcurſoris mirabilis ex punitione incredulitatis in patre: Et primo ponitur dicta punitio. ſecundo: ſequens conſolatio, ibi: Et factum eſt. Circa primum ſciendum, q Zacharias verbis angeli non credidit, quod oſtendunt verba eius, cum dicitur:*

u Vnde hoc ſciam? *Et cauſa incredulitatis ſubditur:*

¶ Ego ſum ſenex

MORALITER.

* b *Ne ti. Zac. quo. exa. eſt.* Et filius ei naſciturus nunciatur, i. de bono ſucceſſore aliquãdo certificatur, ſicut fuit beato Martino de ſucceſſore B. Bricti j, & B. Amatori de ſucceſſione beati Germani.

b *Et multi in natiuitate eius gaudebunt.* Magnum enim gaudium debet eſſe de boni paſtoris creatione, quæ eſt quædam natiuitas.

v *Vnde h. ſc.* Per hoc aũt, q dubitans factus eſt mutus, & fidẽ calamo cõfitens apertum eſt os eius, & loquebatur benedicens dñm, ſignificatur, q lingua dubitantis in fide facta eſt muta, qm̃ eius oratio non eſt Deo accepta, ſed hominis in fide firmi eſt Deo grata. ideo Iac. 1. dicitur, Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet eam à Deo: qui

* dat omnibus



quęrere ſignum, ſed cum angelus ſit, q promittit nõ decet du-
A bitare. Bed. Propter altitudinem promiſſorum dubitat, ſignũ inquirens, quomodo credere valeat, cui angeli viſio & allocutio pro ſigno ſufficere debuerat. Vnde tacendo merito diffidentiæ pœnam luit, cui eadem taciturnitas, & ſignum fidei quod quæſiuit, & infidelitatis eſſet pęna quam meruit.

† Ge. 18. b

Vbi ſup. a *Ante Deum.* Be. Cum ad nos veniũt angeli, ſic exterius implent miniſterium, vt tamen ante Deum interius per contẽplationem aſſiſtãt. Quia & ſi angelus eſt ſpiritus circũſcriptus, ſũmus ſpiritus qui Deus eſt, incircũſcriptus eſt, intra quẽ currit angelus quocũq; mouetur vel mittatur. Be. Alleg. Per Zachariam ſacerdotem, ſacerdotium Iudæorum. Per Eliſabeth, lex ſignatur, quæ ſacerdotũ doctrinis exercitata, quaſi virili auxilio ſpirituales filios Deo gignere debebat. Sed quaſi ſterilis erat: quia neminem ad pfectũ ducebat, nec ianuã cęli apiebat. Ambo erant iuſti quia lex bona, & mandatum iuſtum & ſanctum & ſacerdotium legale ſecundum diſpenſationẽ illius tpis, bonũ, ſanctũ & iuſtũ. Ambo proceſſerant in diebus ſuis, quia legalis deuotio tpe Moyſi quaſi ĩ adoleſcẽtia fuit & effloruit, ſed adueniẽte Chriſto iã incuruatur ad ſenium, cũ & ſacerdotij ordo per ambitiones & cõtẽtiones põtificũ cõfundiĩ, & ipſa lex p traditiones Phariſæorũ diſciſa minus habilis eſt ad generãdũ. ingrediĩ Zacharias tẽplũ, qa ſacerdotũ eſt intrare ĩ ſanctuariũ, & intelligere nouiſſima myſteriorum cęleſtiũ. Foris erat multitudo, qa dũ myſtica penetrare neqt, neceſſe eſt vt humiliter ĩtẽdat doctorũ monitis. Dũ altari Thymiama imponit, naſciturũ Iohãnẽ a-
B gnoſcit, qa dũ doctores altiori flãma diuinæ lectionis arderent, gr̃am Dei p Ieſum Xp̃m venturã, de interiori literã medulla quaſi đ vulua Eliſabeth prodituram reperiunt. Et hoc per angelum, quia lex per angelos ordinata in manu mediatoris. Non credens mutus fit, quia mutus eſt qui ſpiritualem ſenſum in litera nõ intelligit, & talis magiſter quaſi verbi & rationis expers populũ nõ docet, ſed quaſi tacitis nutibus innuit: qa nec rõnẽ attẽdit ſacrificiorũ, nec curat ſcire dicta pphetarũ. Muto pmanẽte Zacharia concipit Eliſabeth Iohãnem, quia licet pontifices & Phariſæi, nec ipſi intrent, nec auditores in interiora legis intrare permittant, interiora tamen legis ſacramentis Chriſti abundãt. Cõceptũ Eliſabet quinq; menſib. occultat: Siue qa Moyſes legiſer quinque libris myſteria Xp̃i pabolatim deſignat: Seu qa ipſa lex, Chriſti diſpenſationẽ in quinq; mũdi ętatib. p ſanctorũ facta vel dicta figurat. qa iõ et incarnatio Chriſti, vel ſexta ſeculi ætate futura, vel ad ĩpletionẽ legis erat p futura, recte ſexto mẽſe cõcepti Iohãnis Xp̃i incarnatio nunciaĩ.

b *Et ip. e. in.* Sine voce corporales actus indicare moliens nec exprimens voluntatem. Cui ſimilis populus Iudæorum, actuum ſuorum impotens reddere rationem.

Sacerdotalis caſtitas c *Vt im. ſ. & c. a. in d.* Quia vicis ſuæ tempore, pontifices templi tantum officiis mancipati non ſolum a complexu vxorum, ſed ẽt a domorũ ingreſſu abſtinebãt. Noſtris aũt ſacerdotib. quibus non carnalis ſucceſſio, ſed ſpiritualis pfectio quæriĩ, qui quotidie pręſto debẽt eſſe altari, perpetua caſtitas indiciĩ.

In Luc. d *Occul.* Amb. Occultat quia partus ſui erubeſcit ætatem, ne in ſenectute libidini vacaſſe videaĩ q̃ ẽt in iuuentute non dẽt exerceri niſi cauſa ſobolis. Et tamẽ lætatur carere opprobrio ſterilitatis, qa opprobriũ eſt mulierib. nõ hr̃e filios, nõ hr̃e pmia nuptiarũ. Propterea ipſæ nuptiæ celebrãtur, & coitus carnalis in tpe cõgruo gñationi excuſaĩ. Hinc daĩ intelligi, q iã nõ cõueniebãt inter ſe cõiugali cõcubitu, neq; enim ea q̃ ſenilẽ erubeſceret coitũ, erubeſceret partũ. Bed. Erubeſcit onus Vbi ſup. parentis q̃diu neſcit myſteriũ religionis, ſed q̃ occultat ſe, qa genuit filiũ, veniẽte beata Maria exultat, qa genuit prophetã. quæ ante erubeſcebat bñdicit, & quę dubitauerat firmatur & Vbi ſup. clamat: Ecce vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in &c. Am. Occultat ſe propter pudicitiã, vt probaret ſi verũ eſſet qđ cõceperat. *Mẽſibus quin.* Hoc eſt, quinq; milib ſeculi, ſiue quinq; libris Moyſi. *auferre oppro.* ſterilitatis, & conceptionis in ſenectute inter homines, quod non fuit opprobrium apud Deum. C

e *Quia ſic fecit* Be. Geſta ſunt hæc inquit Iohãnes Chryſoſtomus, mẽſe Septẽbri, octauo kalendas Octobris. Luna. xi. qñ celebrabatur ieiuniũ Scenophegiæ in ęquinoctio qñ incipit nox creſcere, quia ille cõcipiebaĩ q dixit: Me oportet minui, Iean. 3. d illum autem creſcere. Minorata enim fuerat lux a tenebris, cum ſecundum legem Deo ſacrificia offerrentur quę iã ceſſare debent cũ baptiſta cõcipiĩ. Et iõ pater eius mutus ſit, qa oportet ſacerdotalia ſacrificia ceſſare veniẽte ſacerdote q pp pc̃tis oĩm ſe offerret. In die ieiuniorum conceptio Iohannis prædicitur, quia per ipſum afflictio pęnitentiæ erat prædicanda.

f *In m. a. ſex.* Hier. Sicut ſexto menſe miſſus eſt Gabriel angelus à Deo in ciuitatem Galilææ, ita ſexto milienario miſſus eſt Chriſtus.

Gabriel.

---

† Ego enim ſum ſenex, & uxor mea a
proceſſit in diebus ſuis. Et reſpon- b
dens angelus dixit ei: Ego ſum Ga- c
*a Fortitudo Dei. b Alias aſſiſto.*
a briel qui aſtõ ante Deum, & miſſus d/e
ſum loqui ad te, & hæc tibi euange-
*a Bed. Dat ſignum quod rogatur vt qui diſcredendo loquutus eſt, iam tacendo credere diſcat.*
lizare. Et ecce eris tacens & non po- f
teris loqui, uſque in diem, quo hæc
fiant, pro eo quòd non credidiſti
uerbis meis, quæ implebuntur in
tempore ſuo. Et erat plebs expectans g
Zachariam, & mirabantur quod tar- h
daret ipſe in templo. Egreſſus autem
*Per hoc ſ.*
non poterat loqui ad illos. Et co- i
gnouerunt quòd uiſionem uidiſſet
b in templo. Et ipſe erat innuens illis, k
& permanſit mutus. Et factum eſt, l
c ut impleti ſunt dies † officij eius,
abijt in domum ſuam. Poſt hos au-
*Officij, Zachariæ.*
tem dies concepit Eliſabeth uxor e- m
d ius: & occultabat ſe mẽſibus quinq;
e dicens: Quia ſic fecit mihi dominus
*Iſtis.*
in diebus quibus reſpexit auferre
*Quod non opprobrium domini.*
f opprobriũ meum inter homines. In n
*Viceſimo quinto die marcij dominus cõceptus eſt & paſſus.*
menſe autẽ ſexto miſſus eſt angelus o

† miniſterij

NIC. DE LYRA.

¶ a Ego e. ſum ſe. &c. *q. d. tempus generandi in me tranſijt, & in ea tempus cõcipiẽdi.*

b Et re. an. *Arguendo eius incredulitatem.*

c Ego. ſum Ga. *angelus ſanctus zelans pro ſalute Iſrael, vt habetur Dan. ix. d.*

d Qui aſto. a. d. *Licet enim angeli mittantur in myniſterium pro ſalute hominum, vt habetur Heb. 1. tamen non recedunt à contemplatione diuina: & ſic dicuntur Deo aſtare per iugem contemplationem.*

e Et miſſus ſum lo. &c. *Ex parte Dei cuius veritas non poteſt impediri.*

f Et ec. eris ta. *pp incredulitatẽ tuã: Tũ qa angelus dedit ſibi ſignũ reſpũ futuri implendi, & pœnã rõne incredulitatis pteritæ. Tot. n. ſigna veritatis cõcurrebant q Zacharias nõ potuit diſcredere abſq; peccato, qa angelus apparuit ei in ſacro loco, & exiſtenti in miniſterio diuino, nũciabat etiam ea q̃ pertinebant ad omnium hominum ſalutem & ad*
D *Dei gloriam: ex quibus debebat Zachariæ cõſtare, q erat bonus angelus, & p cõſequẽs q erat verũ dictũ eius, cũ mentiri non poſſit: & in hoc peccauit Zacharias, quia credẽs ipſum bonum angelum ex prædictis circũſtantijs (quibus concurrentib. non permittitur angelo Sathanæ vt transfiguret ſe in angelum lucis) & tamẽ nõ credidit verbo eius, & in hoc peccauit: pp qđ punitus fuit.* 2. Cor. 11.

g Et erat p. ex. *quia non erat eis licitum intrare tẽplũ: ſed atriũ tantũ.*

h Et mi. q tar. *quia oblatio incenſi non requirebat tantum tempus.*

i Et co. *Tamen neſciebant qualem. Ex hoc enim quod videbant faciem eius mirabiliter mutatam ex collocutione cum angelo, & ipſum loqui non potentem, coniecturabant ipſum habuiſſe viſionem.*

k Et ip. e in. il. *ſ. ſignis viſibilibus, quia audibilibus non poterat.*

l Et factum eſt. *Hic conſequenter ponitur Zachariæ conſolatio, non q̃tum ad loquelæ reſtitutionẽ, ſed q̃tũ ad filij ſibi promiſſi cõceptionem, cũ dicitur:* Et factum eſt, ut imple. ſunt di. of. e. abijt in do. ſuam: *quia tota hebdomada, qua in templo miniſtrabat ſacerdos ad hoc deputatus, in templo manebat, & non exibat ad propria negocia intentus ad diuina. Et ex hoc inoleuit conſuetudo apud aliquos religioſos ſancta & honeſta ſ. quod ille qui eſt hebdomadarius per totam hebdomadam manet intra clauſtrum, non exiens ad exteriora negocia, intentus ad diuina, quia illo tempore medius eſt, & ſequeſter inter conuentum & Deum.*

m Con. Eli. &c. & oc. *Duplici de cauſa. Vna, quia licet de cõcepta prole gauderet, tamẽ verecũdabatur aliq̃tulũ eo q iã tranſierat tp̃s vacãdi amplexib. cauſa prolis generandę: ſicut Sarra dixit: Poſtq̃ cõſenui & dominus meus vetulus eſt, voluptati operã dabo? q. d. non decet. Alia cauſa eſt, quia magis voluit certificari de aductu rei antequam propalaret.* Gen. 18. b

n In m. au. ſex. *Deſcripto cõceptu pcurſoris, hic cõſequẽter deſcribitur cõceptus Saluatoris. Circa qđ priò ponitur angelica ſalutatio. Scđo Mariæ cõſolatio, ibi: Quę cũ audis. Tertio, filij cõceptio, ibi: Dixit aũt Maria. Circa primũ pmittiĩ tp̃s ſalutatiõis, cũ dr̃:* In m. a. ſ. ſ. *à cõceptu pcurſoris quia fuit cõceptus ĩ Septẽbri circa finẽ mẽſis: Saluator aũt circa fi. Martij.* Diuiſio

o Miſſ. eſt an. Ga. *Quod autem hic ponuntur tot nomina propria. ſ. angeli miſſi, virginis, ad quam mittebatur, ſponſi ſui, & loci: hoc fuit ad oſtendendum certitudinem hyſtoriæ.*

¶ Cui nomen

MORALITER.

* dat omnibus affluenter, poſtulet autem in fide nihil hæſitans qui enim hęſitat ſimilis eſt fluctui maris &c. Sequitur: Non ergo æſtimet homo ille quod accipiat aliquid a domino.

n *In menſe autem &c.* Hiero. Et bene angelus ad virginem mittitur, quia ſemper eſt angelis cognata virginitas.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

*a Gabriel.* Be. Ideo angeli ex noīe aliquando ſignantur, ut ex ipſo nomine quid miniſtraturi veniant, demonſtretur. Gabriel fortitudo Dei, quia illum nunciat qui ad debellandum diabolum veniebat.

In Luc. cūā ge. c. i. li. 1. c. 3 to. 5. Ibidem.

*b Ad uirginem.* Mulier à diabolo ſeducta mortem intulit: Cōtra mulier ab angelo edocta ſalutem edidir. Be. De deſponſata voluit naſci, vt per Ioſeph texeretur ordo generationis, & ne quaſi adultera lapidaretur In quo & impudicis virginibus occaſio tollitur, ne dicant matrem domini fuiſſe infamatam. Et virgo ſolatium viri, & teſtem virginitatis haberet, & vt diabolus myſterium ignoraret. Fides etiam Mariæ verbis maior aſcribitur, & mendacij cauſa remouetur. Videtur enim culpam obumbraſſe uoluiſſe mendacio innupta virgo. Maluit dominus aliquos de ſuo ortu quā de matris pudore dubitare. Sciebat enim lubricam famam pudoris, nec voluit ortus ſui fidem matris iniurijs aſtruere. Amb. Myſtice. Maria deſponſata, ſed virgo: typus eſt eccleſiæ, quæ eſt immaculata, ſed nupta. Concipit nos de ſpiritu virgo, parit nos ſine gemitu virgo. Et ideo fortaſſe Maria alij nupta, ab alio repleta, quia ſingulæ eccleſiæ ſpiritu quidem replentur: tamen ad ſpeciem temporalis ſacerdotis.

Quare Maria deſponſata uiro. † repleta † inter mulieres Myſtice. In Luc. lib. 2. c. 7. to. 5. † vidiſſet. † Iſaie. 7. c

*c Aue gra.* Gregorius, Vere gratia plena, quæ prima inter fœminas uirginitatis glorioſum munus Deo obtulit, quæ etiam ideo angelico viſu & alloquio meruit perfrui, quę gratiæ totius autororem mundo edidit.

*d Dominus tecum.* quam nouo caſtitatis amore ad cæleſtia ſuſtulit, & poſt mediante humana natura, omni plenitudine diuinitatis conſecrauit.

*e Benedicta tu in mulieribus.* Quæ ſine exemplo muliebris conditionis & virgo & mater eſt, & Deum genuit.

Mulieris uerecundia. F ubi ſup.

*f Turba. &c.* Quia neſciebat ſi præteritum an futurum eſſet, quod angelus dixit Be. Trepidare virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, & omnes affatus vereri. Hinc diſcāt mulieres propoſitum pudoris imitari. Solam ſine comite angelus repperit, ne quo genere de hominis deprauaretur affatu.

Lo. ſup. citatis. 3.

*g Qualis eſſet.* Ambroſius. Ex verecundia pauet, ex prudentia nouam benedictionis formulam miratur. Erubuit Eliſabet de culpa, Maria de verecundia. In muliere enim modus adhibetur, in virgine gratia pudoris augetur.

Quare gratiæ plena.

*h Et ait angelus ei: Ne timeas Mari.* Turbatam inſolita ſalutatio ne quaſi familiarius notam vocat ex nomine. Ne timeat iubet, & quare gratia plenam vocauerit, plenius explicat

*Ieſum.*

Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, † ad uirginem deſponſatam uiro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen uirginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue gratia † plena, dominus tecum, benedicta tu † in mulieribus. Quę cum † audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. † Ecce concipies in

a ¶ Quia Nazareus .i. ſanctus ſanctorum nunciabatur futurus.

a ¶ Ioſeph, ſaluator, quia ſaluauit Ægyptum a fame, ſic iſte Mariam ab infamia. b ¶ Non ſolum ad Ioſeph, ſed ad Mariam hoc referendum eſt.

a ¶ Bed. Maria maris ſtella vel domina, quæ lucem fluctuantibus in ſeculo genuit, & dominum totius mundi.

a ¶ More humanæ fragilitatis, de angelica viſione & de inſolita ſalutatione.

a ¶ Hic verum hominem de ſubſtantia maternæ carnis angelus aſſerit.

## NICOLAVS DE LYRA.

Iſaia. 11. a

¶ a Cui no. Na. *Hoc fuit vt adimpleretur prophetia vbi dicitur: Egredietur verga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Vbi ſecundum veritatem Hebraicam habetur: Et Nazareus de radice eius aſcendet.*

Cauſa quare Maria uirgo deſpōſatur uiro. Lib. 2. ca. 1. tom. 5. Ibidem, paulo ſup. Ibidem, paulo inf. Ibidem.

b Ad uirgi. de. *Et hoc diuina ordinatione multiplici ratione factum eſt, vt deſponſaretur antequam impregnaretur. Et accipiuntur aliquæ cauſæ ex parte pueri, aliquæ ex parte matris, & aliquæ ex parte noſtra. Ex parte autem pueri fuit conueniens ipſum de virgine deſponſata naſci, ne ab infidelibus tanquam illegitime natus abijceretur. vnde dicit Amb. ſuper Lucam. Quid Herodi, quid Iudęis poſſet aſcribi, ſinatum ex adulterio viderentur perſequi? Secundo, vt modo conſueto ſcripturarum genealogia Chriſti deſcriberetur per virum. Tertio, vt partus virginis diabolo celaretur. Quarto, vt puer natus à Ioſeph nutriretur. vnde & pater eius dictus eſt, quia nutritius eius fuit. Ex parte vero matris accipiuntur aliquæ cauſæ. Primo: quia per deſponſationem fuit immunis à pœna lapidationis, ne tanquam adultera calumniaretur à Iudæis. Secundo, vt per hoc ab infamia liberaretur. vnde dicit Ambroſius ſuper Lucam, quod deſponſata eſt, ne temerata virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur inſigne præferre. Tertio, vt virgini à Ioſeph exhiberetur miniſterium, vt dicit Hieronymus. Item ex parte noſtra accipiuntur quinque cauſæ Primò, quia ex teſtimonio Ioſeph comprobatum eſt certius Chriſtum ex virgine natum. vnde dicit Ambroſius ſuper Lucam. Locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum. Secundo, quia per hoc verba virginis virginitatem ſuam aſſerentis magis credibilia redduntur. vnde dicit Ambroſius ſuper Lucam. Fides Mariæ verbis magis aſcribitur, & mendacij cauſa remouetur. culpam enim obumbrare voluiſſe mendacio videretur innupta prægnans. Cauſam autem mentiendi deſponſata non habuit, cum coniugij premium & gratia nuptiarum partus ſit fœminarum, quæ quidem duo pertinet ad noſtræ fidei firmitatem. Tertio, vt tolleretur excuſatio virginibus quæ propter incautelam ſuam incurrunt infamiam. Vnde Amb. ſuper Lucam. Non docuit virginibus ſiniſtra opinione uiuentibus velamen excuſationis relinqui, quod infamata quoque mater domini videretur. Quarto, per hoc deſignatur eccleſia, quæ cum ſit virgo, deſponſata tamen eſt vni viro, vt dicit Aug. libro de ſancta virginitate. Quinto, quia eo quod mater domini fuit deſponſata & virgo, in perſona ipſius ſimul virginitas & matrimonium honorantur contra hæreticos alteri iſtorum detrahentes.*

G ubi ſup. Cap. 11. † Matt. 1.

c De domo Da. *Hoc exprimitur ad oſtendendum, quod Chriſtus deſcendit de ſemine Dauid, ſicut fuerat per prophetas prædictum. Licet enim Ioſeph non fuerit pater Saluatoris, tamen uirgo Maria de qua Chriſtus carnem aſſumpſit, fuit de eadē tribu cum Ioſeph. Quod probatur per hoc quod mulieres in hæreditate paterna ſuccedentes non poterant contrahere matrimonium niſi cum viris ſuæ tribus, ne fieret confuſio ſortium, ut habetur ex domini ſententia. Nu. xxxvi. Beata uirgo Maria fuit vnica Ioachim patri ſuo, ſuccedens ei in hæreditate. Ex quo ſequitur, quod ipſa & Ioſeph, cui deſponſata fuit, erant de eadem tribu. ſ. Dauid.*

e Et ingreſſus ang. ad eam. *Bernardus ſuper Miſſus eſt, dicit quod ingreſſus eſt in ſecreto cubiculo, vbi clauſo ſuper ſe oſtio orabat patrem in abſcondito. Si enim conceptio præcurſoris, fuit denunciata patri occupato in ſacro officio, vt pdictū eſt, multo probabilius eſt q cōceptio Saluatoris denunciata fuit virgini in deuotione & orationi actualiter exiſtenti.*

f Aue gra. ple. *Quod exponit Hiero. in ſermone de aſſumptione: & bene plena: quia cæteris per partes præſtatur gratia: Mariæ uero tota ſimul ſe infudit plenitudo gratiæ. Itē iſta gratia nō ſolū implenit eius mētē, ſed ēt vētrē, i. qtū ſingulari gratia Dei factū ē, vt cōciperet Saluatorē.*

g Dominus te. *Nō. n. per eſſentiā, potentiā, & præſentiā. qualiter eſt in oīb. reb. Nec ſolū p gratiā, eo mō quo eſt in ſctīs hoīb. ſed ēt p carnis aſſumptionē: quia corpus diuinitati vnitū, fuit formatū de beatæ virginis puriſſimis ſanguinib. & intra viſcera virginis latuit nouē mēſibus.*

H

h Benedicta tu in mu. *i. præ omnibus mulieribus. i. omnes mulieres benedicentur in te, ſicut & viri in filio.*

i Quæ cum. *Hic conſequenter ponitur virginis conſolatio de duobus. primo, de conceptione filij. Secundo, de modo concipiendi, ibi: Dixit aūt Maria ad ange. Circa primum ſciendum, q beata virgo ſolita erat uidere angelos: & ideo de apparitione angeli non fuit admirata & turbata, ſed de ſalutatione inſolita: quia nihil mirabilius eſt vere humili quàm ſua exaltatio. & iō cū beata virgo eſſet humillima, audiens ſalutationē tantæ excellentiæ turbata fuit non turbatione incredulitatis, ſicut Zacharias vt ſupra dictū eſt, ſed turbatione admirationis. Iō bene dicitur:*

k Turbata eſt in ſer. eius. *ſ. angeli, non autem in uiſione.*

l Et cogita. *Quod enim turbata fuit, virginalem verecundiam humilem oſtendit. Quod autem cogitauit de iſta ſolutione, declarat prudentiam maximam Mariæ, & ideo angelus eam conſolatur dicens:*

m Ne timeas Maria. *de ſalutatione inſolita. Cuius cauſa ſubditur:*

n Inueniſti enim. *Non ſolum pro te, ſed pro toto humano genere. Ideo ſubditur:*

o Ecce concipies in utero. *quia hac conceptio non eſt facta per apertionem clauſtri virginalis, ſed per virtutem ſpirituſſancti intra vterum virginis corpus filij formantis.*

¶ Et paries

## MORALITER.

✠ d *Et nomen virginis Ma.* Quæ interpʀtatur maris ſtella. Ber. O q q ſte intelligi in huius ſeculi p fluuio inter turbines & procellas magis fluctuare q̄ ſuper terrā ambulare, reſpice ſtellā, uoca Mariā.

c *Et i. a. ad e.* Ber. Quo ingreſſus. In ſecreto cubiculo, ubi orabat patrē in abſcōdito. Itē Ambro. Diſce virginē morib. q̄ ſola in intimis penetralibus, quam nemo uirorum uidet, ſolus angelus reperiret.

f *Aue gratia plena.* Hiero. Et bene plena, quia cæteris per partes pſtatur gratia. Mariæ uero ſimul totā ſe infudit plenitudo gratiæ.

i *Quæ cum audiſ. tur. eſt.* Quod turbata, fuit virginalis fuit uerecundiæ: Quod non perturbata, cōſtantiæ, Quod cogitauit qualis eſſet iſta ſalutatio, prudentiæ. Vnde canit eccleſia: Virgo prudentiſſima quo progrederis, quaſi aurora valde rutilans, &c.

m *Ne timeas Mar.* Ber. Solent virgines (quæ vere virgines) ſemper eſſe pauidæ & nunquam ſecuræ & ut timenda caueant, etiam tuta pertimeſcere. Dicitur enim, quod Thamar cum fratre ſuo credens eſſe ſecura, fuit ab eodem uiolenter deſlorata.

o *Ecce cō. in vte.* Iā. n. eū p fidem & deuotionem conceperat in corde ſuo. Et hoc mō debemus eū cōcipere p fidem & deuotionem,

✠ & parere per



A

*a Ieſum.* Ieſus Saluator, ſiue ſalutaris dr̄. Ipſe. n. ſaluum faciet, nō populum Iſrael, ſed ſuum populū, ſiue ex præputio, ſiue ex circunciſione, in vnum ouile ſub vno paſtore congregatum.

In Luc. cuā ge. c. 1. lib. 1. c. 3. to. 5. Ibidem.

*b Hic erit ma.* Be. Ambro. Non q ante partum virginis magnus non fuerit, ſed quia potentiā quam filius Dei naturaliter habet, homo ex tpe erat accepturus, vt vna ſit perſona, homo eſt Deus. Be. Iohannes, magnus vt homo coram Domino. Hic magnus, vt Deus & Dei filius. Iohannes magnus merito abſtinentię, quia vinum & ſiceram non bibit: hic magnus potentia naturæ, quia cum peccatoribus comedit.

Ibidem. † Mich. 4.

*c Sedem.* Be. i. Iſraeliticam plebem, cui Dauid & filij eius tēporalis regni gubernacula præbuerunt. Huius regnū ſpirituale datum eſt Chriſto, quando diſpoſitū eſt a Deo, vt de ſemine Dauid incarnaretur, qui illam gentem in perpetuum vocaret regnum. Et non ſolum in vna gente Iudæorum, ſed regnabit in domo Iacob in æternū: hoc eſt, in tota eccleſia, quæ per fidem & confeſſionem Chriſti ad patriarcharum pertinet ſortem. Siue in illis q de patriarcharum ſorte nati: Siue in his qui de oleaſtro inciſi in oliuam bonam ſunt inſerti.

Rom. 11. c † Iſa. 6. d In Luc. lib. 2. c. 1. tit. 4 tom. 5. Gen. 18. d † Lu. 24. b

*d Quomodo fiet.* Ambro. Cum Sara riſit de promiſſione Dei, & Maria dixit: *Qūo fiet iſtud, quo. vi. non co.* Cur non fuerunt mutæ, ſicut Zacharias? Sed Sara & Maria non dubitant faciendum qd̄ promittitur, ſed modum requirunt. Zacharias qui negat, ſcire negat ſeſe credere, & alium autorem ſuæ fidei quærit: & ideo accepit ſignum tacendi: quia ſigna non fidelibus, ſed infidelibu dantur. Be. Legerat Maria virginē parituram, non dubitabat. ſciebat. n. quia impleri oportebat, quod ab angelo nunciabatur. Sed quia qūo fieret non legerat, nec ab angelo audierat, quo ordine impleri debeat reqrit, quia hoc myſteriū à ſeculis abſconditū, a prophetis non prædictū, ab angelo eſt reſeruatū.

ubi ſup. B

*e Spirituſſanctus.* Spiritus ſuperueniens in virginem, & mentē illius à ſorde vitiorū caſtificauit, vt cęleſti eſſet digna partu: et in vtero eius, redemptoris corpus ſua operatione, non virili ſemine, creauit de carne virginis. Vnde etiam idem ſpiritus nominatur altiſſimi. *Spiri.* Nomen eſt omnis gratiæ, quæ à Deo inſpiratur. *Virtus altiſſimi obum. tibi.* Abſcondite in Aegyptū fugiendo. Vel, *Virtus al. obum. tibi.* Poteſt vtraq; Saluatoris natura intelligi, quia vmbra a lumine & corpore obiecto ſolet formari. Et virgo ſicut purus homo plenitudinem diuinitatis capere nequibat, ſed virtus altiſſimi obumbrat, dum incorporea lux diuinitatis, corpus ſuſcepit humanitatis, vt ſic poſſet Deum pati.

*f Sanctum.* Ieſus naſcitur ſanctus, qui conditionem naturæ corruptibilis vinceret, & commixtione copulæ carnalis conceptus nō eſt. Nos conditione corruptibilis naturæ cōſtricti, p gratiā poſſumus ſanctificari. Et cōgruit, vt q̄ cōtra morē virgo cōcepit, ſupra morē humanę conſuetudinis Dei filiū generet.

Vbi ſup.

*g Et ec. Be.* Ne virgo deſperet de partu, accipit exemplum ſterilis anus pariturae, vt diſcat omnia Deo poſſibilia, quæ ordini naturæ videntur contraria. Vel, non quaſi incredulam exēplis hortatur ad fidem, ſed credenti, quæ audierat ampliora replicat myſteria, vt quæ Deum virgo erat paritura, præcurſorem quoq; de anu ſterili naſciturum cognoſceret.

ubi ſup.

*h Cognata tua.* Quia de tribu Leui i. de tribu Dei. *Be.* Legimus, q Aaron qui de tribu Leui erat, accepit vxorem de tribu Iuda

Eliſabeth,

utero, & paries filium, & vocabis nomē eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus ſedē Dauid patris eius, † & regnabit † in domo Iacob in æternum: & regni eius nō erit finis. Dixit autē Maria ad angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniā virum non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei: Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. † Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctū, vocabit filius Dei: Et ecce Eliſabeth cognata tua: &

¶ Hic verum Deum de Deo patre.

a ¶ In præſenti vita corda inhabitans, regnabit in futuro exilio ad gloriam vocans.

¶ Beda. Iſaias: Et pacis ejus non erit finis. ¶ In ſecula ſeculorum laudabunt te.

a ¶ Am. Liquet, quod faciendum credit, quod quomodo fiet quærit.

a ¶ Vt concipiam & pariam, quæ in virginitate permanere diſpoſui.

b ¶ Ecce tangit quod ipſa vouerat caſtitatem.

a ¶ Contra omnia incentiua vitiorum. ¶ Dabit tibi vmbram contra omnem tribulationem.

a ¶ Quia non per virilem coitum.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et paries fi. *virgo permanens in partu, ſicut & in conceptu.*

Iſai. 62. a

b Et vocabis nomen eius Ieſum. *Non dicit impones, quia hoc nomen fuit impoſitum à Deo patre, ſecundum quod fuerat prædictum: Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Sed iſtud nomen fuit diuulgatum per angelum ipſi Mariæ & Ioſeph, & per eos alijs. Nomen etiam impoſitum eſt ſecundum proprietatem futuram: quia ſalus humani generis futura erat per Ieſum. Et hoc eſt quod dixit angelus ipſi Ioſeph. Vocabis nomen eius Ieſum; ipſe. n. ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ieſus enim ſalus interpretatur.*

Ma. 1. d

c Hic erit ma. *Semper. n. fuit magnus Deus. ſed futurus erat magnus homo, & magnus propheta, ſecundum quod dicitur. Propheta magnus ſurrexit in nobis.*

Et

Luc. 7. c C

d Et filius altiſſimi uocabitur. *id eſt ipſius Dei, qui ſolus eſt altiſſimus: homo. n. altus eſt inter creaturas corporales, ſed angelus altior. Deus autem ſolus altiſſimus. Iſta etiam filiatio Dei accipitur hic per naturam, in omnibus autem alijs quantumcunq; ſanctis eſt tantum filiatio Dei per adoptionem.*

Hiere. 22. g † ſuper domum. Ioan. 18. g Mat. 28. d

e Et dabit illi Do. Deus ſe. Da. *Cōtrarium videtur per hoc quod habetur de Iechonia rege Iuda: Scribam uirum iſtum ſterilem, nec erit de ſemine eius qui ſedeat ſuper thronum Dauid. Beata autem virgo Maria, de qua natus eſt Ieſus, deſcendit de Iechonia, vt patet Matth. 1. quia ponitur in Chriſti genealogia. Dicendum, quod Ieremias loquitur de regno temporali ipſius Dauid in quo nullus poſtea regnauit de ſemine Iechoniæ: quia Iohannes Hircha & aliqui alij qui reſumpſerunt regium nomen in Iudæa ante Herodem Aſcalonitam, non fuerunt de tribu regia, ſed de tribu ſacerdotali: Chriſtus etiam qui deſcendit de Iechonia ſecundū carnem p virginem Mariam non ſedit ſuper thronum Dauid loquendo de temporali regno, immo iſtud negauit coram Pilato, dicens: Regnum meum non eſt de hoc mundo. tamen in reſurrectione ſua accepit poteſtatem etiam inquantum homo ſuper omnem creaturam, ſecundum quod ipſe dicit. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Inquantum. n. Deus non accepit aliquam poteſtatem de nouo ſiue in tempore. Angelus autem hic loquitur de regno ſpirituali & cæleſti, quod figuratum fuit per regnum Dauid temporale, ſicut & cæleſtis Ieruſalem per temporalem. vnde & ſubditur:*

f Et regnabit in domo Iacob in æternū. *id eſt ſuper electos: De domo enim Abraham, & Iſaac aliqui fuerunt reprobati, ſicut Iſmael & Eſau: ſed in domo Iacob omnes eius filij à ſanctis doctoribus inter electos ſunt computati: quia & ſi aliqui peccauerunt, pœnitentiam egerunt.*

g Et regni eius non erit finis. *Chriſtus enim non ſolum inquantum Deus, ſed etiam inquantum homo regnabit in ęternum, non ſolum ſuper homines, ſed etiam ſuper angelos.*

D

h Dixit au. Ma. ad a. *Hic conſequenter ponitur cōſolatio Marię quātū ad modū concipiendi: licet. n. crederet firmiter verbum angeli implendū de conceptione filij promiſſi, quia tamē angelus ad plenum non expreſſerat modum concipiendi, ideo de hoc quæſiuit Beata virgo dicens:*

i Qūo f. i. *Tanq̄. n. certa de facto, q̄rit de mō fiēdi. Cuius cauſa ſubditur:*

k Quo. ui. non co. *i. non cognoſcere propono. Secundum. n. q dicunt doctores catholici, Beata virgo antequam deſponſaretur Ioſeph, habuit obſeruantiam caſtitatis virginalis in deſiderio: non tamen ſic vouit expreſſe: ſed cum poſtea Deo ordinante eſſet ei deſponſata, qui erat in ſimili propoſito, ſimul emiſerunt votum.*

l Et reſpondens ang. *Ad declarandum modum concipiendi.*

Duæ opiniones quæ catholicæ tenentur.

m Dixit ei: Spir. ſu. in te. *i. non cōcipies humano modo, ſed diuino, quia non virtute ſeminis virilis, ſed virtute ſpirituſſancti. Et bene dixit.* ſup. in te. *quia prius venerat ſpūſanctus ſuper virginem adhuc in vtero matris exiſtentem eam ab originali purgando, vt cōiter dicitur: Vel ſecundū alios, vt cōiter etiā dicitur a peccato originali præſeruando. Sed in conceptione filij Dei ſuperuenit ſpūſſanctus. i. iterū venit ad cōferendum maiorē gratiæ plenitudinē, quę nō ſolū ſanctificauit mētē, ſed etiam ventrem.*

n Et vir. alt. *id eſt Dei filius, qui eſt Dei patris ſapientia & virtus, vt dicitur. 1. ad Corin. 1.*

o Obum. t. *qa in Beata virgine ſub vmbra carnis latuit virtus deitatis.*

p Ideoq; & quod na. &c. *Dicit ſanctum, abſolutè, abſq; determinatione: quia ſi dixiſſet ſanctus Deus vel ſanctus homo vel aliquid conſimile, non expreſſiſſet ſanctitatem eius complete: quia in eo eſt ſanctitas diuina & humana, & quicquid ſanctitatis poteſt cogitari in quacunq; creatura, eminentius eſt in Chriſto: ideo dicit ſanctum abſq; determinatione: Sicut etiam Dominus dixit Moyſi. Ego ſum qui ſum: ſic dices filijs Iſrael: Qui eſt miſit me ad vos: vt per hoc oſtenderetur q plenitudo eſſendi, immo infinitas eſt propria ipſius Dei.*

Exo. 3. d

q Voca. fi. Dei. *Nō adoptiuus ſicut alij, ſed naturalis. Et ad maiorē aſſertionem declarat angelus dictum ſuum per exemplum, cum ſubditur:*

r Et ec. Eli. co. &c. con. inſ. *Vt qui ſupra naturam conceptum dederat ſterili, daturus crederetur & virgini.*

¶ Et hic

## MORALITER.

✠ & parere per ſanctam operationem.

f *Et re. in d. Ia.* qui interpretatur ſupplantator. In illis. n. qui ſupplātant paſſiones inordinatas & vitia, regnat Chriſtus. In illis autem qui ſupplantantur ab eis, diabolus.

m *Spirituſſ. &c.* prius. n. in eam venerat in ſua ſanctificatione, & ſuperuenit in filij conceptione.

r *Et ec. El. &c.* q̄ ſenex erat & ſterilis: & tū ex Dei dono cōcepit &

✠ peperit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eliſabeth, ſororem Naaſon. Et in poſteris Dauid legimus, ꝙ Ioiada pontifex vxorem habuit de tribu regali Ioſabeth filiã Ioram: vnde vtreq; tribus regalis & ſacerdotalis erant coniunctæ, Hic Maria & Eliſabeth cognatę Et congruit, vt de vtraq; tribu mediator naſcatur, qui regnat in æternum: & eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Et conuenit vt cum altera de ſpiritu conceperit, altera ſpiritu repleta prophetauerit: Secundũ carnem quoq; videantur fuiſſe cognatæ, quæ ſecundum Deum ſpiritualis cognationis conſortio non carebant.

1. Pa. 22. d. Pſal. 109. a

*a Ecce anc.do.* Nõ de ſingularitate meriti ſe extollit, ſed ſuæ conditionis & diuinæ dignationis per omnia memor, ſe ancillam illius eſſe fatetur, cuius mater eligitur, & cum magna deuotione promiſſionem angeli optat impleri.

*b Et di.* Bed. Accepto virginis conſenſu, cœleſtia petit angelus, quem virgo ſequitur, quæ in mõtana progreditur: ſic anima, quæ verbum Dei concepit, virtutum cacumina greſſu amoris cõſcendit, vt ciuitate Iuda. i. confeſſionis & laudis arcem penetret, & vſq; ad ꝑfectionẽ fidei, ſpei, & charitatis, quaſi tribus menſibus in ea commoretur.

*c Exurgens. Ambro.* Non incredula de oraculo, non incerta de nuncio, non dubitans de exemplo ſed lęta pro voto, religioſa pro officio, feſtina ꝑ gaudio, viſitat Eliſabeth, & eandem humilitatem quam angelo exibuit, hominibus quoq; exhibere curat. Et hoc etiã minoribus ſupior vt minor adiuuetur vnde cito beneficia aduentus Mariæ & dominicæ præſentiæ declarantur dum ſubditur: *Et fa.eſt, vt au.*

*d Et intra.* Hinc diſcant ſanctæ mulieres, quam ſedulitatem prægnantibus debeant exhibere cognatis. (†in mulieribus)

ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis, quia non erit impoſſibile apud Deũ omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbũ tuum. Et diſceſſit angelus ab illa. Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in mõtana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, †exultauit infans in utero eius. Et repleta eſt ſpirituſancto Elizabeth, et exclamauit voce magna, et dixit: Benedicta tu †inter mulieres, & benedictus

Interlinear: a ¶Martius. ¶A conceptione. a ¶Ecce prompta obedientia. ¶Vt dicitur: Filius ancillæ tuæ. ¶Fiat ſine virili ſemine conceptus in virgine. a ¶Non retardat aſperitas itineris. b ¶Non gaudet diu in publico videri. a ¶Vt grandæux prægnanti innocula deſeruiret. a ¶Quaſi congratulans de dono quod eam accepiſſe didicerat. a ¶Quia ſenſerat aduentum Domini. a ¶Non tam clamoſe quàm deuota. b ¶Quia magna dona Dei cognouit. c ¶Prophetant matres ſpiritu paruulorum. d ¶Non ſolum inter mulieres benedicta, ſed inter benedictas maiori benedictione inſignis. a ¶Non ſicut alij homines benedicti, ſed ſicut Apoſtolus ait, Qui ſuper omnia Deus benedictus in ſecula & per quem benedictio venit alijs.

G *eſt inſpiratio matris, ibi: Et repleta eſt. Tertium, decantatio virginis, ibi: Et ait Maria: Mirabilis autem exultatio pueri naſcituri fuit propter præſentiam Domini ſui in vtero virginali, & ideo præmittitur aduentus Mariæ, cum dicitur:*

h Exurgens au.Ma. *A quiete deuotionis & orationis quæ erat præuia omnibus operibus ſuis.*

k Abijt in m. *Quia locus vbi manebat Zacharias erat altior Galilæa, à qua receſſit Maria.*

l Cum fe. *Vt oſtẽderet, ꝙ virgo nõ dẽt morari in loco publico, nec ibi contrahere colloqa.*

n Et ſal.Eli. *Tum quia erat humilima: tum quia erat iunior. & ideo prius eam ſalutauit, & quia ad eius obſequium venerat.*

o Et fac.eſt &c.exul.in. *Cõgaudens ad præſentiam Domini. Hoc autem duobus modis potuit fieri ſcdm ꝙ dicit Aug. Vno modo ſic, ꝙ Ioannes nondum natus cognoſceret per ſpiritumſanctum dominum præſentem in vtero virginis: & ſecundum hoc oportet dicere, ꝙ in eo fuit acceleratus vſus rationis. Alio mõ ſic, ꝙ Iohannes non cognoſceret præſentiam Saluatoris, ſed mater eius quæ habebat vſũ rationis. Illa tamẽ motio pueri & exultatio facta à Deo ad declarationẽ ſanctitatis virginis & prolis in ea exiſtentis, ſicut de beato Franciſco legitur, ꝙ aues rõne carẽtes ꝑdicationem eius attẽtè audiebãt ac ſi verba eius intelligerent: Quod factum eſt à Deo ad approbationem ꝑdicationis viri ſancti. Neutrum tamẽ modũ determinate aſſerit Aug. ſed dicit, ꝙ ſiue hoc modo ſiue illo facta fuerit dicta exultatio, attribuẽda tamẽ eſt diuino miraculo. Et hoc ſatis patet, quia non poterat fieri per naturam. Aliqui autẽ alij expoſitores dicunt determinate, ꝙ facta fuit dicta exultatio primo modo. Vnde dicit Græcus expoſitor: Propheta parente acutius videt, & audit ſalutatã; prophetatum. Et ſubditur ibidem: Et inſinuauit gratia, quæ naturæ ignota extiterant: recluſus ventre miles agnouit Dominum ac regem oriturum, vẽtris tegmine non obſtante myſticè viſioni, inſpexit enim non palpebris, ſed ſpiritu.* H (†ſubſiliuit)

F

*e Et ſa.Eliſ.* Be. Prior ſalutat, quia decet vt quanto caſtior, tanto humilior ſit.

*f Vt au.ſa. &c.* Be. Ambr. Ordine naturæ prior Eliſabeth audit vocem, ſed ratione myſterij prior Ioannes exultat, quia prior ſentit gratiã, quia ſicut illa Mariæ, ſic iſte Dñi ſentit aduentũ.

*g Exultauit &c.* quia lingua nõ poterat, animo exultãte ſalutat, & ſuæ præcurſionis officiũ inchoat. Ecce apparet quod angelus dixerat, ſpirituſancto replebitũ adhuc ex vtero mřis ſuæ.

*h Et re.* Ambr. Beda. Non prius repleta mater quàm filius: ſed filius repletus replet & matrem. Maria ante conceptum Eliſabeth poſt conceptum repletur.

*i Benedicta tu.* Be. Amb. Conueniunt verba euangelij cum verbis Pſalmi, in quo promittitur Dauid: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Et eadem voce Maria benedicitur ab Eliſabeth qua à Gabriele, vt & angelis & hominibus venerãda, & noſtris fœminis præferenda monſtretur. (Pſal. 131. b)

p Et re.eſt. *Hic conſequenter deſcribitur inſpiratio matris, quæ oſtenditur, cum ſubditur:*

q Et exclamauit vocẽ ma. *Iſta magnitudo magis intelligenda eſt ratione deuotionis interioris quàm ſoni exterioris.*

r Benedicta tu in.mu. *i. ſuper omnes mulieres. Cuius ratio ſubditur:*

ſ Et be.fru. *Per hoc.n. ꝙ conceperat Dei filium, contraxerat quodammodo infinitatem bonitatis, inquantum mater eſt filij bonitatis infinitæ. Angelus autem ſalutans virginem. ſupra non dixit: benedictus fructus ventris tui, quia virgo nondum conceperat filium Dei, ſed poſtea cum conſenſit tunc concepit, vt ſupra dictum eſt.*

¶ Et vnde

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et hic menſi. *in quo ipſa concepit.*

b Quæ voc. *Eius.n.ſterilitas à tanto tempore iam erat nota, ꝙ ſic vocabatur: Veruntamẽ, quia iſtud exemplum non eſt vſquequaq; perfectum, quia maius eſt virginem concipere quàm ſterilem, ideo angelus inducit rationis efficaciam ex Dei omnipotentia, cum dicitur:*

c Quia n.e.om.uer. *i. factum: quia dicere Dei eſt facere. ſecundum illud. Dixit & facta ſunt. Quicquid.n.contradictionem non implicat, totum eſt Deo poſſibile, cuiuſmodi eſt, virginem concipere.* (Pſal. 148. a)

d Dixit au.Ma. *Hic conſequenter ponitur filij conceptio, quia Maria certificata de facto & de modo fiendi aſſenſit fide & deuotione dicens humiliter:*

e Ecce an. *Super quod verbum dicit Bernardus: Quæ eſt tam ſublimis humilitas, quæ cedere neſcit honoribus: inſoleſcere gloria neſcit, mater Dei eligitur & ancillam ſe nominat.*

f Fiat mi.ſecund.ver. *Quod ſtatim factum eſt, quia virtute diuina concepit filium.*

g Et diſceſſit angelus ab illa. *Peracto nuncio & filio Dei concepto.*

i In die.il. *Poſtquam deſcriptus eſt præcurſoris & Saluatoris cõceptus, hic conſequenter deſcribitur vtriuſq; ortus. Et primò præcurſoris, Secundò Saluatoris, ſe.ca. Circa ortum præcurſoris præmittuntur aliqua præcedentia, Secundò aliqua ortum concomitantia, ibi: Manſit autem. Tertio, quædam ortum conſequentia: ibi: Et factum eſt die octauo. Circa primum tria ponuntur. Primum eſt exultatio naſcituri infantis. Secundum eſt*

## MORALITER.

✱ peperit filiũ maximi valoris. & ꝑ hoc ſignificatur, ꝙ aliquando perſonæ prouectæ ætatis. & bonis operibus ſteriles ex donis ſpirituſſancti faciũt magnũ fructũ in eccleſia Dei. ſicut patet de ſanctis Diony. & Augu. qui prouectæ ætatis vocati fuerũt ad fidem Chri.

*e Ecce ancilla Domini. Bern.* Quæ eſt tam ſublimis humilitas, quæ cedere neſcit honoribus & inſoleſcere gloria neſcit: mater Dei eligitur & ancillam ſe nominat.

*h Exurgens autem Maria in diebus illis.* Amb. Quo iam Deo plena niſi ad montana conſcenderet cum feſtina. Ambr. Diſcite virgines non circuncurſitare per alienas ædes, non demorari in platæis, nõ aliquos in publico immiſcere ſermones; ecce Maria in domo ſera, feſtinat in publico.

*m Et int.in do.Za. & ſa.* Ambr. Diſcite vos ſanctæ mulieres ſedulitatem quam debeatis prægnantibus exibere cognatis: Maria quæ ante in intimis penetralibus verſabatur: non eam à publico virginitatis pudore: non à ſtudio aſperitas montium, non ab officio, prolixitas itineris retardauit. Diſcite etiã virgines humilitatem Marię: venit propinqua ad proximam, iunior ad ſeniorem, nec ſolum venit, ſed etiam prior ſalutauit. Decet.n. vt quantò caſtior virgo, tanto ſit humilior: nouerit deferre ſenioribus: ſit magiſtra humilitatis in qua eſt profeſſio caſtitatis: quia ſuperior venit ad inferiorem, vt inferior adiuuetur: Maria ad Eliſabeth, Chriſtus ad Iohannem.

*p Et re.eſt ſpiri.Eliſabeth.* ſ. audita ſalutatione Mariæ: quia quæcũq; ipſam reſpicit oculo clementiæ vel affatur, recipit à Deo donum gratiæ & laudem prorumpit Mariæ. Ideo ſubditur:

*q Et exclam.uoce magna, & dixit.* Origenes. Si autem Dominus nec augmentum nec decrementum recipere poteſt, quid eſt ꝙ Maria loquitur:

✱ Magnificat



A *a Et vn.hoc.Be: Amb.* Non ignorat ſpirituſſancti eſſe operationem, quòd mater prophetæ a matre Domini ad profectum ſui pignoris ſalutetur, ſed non ſui meriti hoc, ſed diuini fatetur eſſe muneris: quia idem ſpiritus, qui prophetiæ donum dedit, pariter humilitatem præſtitit.

*b Mater do.* Sentio miraculum, myſterium cognoſco, mater domini verbo fœta, Deo plena.

*c Vt facta.* Ipſo momento, quo vox intrat ad aures corporis, virtus ſpiritualis cor intrat audientis: & non ſolum matrem, ſed etiam ſobolem amore ad uenientis accendit.

*d Exultauit.* Be. Reuelante ſpiritu, quo impleta erat, intelligit quid exultatio infantis ſignificet. ſ. veniſſe matrem illius, cuius præcurſor erat futurus. Et quæ ante onus parentis erubeſcat, dũ neſciret myſterium religionis, iam benedicit. Et qui ſe occultabat, quia conceperat filium, iactat ſe, quia genuit ꝓphetam. Et quæ in occulto cognouerat, his, qui ſimul aderant & audiebãt palam euangelizat, dicens: *Beata quæ cr.* Credidit virgo, vbi ſacerdos negauit.

*e Et Be.* Apparet Mariam non dubitaſſe, ſed credidiſſe: & ideo fructum cõſecutam eſſe. Apparet etiam Eliſabeth ipſa verba angeli ad Mariam dicta per ſpiritum intellixiſſe. Amb. Bed. Congrueante Iohannem Eliſabeth, & ante Domini generationem prophetat Maria, vt ſicut peccatũ in initio a muliere cœpit, ita in initio ſalutis bona a muliere inchoarent.

*f Magnifi.an.* Bed. Primo dona ſibi ſpiritualiter conceſſa profitetur, deinde beneficia Dei, quibus generaliter humano generi in æternum conſulere non deſiſtit, enumerat. Q. Tanto munere me Dominus ſublimauit, vt nullo linguæ officio explicare poſſim, ſed totum animi interioris affectum magnis gratiarum laudibus offero. Totum quod viuo, totum quod ſentio, totum quod diſcerno, in eius magnitudine contemplanda, in eius præceptis obſeruandis impendo. Beda. Moraliter. Quæcunq; anima credit, concipit & generat verbum Dei, & opera Dei agnoſcit. Sit ergo in ſingulis anima Mariæ vt Deũ magnificet. Sit in ſingulis ſpiritus Mariæ, vt exultet in Deo. Si ſecundum carnem vna eſt mater Chriſti, ſecundum ſpiritum omnium fructus eſt Chriſtus. Magnificatur Dominus, non ꝙ ei aliquid humana vox adiungat, ſed quia magnificatur in nobis: dum anima noſtra, quæ ad imaginem Dei creata eſt, per iuſticiam ſe Chriſto cõformat, qui eſt imago patris. Et ſic dum ipſum Chriſtum imitando magnificat, quadam participatione magnitudinis eius fit ſublimior, vt illam imaginem ſplendido bonorum colore factorum, & quadã emulatione virtutis in ſe videatur exprimere.

B

*g Et exult.* Beda. Quia terrena non curo, proſperitas non emollit me, aduerſitas nõ frangit: ſed ſola illius memoria delectat, a quo ſalus ſperatur æterna: illius diuinitate lætor, cuius temporali conceptione mea caro fœtatur.

*h Quia reſpe.* Bed. Ecce quàm vilia de ſe ſentit, & totum gratię attribuit: ſuo iudicio ſe humilem ſentit: ſed reſpectu gratiæ ſic ſublimatam, vt voce cunctarum gentium beatitudo eius præcipua dicatur: vt ſicut per ſuperbiam Euę mors intrauit in mũdum, ſic per humilitatem Mariæ vitæ introitus pãdatur. Ideo etiam magnificat anima mea Dominum, quia mihi magna dignatus eſt facere, nihil meis meritis tribuo, ſed magnitudinem ad illum refero, qui eſſentialiter potens eſt, & de paruis & infirmis magnos facit & fortes.

*i Quia fecit mihi magna.* quia in me carnem ſumpſit, & me a peccatis mundauit, & dona ſpirituſſancti mihi contulit.

*k Et ſan.* Be. In Græco Agyon, quod ſonat extra terram, quia nomini eius conſecrati, non in terra conuerſionem, ſed in cœlis debent habere.

*l Et mi.* Be. A ſpecialibus donis ad generalia Dei iudicia ſe cõuertit, & totius humani generis ſtatum deſcribens, quid ſuperbi, quid humiles mereantur, quid filij Adę per liberum arbitrium, quid filij Dei ſunt per gratiam, explicat. Q. Non mihi ſoli fecit magna, ſed etiam omnibus timentibus eum, in omni progenie Iudęorum & gentium. Vel in omnes progenies totius mundi, quas credituras pręuidit. Commendata miſericordia in timentibus, ſubdit quid contemptores mereantur,

Fecit potentiam

fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, † exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ † credidiſti: quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt † tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominũ. Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit †humilitatẽ ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc* beatam me dicẽt omnes generationes. Quia fecit mihi † magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Et miſeri-

Interlinear: a ¶Ambro. O quantum bonum mihi accidit, quod mater Domini mei venit ad me: ſed qua mea iuſticia, quibus meis meritis? a ¶Audita reſponſione Eliſabeth, qua beatam prædicauit matrem Domini appellauit fide fortem laudauit, nõ amplius tacere poteſt dona quæ perceperat: Et quæ virginali pudore acceptum oraculum tegebat ſilentio, iam congruo tempore patefecit. a ¶Ambro. Anima & ſpiritu Deo patri deuota & filio: vnum Deum ex quo omnia. & vnum Dominum per quem omnia pio veneratur affectu. ¶Patrem. ¶Filio ſaluatore; ¶Vt vnus Deus. a ¶Iudæorum & gentium. ¶Alias omnes gentes. b ¶Et. ¶Quia ſingularis potentiæ culmine omnia quæ fecit tranſcendit longe: & inuocatio huius nominis ſanctitatis facit participes. a ¶In me incepta dilatatur.

¶ a Et unde hoc mi. *Iſta.n.non poterat ſcire Eliſabeth niſi per reuelationem ſpirituſſancti.* C

b Exul.in gau. *Ipſa.n.Eliſabeth per ſpiritumſanctum cognouit, ꝙ illa exultatio fuit propter præſentiam Domini in vtero virginali*

c Et be.quæ. *quia per aſcenſum fidei concepit.*

d Perfi.ea.&c.quæ d. *ꝑ angeli nũciatẽ & etiã per ſpiritũſanctum mentem virginis illuſtrantem, & eam immediate docentem.*

e Et ait Ma. *Hic cõſequenter deſcribitur decantatio virginis: & præmittitur titulus cãtici, cum dicitur, Et ait Maria. Hoc.n. canticum ſic intitulatur, quia Canticum Mariæ nominatur. Et ſubditur ipſum canticum:* (†alij)

f Magnif. *q.d. Maria: O Eliſabeth tu me magnificas: ſed ego totum Deo attribuẽs ipſum magnifico in hoc cantico: Vbi primò ponitur modus cantici. Secundò, ſubditur cauſa cantandi, ibi: Quia reſpexit. Circa primum declaratur laus virginis tanquam magna, cum dicitur:* Magnifi. *Secundò, vt deuota, ibi:* (†credidit) (†ei)

g Anima mea. *non tantum labia mea. Tertiò, vt debita, cum dicitur:*

h Do. *cui debetur laus et honor. Quartò, vt iucunda, ibi:* Et exul.ſp.m. *Quinta: vt recta, ibi: In Deo ſaluta. &c. Et dicit:*

i In Deo. *ratione creationis.*

k Salutari. *ratione recreationis.*

l Meo. *ratione aſſumptę humanitatis, quia ſic fuit ipſius virginis & non alterius.*

m Quia re. *Hic conſequenter deſcribitur cauſa cãtandi. ſ. diuina beneficia collata. Et primò virgo recolit beneficia ſibi collata ſingulariter. Secundò, beneficia collata toti mũdo generaliter, ibi: Et miſericordia eius. Tertio beneficia collata populo Iudæorum ſpecialiter, ibi: Suſcepit Iſrael. Circa primum dicitur:* Quia re.hu.an.ſ. *q.d. virgo beata: Bene debeo magnificare et laudare Dominum:* Quia re.hu.an.ſ. *quia licet ex omnibus virtutibus fuerit diſpoſita ad conceptionem filij Dei, ſpecialiter tamen hoc fuit ex humilitate.* (†paruitatẽ exiguitatẽ ſiue nihilitatem. Hic enim non ſignificat virtutem animi.)

D

n Ecce.n.ex hoc bea.me di.oẽs ge. *i. Iudæi & Gentiles. Ex omnibus generationibus aliqui ſunt conuerſi ad fidem qui confitentur iſtam virginem beatam. Hoc etiam patet in Saracenis. vnde in Alchorano Mahumeti dicitur de Maria virgine. Dixerunt angeli: O Maria Deus annunciat tibi verbum ex ipſo, & erit nomen eius Ieſus filius Mariæ. Et alibi in eodem libro dixerunt angeli: O Maria Deus vtiq; elegit te, & purificauit te, & elegit te claram ſuper mulieres ſeculorum: Et multa alia ibi dicuntur ad laudem virginis.* (Mariam verbi genitricem Mahumet ſcripſit laude dignam.)

o Quia fe.mi.ma. *in ſanctificatione: ſed maxima ĩ filij Dei cõceptione.*

p Qui po.eſt. *Virtute enim potentia Dei infinita facta ſunt hæc.*

q Et ſanctum nomen eius. *quia quicquid ſanctitatis poteſt cogitari, totum eminentius eſt in eo.*

r Et mi.eius. *Hic recolit beata virgo beneficia exhibita toti mundo, cũ dicitur:* Et mi.eius. *i. beneficium incarnationis qd ex mĩa Dei factũ eſt. Vnde petebat Dauid: Oſtende nobis Domine mĩam tuam. q.d. oſtendiſti potentiam tuam in creatione mundi de nihilo, & ſapientiam tuam in mundi gubernatione ſic ordinata, & iuſticiam tuam in peccatorum* (Pſal. 84. a)

¶ *punitione:*

## MORALITER.

✱ *ſ Magnificat anima mea Dominum.* Sed ſi conſiderem Dominũ Saluatorem imaginem eſſe inuiſibilis Dei, & animam meam factã ad eius imaginem, vt ſit imago imaginis: tunc videbo quoniam in exemplo eorum, qui ſolent imagines pingere quando magnificauero animam meam opere, cogitatione, ſermone, tunc imago Dei grandis efficitur & ipſe Dominus, cuius imago eſt in anima mea magnificatur.

*b Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Theophilus. Ille aũt Deum magnificat, qui dignè ſequitur Chriſtum, & dum Chriſtianus vocatur, Chriſti nõ minuis dignitatem magna & cœleſtia operando, & tunc ſpiritus eius. i. ſpirituale chariſma exultabit, & non mortificabitur.

*m Quia reſpe.humi.an.* O vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cœlos innouauit, mundum purificauit, paradiſum aperuit, & hominum animas liberauit: facta eſt Mariæ humilitas. ſcala cœleſtis, per quam Deus deſcẽdit ad terras.

*o Quia fe.mihi.* Chryſ. Dicit autem qui potens eſt, vt ſi quis diffidat in conceptionis negocio, dum virgo manens concepit, retorqueat miraculum ad potentiam operantis.

*r Et miſeri.* Be. A ſpecialibus ſe donis ad generalia conuertens, totius humani generis ſtatum deſcribit, dicens. *Et mi.eius à pro.in pr. timen.eum.* q.d. non mihi ſoli fecit magna, ſed & in omni gente, qui timet Deum acceptus eſt illi. (Loc. ſup. cit.)

✱ *Fecit potentiam.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Fecit pot.in bra.ſuo.* Be.i.ipſo Dei filio ꝑ quē oīa facta ſunt, ꝑ quē oia p̄t Per qđ brachiū diſperſit ſuperbos mēte cordis ſui. Initiū totius mali ſupbia, ꝑ quā primus hō exul factus eſt, in qua pſeuerātibus grauior vindicta futurę diſpſionis reſeruat.

b *Depoſuit po.de ſe.* Be.Paulus pro ſuperbia de ſede legalis doctrinę depoſitus, ob humilitatē ad euāgelizādā fidē ſublimatur. Sic ēt fit ſæpe in alijs. Superbi q ſupra mēſurā ſe extollūt. idē potētes qa nō in Deum, ſed in ſua virtute confidunt, qui deponuntur. quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & q ſe humiliat exaltabit.

c *Eſurien.im. bo.* Bed. Qui æterna toto ſtudio deſiderāt, ſaturabūtur, cū Chřs apparuerit in gřia. Sed q terrenis gaudēt, in vltimo inanes totius beatitudinis dimittunt. In p̄nti etiam videmus humiles diuina gratia impleri, ſuperbos lumine veritatis priuari.

d *Suſce.Iſra.pue.ſu.* Poſt gn̄alem diuinæ pietatis & iuſticiæ cōmemorationē, ad ſingularē nouę incarnationis diſpēſationē conuertit verba. *Suſcepit.* quaſi medicus ægrū. Viſibilis inter hoīes factus, vt faceret Iſrael.i.vidētes Deum, puerū ſuū ſibi obediētē & humilē, qa nō niſi per humilitatem ſaluādi ſunt.

e *Memorari mi.ſuæ:* quia ꝙ hominem redemit, non meritum eſt hominis, ſed donum diuinæ pietatis

f *Sicut lo.eſt.* Memo iam patrum quibus hæc ſalus reuelata eſt faciens, Abraham nominatim exprimit, cui primo ipſa incarnatio manifeſtata eſt.

g *Et ſe.* Non tam carne genitis, quàm fidei veſtigia ſecutis: quibus aduentus Saluatoris in ſecula eſt promiſſus: quia ipſa promiſſio hæreditatis nullo fine claudetur. Nam & vſq; in finem ſeculi credētes nō deerunt, & beatitudinis erit gloria perēnis.

h *Manſit au.Ma.* Be. Tandiu manſit, donec videret præcurſoris natiuitatē: ꝑꝑ quam maxime venerat. Nec cauſa ſola familiaritatis tandiu manſit ſed vt tanto tp̄e & Elizabeth & Ioānis creſceret ꝓfectus. Nā ſi in primo aduētu Mariæ, ſpirituſancto ſunt repleti, multum eſt illis ſuper additum tanta mora māſionis. Myſtice. Anima caſta quæ ſpiritualis verbi deſiderium cōcipit, neceſſe eſt, vt alta exercitus cœleſtis iuga ſubeat, & quaſi trium menſium dies ibidem demorata, quouſq; fidei, ſpei, & charitatis luce radietur, perſeuerare non deſiſtat.

i *Impletum eſt.* Be. Verba impletionis ſacra ſcriptura in bonorū tm̄ ortu, vel habitu, vel actu ponere conſueuit, quorum vitam plenitudinē pfectionis hēre ſignat: Vt impleti ſunt dies Marię vt pareret, impleuit Salomon ędificare domū. Defunctus eſt Abraham plenus dierum. Cum venit plenitudo tp̄is, miſit Deus filium ſuum. Sed cōtra dies impiorum, inanes & vacui.

k *Et au.* Ambr.Bed. Habet ſanctorum editio lęticiā plurimorum, quia commune bonum eſt. Iuſticia.n. communis uirtus eſt: & ideo in ortu iuſti futuræ vitæ inſigne præmittitur, & gratia futuræ virtutis exultatione vicinorū præfigurante ſignat.

*Die octauo*

cordia eius à progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos † mente cordis ſui. † Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites † dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerum ſuum: † memorari miſericordiæ ſuæ. Sicut loquutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius † in ſecula. Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam. Elizabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Domi-

(In omni gente, qui timet Deum acceptus eſt illi. — Et hoc per filium. — Id eſt voluntate. — Id eſt deponet. — Bed. Sicut medicus ægrum. — Id eſt vt memor eſſet. — Poſt partum eius.)

(Marg.: In Luc. euā ge.c.1.li.1. c.1.to.5. Eccl.10.b Ibidem. Act.8.a — Luc.14.c — 1.Iom.3.a — † cogitatione. — † emiſit — † vſque in ſeculum. — Vliſup. — Myſtice — In Luc. euā ge.c.1.li.1. c.4.tom.5. — Inf.2.a — Gal.4.a In Luc. lib. 1.c.1.tom. 10.to.5. — † Deturbat priores de ſedibus — † recordatus et recordatur.)

k Et diuites di.inanes.*i.legiſperitos diuitijs ſcripturarum prius repletos, dimiſit inanes per excæcationem eorum & falſum intellectum ſcripturarum.*

l Suſcepit Iſrael pue. ſu. *Hic recolit beata virgo beneficia exhibita populo Iudæorum ſpecialiter, cum dicitur:* Suſcepit. *Quia Deus accepit carnem puerilem de populo Iſrael, quod fuit beneficium illi populo collatum, maxime quantum ad credentes de populo illo.*

m Memorari mi.ſuæ. *Ad modum.n.recordantis ſe habuit quando filium ſuum patribus antiquis promiſſum in carne miſit. Ideo ſubditur:*

n Sicut loquutus eſt ad patres no.*i.ad patriarchas & prophetas.*

o Abraham & ſemini eius. *ſecundū quod dicitur Ge. xxij. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ.*

p In ſecula. *Quia caro humana permanebit æternaliter deitati vnita.*

q Manſit au.Maria. *Hic conſequenter deſcribuntur cōcomitantia ortum præcurſoris, quorum primum reſpicit virginem. quod notatur cum dicitur:* Manſit autem Maria cū illa. *i. cum Elizabet pro cuius conſolatione & obſequio venerat.*

r Quaſi men.t. *Et ſic patet, ꝙ manſit vſq; ad tempus partus Elizabet, quia in fine ſexti menſis nunciauit ſibi angelus conceptionem Elizabeth.*

ſ Et reuer.eſt in do.ſuam. *Completo tamē prius ortu præcurſoris, vt communiter dicitur. Vnde dicunt aliqui, quod ipſa recepit præcurſorem & tenuit. Aliqui tamen doctores, vt Theophilus Græcus, dicunt ꝙ imminente partu Elizabeth receſſit. Tū quia virgines in partu mulierum non ſolent adeſſe. Tum quia aliæ mulieres iam venerant ad partum Elizabeth. Et ideo obſequium Mariæ non erat vltrà ſibi neceſſarium, quod per alias mulieres poterat fieri. Secundum reſpicit matrem præcurſoris, quod notatur cum dicitur:*

t Elizabeth autem &c.tem.pa *ſcilicet nouem menſium.*

u Et peperit fi. *Sicut per angelum fuit prædictum.*

x Et audierunt vicini. *id eſt illi qui erant cohabitantes.*

y Et cognati. *qui erant ex eius conſanguinitate & affinitate.*

z Quia magnificauit domi. *i.magnam miſericordiam ei fecit auferēdo ſterilitatis opprobrium, & dando tantum ac talem filium ſic nunciatum mirabiliter, & conceptum ſupernaturaliter.*

¶ Et congratu-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *punitione, ſicut in diluuio & ſubuerſione Sodomæ & Gomorræ: & ideo oſtende nobis domine miſericordiam tuam in filij tui incarnatione.*

a A pro *ſcilicet Iudæorum, quia ſicut dicitur. Salus ex Iudæis eſt, quia incarnatio facta eſt in virgine Iudæa natione. ſed quia beneficium incarnationis ad totum mundum diffunditur, ideo ſubditur:*

b In pro. *ſ.omnium gentium. Veruntamen, quia licet beneficium incarnationis ſe extendat ad omnes quantum ad ſufficientiam, non tamen quantum ad efficaciam, ſed tantum ad iuſtos. Ideo ſubditur:*

c Timen eum. *ſcilicet timore filiali & caſto.*

d Fecit po.in brachio ſuo. *i.in filio ſuo, qui vocatur brachium Domini, Iſa.liij.a. Brachium Domini cui reuelatum eſt.*

e Diſper.ſu. *i.legiſperitos & Phariſæos qui fuerunt ſuperbi.*

f Mente cor.ſui. *Spernentes conſilium Dei. vt dicitur infra.vij.cap. Et ipſi cum cæteris Iudæis.xlij.anno à paſſione Chriſti fuerunt capti, & captiuati per Titum & Veſpaſianum, & per orbem diſperſi. Et loquitur hic virgo de futuro per modum præteriti, propter certitudinem euentus ſuæ prophetiæ.*

g Depoſuit po. de ſe. *i.Iudæos qui erant potentes in lege & prophetis, dimittens eos ex ſuo demerito in profundo erroris ſecundum ꝙ dicitur. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael.*

h Et exalta.humil. *i. Gentiles humiliter & deuotè prædicationem apoſtolorum ſuſcipientes. Et ideo ſubditur:*

i Eſurientes im.bo. *quia gentiles cum magno deſiderio, quod per eſurientem deſignatur, verbum Dei receperunt.*

(Marg.: Ioan.4.d — Rom.11.c)

Et

## MORALITER.

❋ d *Fecit po.in brachio ſuo.* Orige. Timentibus autem ſe fecit potentiam in brachio ſuo, quia licet infirmus ad Deum acceſſeris, ſi timueris eum, promiſſam virtutem conſequeris.

g *Depoſuit po.* Cyrillus. Magna ſapiebant dæmones, gentilium ſapientes, Phariſęi & Scribę Iudęorum: hos tamen depoſuit, erexitq; humiliantes ſe ſub potenti manu eius, dans illis virtutem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones omnemq; poteſtatem inimici.

i *Eſurientes impleuit bonis.* Gloſſa. Qui æterna toto ſtudio quaſi eſurientes deſiderant, ſaturabuntur, cum Chriſtus apparuerit in gloria: Sed qui terrenis gaudent, in fine totius beatitudinis inanes dimittentur.

l *Suſcepit Iſrael puerum ſuum.* Be. Puerum ſuum obedientem.ſ.& humilem. nam qui contemnit humiliari, non poterit ſaluari.

n *Sicut loq.eſt ad pa.no. Abr. & ſe.eius.* Be. Semini eius dicit, non tā carne progenitis quàm fidei eius veſtigia ſequutis, quibus aduentus Saluatoris in ſecula eſt promiſſus.

q *Manſit autem Maria cum il.* Moraliter autem Maria dici poteſt quælibet perſona ſibi deuota, ſicut & diligens Deum Deus dicitur ſecundum Aug. Dicit.n.ſic: Si terram diligis, terra es: ſi aurum diligis, aurum es, et ſi diligis Deum, Deus es.ſ.per charitatis vnionem. Hæc igitur Maria exurgens aſcendit in montem: exurgit acidiæ teporem excutiendo: aſcendit in montana diuina meditando: in ciuitatem Iudæ, cōfeſſionem diuinæ laudis exercendo: Intrat domum Zachariæ eccleſiam deuotè frequentando: & ſalutat Elizabeth id eſt Mariam ad quam habet ſpecialem deuotionem. Elizabeth.n. interpretatur Dei abſconſio. Et hoc competit Mariæ, in qua Deus nouem menſibus fuit abſconditus. Iſa.xlv. Verè tu es Deus abſconditus Saluator Iſrael. Et ab Elizabeth.i.Maria reſalutatur, quia ſui memorum nequaquam immemor exiſtit. Et manet cum tali perſona ſibi deuota tribus menſibus.i.tribus temporibus.ſ.iuuentute, ſenectute, & medio tempore.

t *Elizabeth autem & ca.* Beda. Allegoricè autem Iohannis celebrata natiuitas, gratię noui Teſtamenti inchoata ſublimitas. Cui vicini & cognati patris nomen magis quàm Iohannis imponere volębant, quia Iudæi, qui ei legis obſeruatione quaſi

❋ affinitate

(Marg.: Luc. eo. — Ibidem — Moraliter — In epiſ. Iohan. tract. 2. tom. 9. — Vbi ſup. Allego.)



a *Die oct.* Per circunciſionē reſurrectio dn̄i figuratur, quia & octaua die.i.poſt ſabbatū facta eſt: Et ſicut illa a reatu mortis abſoluere ſolebat, ſic iſta immortalis vitæ natiuitatem, & in autore noſtro exhibuit, & in nobis monſtrauit ſperandam.

b *Et vo.eum.* Be. Ioānis celebrata natiuitas, eſt noui teſtamenti inchoata gratia, cui Iudæi (q legis obſeruatione quaſi affinitate iuncti erāt) nomen patris volūt imponere: qa magis iuſticiā q̄ ex lege eſt volūt ſuſcipere, q̄ gratiā q̄ ex fide. Qui puerū noīe patris uocāt, eos figurant q dn̄o noua gratiæ munera declarāte, cuperēt eū potius per conſueta veteris ſacerdotij edicta p̄dicare. Vnde bene Zacharias memor Dn̄i interpretatur, qa memoriā antiquæ obſeruationis à dn̄o datæ figurāt, Mater q̄ verbis, & pater q ſcriptis ꝙ Ioānes vocet aſtruūt, ſignificat ꝙ ipſa legis doctrina, de ſuſcipienda gratia Xp̄i viua voce inſtruit, dicendo ꝑ legiſlatorē: Prophetā ſuſcitabit vobis dn̄s de fratribus veſtris: ipſū audite: & ipſū ſacerdotiū legale ceremoniarū typis (quaſi mutis lrarū figuris) gratiā euāgelij ſi recte ītelligat exprimit.

c *Innuebāt.* Qui innuunt patri de noīe pueri ſignificant illos, qui teſtimonio legis intēdunt aſtruere gratiam fidei.

d *Aper.eſt au.* Qđ declarato & cōfirmato noīe Iohānis, aperitur os Zacharię & benedixit, patet, quia manifeſtata eſt ꝑ apoſtolos gratia noui Teſtamenti. Multa ēt turba ſacerdotū. relicta taciturnitate nociua, obedit fidei, & prædicat dona redemptoris: & quæ prius occultabantur in ſacerdotio legali, rationabiliter intellecta ſoluuntur. Qđ in die circūciſionis Ioannis factus eſt timor ſuper vicinos, ſignificat ꝙ tēpore dn̄icę reſurrectionis, apoſtolis dato ſpiritu et pręedicata gloria Xp̄i, ſalubris timor nō ſolū Iudęorū q erant vicini vel ſitu loci, vel ſciā legis, ſed ēt exterarū gētium corda concuſſit. Nec tm̄ mōtana Iudęæ, ſed oīa mūdani regni mundanæq; ſapientiæ culmina Chriſti fama tranſcendit. Præcurrentia ſigna præbent iter præcurſori veritatis, & futurus propheta pręmiſſis commendatur auſpitijs.

e *Et pro.* Be. Magna largitas diuinę pietatis. Ecce loquela quæ ſola ablata eſt diffidēti, cū ſpiritu prophetiæ reſtituta eſt credēti. Ambr. Eliſabeth paucis, Zacharias multis ꝓphetat: vterq; ſancto ſpiritu repletus loquebatur, ſed diſciplina ſeruatur, vt mulier magis diſcere quæ diuina ſunt ſtudeat, quàm docere.

f *Benedictus.* Quia dum bonitatem Dei rogauit, pro liberatione præcurſor donatus eſt.

g *Viſitauit.* Quod proxime faciendum cognouerat, prophetico more quaſi iam factum narrat.

h *Cor.* Be. Per cornu qđ carnē excedit, cū oia oſſa carne tegātur, regnū Xp̄i ſignificat, quo mūdus & gaudia carnis ſuperātur. In

(Marg.: In Luc. euā ge.c.1.li.1. c.4.tom.5. — † congaudebant. — Deut.18.c — † in tota môtana Iudææ regione — Vbi ſup. — In Luc. lib. 1.c.1.tom. 11.tom.5. — Vbi ſup.)

nus miſericordiam ſuā cum illa, & † congratulabantur ei. Et factum eſt in die octauo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens mâter eius dixit: Nequaquam ſed vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illā: Quia nemo eſt in cognatiōe tua, qui vocetur hoc nomine. Innuēbant autem patri eius, † quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens: Iohannes eſt nomen eius. Et mirâti ſunt vniuerſi. Apertum eſt autē illico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus eſt timor ſuper oēs vicinos eorū, & † ſuper omnia mōtana Iudęæ diuulgabantur omnia verba hęc. Et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo, dicentes: Quiſputas puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius impletus eſt ſpirituſancto, & prophetauit dicens: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitâuit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis

(Amb. Be. Spiritu prophetiæ didicit, quod non didicerat à marito, non poterat ignorare prænuncium quæ prophetauerat Chriſtum. — Amb. Be. ſicut ab angelo Zachariæ erat prænunciatum. — Am. Be. aduerte hoc nomen non eſſe generis ſed vatis. — Am. quia incredulitas affatū ei eripuit & auditū: Quo dvoce nō poterat manu & literis locutus, & nutu interrogatur. — Am. quia lex ſcripta in tabulis lapideis myſteria loquitur. — Amb. Be. Hoc nomen nos imponimus, quia iam à Deo accepit, habet ſuum nomen, quod agnouimus, non quod elegimus. — D. conuenientia inter patrem & matrem. — A. Iam ſoluit fides linguam, quam incredulitas ligauerat. — Excitati miraculo, & timore ſtupefacti. — Tacite euentum rei expectantes. — Eſt vel ſit. — Be. longa infirmitate tabeſcentem. — Apparens in carne. Q. longius a ſe recedentes iuſtificare curauit. — Sanguine filij redemit ſub peccato vendita. — Quam ſuam viſitando fecit. — Id eſt firmam celſitudinem ſalutis.)

h Nemo eſt in co. *Non eſt intelligendum, ꝙ nullus Iudæus vocatus fuiſſet prius Iohannes: quia alij Iudæi fuerunt ante ſic nominati, vt patet. de Iohanne fratre Iudæ Machabæi, & de Iohanne Eupolemij: ſed cognatio hic accipitur propinquitas generis, quia nullus fuerat ſic vocatus de cognatione Eliſabeth aut mariti eius.*

i Innue.au.pa.e. *per ſigna viſibilia, ex quo patet ꝙ non tantum erat mutus ſed etiā ſurdus. Si.n.potuiſſet intelligere verba q̄ melius & breuius exprimūt mētis cōceptū, q̄ſiuiſſent ab eo per verba, & non per alia ſigna.*

k Ioannes eſt no. eius. *i.hoc nomen non impono, ſed impoſitum eſt à Deo.*

l Et mirati ſunt. *Hic conſequēter deſcribitur populi admiratio ex mirabilibus, quæ videbant circa puerum natum & parentes eius, videlicet ex mirabili conueniētia patris et matris in nomine pueri, et in loquela reddita patri. ideo ſubditur:*

m Apertum eſt au.il.os eius. *Per confeſſionem.n.fidei in ſcripto quam verbo facere nō poterat, meruit liberari, ſicut propter verbum dubitationis demeruerat ligari.*

n Et fa eſt t.ma.ſuper omnes ui.eo. *i.admiratio magna vel timor domini q ſic mirabiliter punierat Zachariam & liberauerat.*

o Et ſuper omnia. *quia facta inſoluta & mirabilia libentius narrantur.*

p Et poſuerunt omnes. *quia talia magis memoriæ commendantur.*

q Dicentes: Quiſputas puer iſte erit. *q.d. valde magnus erit. Cuius cauſa ſubditur:*

r Etenim ma.do.e.cum illo. *i.virtus Dei operatiua miraculorum in eius annunciatione, conceptione, & natiuitate oſtenſorum: ex quibus rationabiliter concludebatur magnitudo pueri futura coram Deo, ſicut fuerat prædictum Zachariæ: Erit.n.magnus coram Domino.*

ſ Et Zacharias. *Hic conſequenter deſcribitur patris inſpiratio, cùm dicitur:* Et Zacharias pater eius impletus eſt ſpirituſan. *Et ſubditur eius prophetia per modum cantici ſeu diuinæ laudis expreſſa, cum dicitur:*

t Benedictus. *In quo cātico primò præmittit pertinentia ad redemptorem: ſecundò pertinentia ad ipſius præcurſorē: ibi: Et tu puer. Circa primum dicitur:* Benedictus.do. *omnium per generalem gubernationem.*

u Deus. *per creationem.*

x Iſrael. *per ſpecialem cultum & deuotionem, & beneficiorum ſpecialem populo Iſrael exhibitionem.*

z Quia viſi. *i.viſitabit. Loquitur.n.de futuro per modum præteriti propter prophetiæ certitudinem. Hæc autem viſitatio facta eſt in Chriſti natiuitate, quę erat adhuc futura, et conuerſatione, quia viſitauit nos ſicut medicus infirmum, ſicut dicitur Lu.vi.c. Virtus de illo exibat & ſanabat omnes.*

z Et fe.re. *in ſua benedicta paſſione, per quam redempti ſumus.*

a Et erexit cornu ſalutis nobis. *id eſt uirtutem conſequendi ſalutem æternam. & hoc fecit in ſua reſurrectione, qua reſurrexit ad*

¶ *uitam im-*

(Marg.: 1.Mach.2. — † quid)

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et congratulabantur ei. *ſecundum quòd dixerat angelus Zachariæ: Multi in natiuitate eius gaudebunt.*

b Et factum eſt. *Hic ponuntur conſequentia ortum præcurſoris. Quorum primum eſt, pueri noui nominatio. ſecundum, populi admiratio, ibi: Et mirati ſunt vniuerſi. Tertium, patris inſpiratio, ibi: Et Zacharias. Circa primum dicitur:*

c In die octa. *ſcilicet à natiuitate præcurſoris.*

d Venerunt cir.pu. *ſicut præcipitur Gene.xvij. De ratione huius præcepti & modo intelligendi dictum fuit ibi. Et quia in circunciſione imponebatur tūc nomē puero, ſicut mō imponitur in baptiſmo, ideo ſubditur:*

e Et uo.eum. *quia iſtud antiquitus fuit ſatis communiter obſeruatum, & adhuc obſeruatur frequenter maximè in magnis perſonis, quod primogenitus filius nominatur nomine patris.*

f Et reſpondens.&c.neq. *ſcilicet vocabitur Zacharias.*

g Sed uocabitur Iohannes. *Hoc.n. fuit ſibi à Deo reuelatum quia à marito non didicit, cum eſſet factus mutus antequam rediret ad eam de templo, vt patet ex prædictis.*

Nemo

## MORALITER.

❋ affinitate iuncti erant, magis iuſticiam, quæ ex lege eſt, ſectari: q̄ fidei gratiam ſuſcipere cupiebant: ſed Iohannis, hoc eſt gratiæ Dei vocabulum, mater verbis, & pater literis pronunciare ſatagunt: qa & lex ipſa pſalmiq; ac prophetæ apertis ſententiarum vocibus gratiam Chriſti prædicant:

n *Et fa.eſt ti.* Grego. Myſticè. Tempore dominicæ reſurrectionis p̄dicata gratia Chriſti: ſalubris timor non ſolum Iudæorum qui erāt vicini vel ſitu loci, vel ſcientia legis: ſed etiam exterarum gentium corda concuſſit: Nec tantum montana Iudęæ, ſed omnia mundani regni, mundanæq; ſapientiæ culmina Chriſti fama tranſcendit.

ſ *Et Zacharias pa.eius im.eſt.* Per Zachariam ſacerdotem, deſignatur bonus epiſcopus, qui ſpirituſancto debet eſſe plenus, & pater ſpiritualis Iohannis.i.hominis gratioſi coram Deo & hominibus bonis. Debet etiam Deum de ſuis beneficijs collaudare: ideo ſubditur dicens:

t *Benedictus Dominus Deus.* id eſt omnium fidelium.

y *Quia uiſitauit.* in ſua natiuitate, in qua viſitauit nos oriens ex alto, ut dicitur infrà.

z *Et fecit redemptionem plebis ſuæ.* in ſua paſſione.

a *Et erexit cornu ſalutis nobis.* in ſua reſurrectione & aſcenſione.

❋ *In domo*

(Marg.: Myſtice)

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tur. In cuius figuram Dauid & Salomõ cornu olei ſunt in regni gloriam conſecrati, vt prius Saul lenticula. Cornu.i. Chriſtum, quia cornu nec caro nec os. Sic Chriſtus nec caro tantum, nec os tantum diuinitatis.

1. Reg. 10. In Luc. euangel. c. 1. lib. 1. c. 4. to. 5.

a *Qui a ſ.* Be. Tota veteris te. ſcriptura de Chriſto præceſſit: Et a tpe Adę ſancti pſes, ſuis quiq; factis eius diſpẽſationis teſtimoniũ reddũt.

b *Salutem.* Erexit nobis ſalutem ex inimicis: & eſt explanatio ſuperioris verſiculi, in quo breuiter idem præmiſerat *Et erexit cornu ſa. nobis.*

Ibidem. c *Omnium.* Be. Q.d. vel hominum peruerſorum, & ſpirituum immundorũ, de quorũ manu interim, & ſpe ſalui facti ſumus, & in futuro re ipſa ſaluãdi

d *Ad fa.* Locutus eſt: & erexit nobis ſalutem ad faciẽdam miſericordiam, vt miam, quã patribus promiſit, impleat in nobis, & iuramentum, quod fecit patribus de liberatione noſtra, in nobis per Chriſtum compleatur.

Ibidem. e *Et tu puer.* Be. Non mirum, ſi alloquitur infantem octo dierum, quia qui in vtero matris ſalutationem Mariæ audiuit, iam natus patris vocẽ agnouit. Vel pp illos inſtruẽdos q aderãt, futura filij munera q̃ p angelũ didicerat, depromit. Be. Cum e domino loqueretur, repente ad prophetam verba cõuertit, vt hoc quoq; beneficiũ eſſe domini deſignaret, ne cum publica numeraret, quaſi ingratus ſua beneficia tacuiſſe videretur: quæ agnoſcebat ſe in filios ſuſcepiſſe.

† vitæ noſtræ.

Ibidem. † cognitionem. f *Scientiam ſa.* Be. Nomen Ieſu.i. Saluatoris exponere, & diligentius commẽdare volens, ſalutis frequentat mẽtionem, cum cornu ſalutis erigẽdũ, ſalutẽ ex inimicis futuram, ſcientiam ſalutis plebi dandam commemorat. Et ne tẽporalem ſalutem promitti putares, addit in remiſſionem peccatorũ eorũ.

F

Ibidem. g *Illuminare his.* Be. In longa peccatorũ & ignorantiæ cæcitate depreſſis: quia excluſis errorum tenebris attulit verã cognitionis ſuæ lucem, & certum iter patriæ cœleſtis aperuit.

h *Ad dir. ẽ.* Vt per omnia greſſus noſtrorum operum, illuminatoris noſtri gratiæ concordent, donec ad manſionem perpetuæ pacis intremus.

† 1. Re. 2. c. † potẽs fiebat.

i *Et erat in de.* Be. Prædicator pœniten-

a ¶ Quia de Iudæis naſcetur. b ¶ De ſemore Dauid natus.

in domo Dauid pueri ſui. Sicut loquutus eſt per os ſanctorum, quia à ſeculo ſunt prophetarum † eius. Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cum pa-

a ¶ Memorem ſe oſtendit, vel, memores nos faceret.

tribus noſtris, & † memorari teſta-

a ¶ Et ad faciendum. ¶ Be In te benedicentur omnes cognationes terræ.

menti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abrahã patrem noſtrum

a ¶ Scilicet per carnem vel per fidem.

daturum ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum libe-

a ¶ Intellectu.

rati, ſeruiamus illi. In ſanctitate &

a ¶ Operatione. b ¶ Non in conſpectu hominum. c ¶ Non ad horam.

iuſticia coram ipſo omnibus diebus † noſtris. Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare uias eius. Ad dandam † ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eo-

a ¶ Non hominum meritis.

rum. Per uiſcera miſericordiæ Dei

a ¶ Per quæ viſcera. b ¶ Aſſumpta carne.

noſtri, in quibus uiſitauit nos † ori-

a ¶ Verbum patris ortum veræ lucis aperiens. ¶ Viſitauit vt illuminaret.

ẽns ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent,

a ¶ Beda. Prius illuminantur corda, poſtea opera diriguntur.

ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis. † Puer autem creſcebat

¶ Corpore.

& † confortabatur ſpiritu, & erat

*bant vſum rationis.*

l Propheta altiſ. uo. *Contra hoc videtur illud Ioan. 1. c. quod Ioãnes baptiſta negauit ſe eſſe prophetam. Ad quod dicendum, q verum reſpondit ſecundum intentionem quærentium: quia quærebant ſi eſſet vnus de antiquis prophetis, vt Elias, Eliſæus, vel huiuſmodi, vt patet ibidem: & ſecundum veritatẽ non erat vnus de illis. Aliter etiã dicitur q negauit ſe eſſe prophetam tantum, quia fuit propheta, & plus quàm propheta, ſecundum teſtimonium Saluatoris. Matth. xi.*

G

m Præibis. n. an. fa. do. *i. ante filium Dei qui eſt ſimilitudo vel facies Dei patris. Per faciem. n. deſignatur noticia ſecũdum Greg. ſuper Ezechielem. Ea autem, quæ ad noticiam pertinẽt, in diuinis filio appropriantur.* † ſuorum Lib. 1. hom. 2. in princ. tom. 2.

n Parare vias eius. *per prædicationẽ Chriſtum annunciando, & per baptiſmum aſſuefaciendo, quia homines per baptiſmum Ioãnis diſponebantur ad facilius recipiendum baptiſmum Chriſti.* † ad recommendandum

o Ad dan. ſci. ſa. ple. eius. *i. ad prædicandum ſalutem fiendam per Chriſtum.*

q Per viſ. mi. Dei no. *i. per intimam & occultam Dei miſericordiam facta ſunt hæc.*

r Oriens ex alto. *i. ex ſinu patris in mũdo,*

ſ Illuminare his qui in tenebris. *i. patribus in limbo exiſtentibus, quos Chriſtus illuminauit, quando poſt paſſionem ſuam ad illos deſcendit.*

t Et in vmbra mortis. *i. viuentibus adhuc in hoc mundo, qui eſt quædam vmbra mortis, quos illuminauit Chriſtus per ſeipſum prædicando, & apoſtolos per orbem ad prædicandum mittendo, vt habetur Marci vltimo.*

x Puer autem cre. *Hic conſequenter deſcribitur præcurſoris nati profectus & conuerſatio, cum dicitur:* Puer autem creſcebat. *quantum ad augmentum corporis.*

y Et confortabatur ſpi. *quantum ad augmentum gratiæ & virtutis.*

H

z Et erat in deſ. *quantum ad perfectionem conuerſationis: Ibi. n. habitauit vſq; ad tempus ſuæ prædicationis, vt contemplationi liberius vacaret, diuinam ſapientiam hauriẽdo, quam poſtea effudit prædicando, & vt viuens in deſertis vitam auſteram duceret, & ne ex cohabitatione cum peccatoribus in tumultu populi maculam aliquam in fama vel vita contraheret.* † oriẽs ſiſtantum hic eſt in ortus ſoli hoc ẽ Chriſtus.

¶ Vſque

tiæ fu-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *vitam immortalem, educens patres ſanctos de limbo inferni, detentos ibi, & ſua aſcenſione qua illos ad cœleſtia introduxit.*

a In domo Dauid pueri ſui. *quia iſta adimpleuit Chriſtus in carne aſſumpta de domo Dauid.*

b Sicut locu. eſt &c. qui a ſe. ſunt. *Hoc eſt, à mundi principio qui iſta prædixerunt, ſecundum quod dicitur Act x. b. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, &c. Et ſicut promiſerat per prophetas, ita fideliter adimpleuit.*

c Salutem ex ini. no. *ſupple conſecuti ſumus per Chriſtum, videlicet de mundo, carne & diabolo.*

d Ad faci. miſe. cum pa. no. *quia myſterium incarnationis impleuit, nõ propter noſtram iuſticiam, ſed propter ſuam miſericordiam adimplendam, quam patribus promiſit.*

e Et me. teſt. ſui ſancti. *i. pacti firmiſſimi, quod habuit cum patribus veteris Teſta. de Chriſto venturo. De quo teſtamẽto ad modum rememorantis ſeu recordantis ſe habuit quando pactum impleuit.*

f Iuſiurandum quod iurauit. *de quo dicitur Gene. xxij. c. Per memetipſum iuraui, &c. Quod iuramẽtum impleuit Deus pater mittendo filiũ.*

g Daturum ſe no. *quia Deus pater dedit etiam ſe nobis in filio, qui eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre.*

h Vt ſine timore de manu. *quia per hoc euacuatur timor ſeruilis, qui non eſt in charitate.*

k Et tu puer al. *Hic conſequenter exprimit in cantico quæ pertinent ad præcurſorem, dirigens ad ipſum ſermonem. Si autem quæratur, quare ad ipſum ſermonem dirigeret, cum puer adhuc non intelligeret? Dicunt aliqui, quòd virtute ſupernaturali intelligebat patrem loquentem, ſicut intelligit Chriſtum in vtero matris exiſtentem, vt prædictum eſt. Alij autem dicunt, quòd ſic loquebatur puero, non propter eius intellectionem, ſed propter aliorum inſtructionem de myſterio incarnationis, qui habebant*

## MORALITER.

a *In domo Dauid.* quia de illa domo natus fuit.

b *Sicut loquutus eſt per os ſanctorum.* Actu. x. g. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent.

c *Salutem ex inimicis noſtris.* ſcilicet dæmonibus & tyrannis.

d *Ad faciendam miſericordiam cum pa. no.* in limbo prius detentis.

e *Et memorari teſtamenti ſui ſancti.* Et quid ſit illud teſtamentum, ſubditur:

f *Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis.* Gene. xxij. d. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terre. Quod impletum eſt in Chriſto.

h *Vt ſine timore de manu.* ſcilicet ſeruili.

i *Seruiamus illi, in ſanctitate & iuſticia coram ipſo omnibus.* quia ipſe eſt ſanctuſſanctorum.

k *Et tu puer pro. altiſſimi uocaberis, præibis. n. ante faciem Domini par. ni.* Gregor. Quiſquis autem prædicando, à ſordibus vitiorum audientium corda mundat, Domini venientis ad cor viam præparat. Et ſic patet, quòd per Iohannem prædicator euangelij deſignatur. Expoſ. in. lib. 1 Reg. cir. ſi. ini.

o *Ad dandam ſcientiam ſalutis.* & non curioſitatis.

p *In remiſſionem peccatorum.* quæ fit per Dominum operantem, & per prędicatorem diſponentem: ideo ſubditur:

q *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus uiſitauit nos.* in ſua natiuitate, vt dictum eſt: Et adhuc quotidie viſitat illuſtratione ſuæ gratiæ: ideo ſubditur:

ſ *Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent.* i. in culpa mortali: quæ eſt vmbra pœnæ inferni.

u *Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* ſcilicet internæ fraternæ & ſupernæ, in qua diriguntur liberati à peccato mortali per donum gratiæ diuinæ.

x *Puer autem creſcebat & confortabatur.* Be. Prædicator pœnitentiæ futurus, vt liberius auditores ſuos à mundi illecebris erudiendo ſuſtollat, in deſertis primæuam tranſiuit vitam. Luc. ibi.



tiæ futurus aſpera ſolitudinis elegit, vbi primæuam exigit ætatem, vt iuuenis liberius ab amore mundi auditores ſuos reuocaret.

A

In Luc. euang. c. 1. lib. 1. c. 4. to. 5.

## NICOLAVS DE LYRA.

in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

¶ a Vſq; in diem oſtenſio. ſuæ ad Iſrael. *Quod factum eſt ann. xv. imperij Tiberij Cæſaris: Tunc. n. exijt de deſertis ad prædicandum populis, vt habetur infra iij. capitulo.*

Lucæ in ca. j. vbi dicitur in poſtil. Ideo ſaluo meliori iudicio videtur melius dicendum eum fuiſſe ſimplicem ſacerdotem.

### ADDITIO I.

*Sententia Ambro. & Bedæ videtur probabilior, non obſtantibus his quæ per poſtillatorem obijciuntur. Ex his. n. quæ ab euangeliſta traduntur in hoc loco, ſatis oſtenditur Zachariam fuiſſe ſummum ſacerdotem. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd incenſum de quo euangeliſta hic facit mentionem, non debet intelligi de communi incenſo, quod in qualibet die bis concremabatur in altari incenſi, vt habetur Exod. xxx. Quod quidem incenſum etiam per ſimplicem ſacerdotem adminiſtrabatur, ſed intelligendum eſt de incenſo illo quod ſemel in anno. ſ. in feſto expiationis tantum per ſummum ſacerdotem in ſanctaſanctorum adminiſtrabatur. Quod quidem incenſum licet eſſet eiuſdem ſpeciei cum alio communi, tamen quantum ad eius adminiſtrationem in templo, à communi incenſo differebat in multis, & ſpecialiter in tribus. Primo. ſ. in hoc, q quando ſummus ſacerdos prædicta die illud incenſum miniſtrabat, nulli erat licitum eſſe in tabernaculo, donec ſummus ſacerdos inde egrederetur, vt habetur expreſſe Leui. xvij. vbi tractans quomodo ſummus ſacerdos intrare deberet in ſancta, & ponere ſuper ignem aromata, & aſpergere ſanguinem, & huiuſmodi, ſubdit: Nullus hominum ſit in tabernaculo quando pontifex ingreditur ſanctuarium, &c. donec egrediatur, quod de alio incenſo quotidiano minime legitur. Et ideo euangeliſta notanter dixit, quòd omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. In quo oſtenditur quòd hora iſtius incenſi omnis multitudo debebat eſſe foris. ſ. extra tabernaculum ſeu templum, quod pertinebat in incenſo diei expiationis tantum. Secundò, quòd in incenſo huius feſtiuitatis erat ſingulare, quod qui niſi adminiſtraretur rite cum igne ab altari holocauſti accepto, pontifex erat reus morte temporali, prout de filijs Aaron: Nadab & Abiu legitur. Et inde eſt quod Leui. vbi de ſolemnitate feſti expiationis agitur, præmittitur ibidem. Loquutus eſt Dominus ad Moyſen poſt mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti ſunt, &c. q.d. comminatorie quòd illa, quæ ibi præcipiebãtur, oportebat ſeruari, ne contingeret ipſi Aaron ſicut & filijs ſuis ſupradictis in adminiſtratione incenſi. Et infra, declarans quòd iſtud periculum ſpecialiter erat referendum ad officium proprium incenſi illius feſti, ſubiungit. Aſſumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerat, & hauriens manu thymiama incenſum, &c. vapor operiat oraculum quod eſt ſuper teſtimonium. i. ſuper arcam, & non moriatur. Ex quo patet q ſummus ſacerdos in officio huius incenſi in die expiationis erat maxime aſtrictus ad ceremonialia eius rite celebranda ſub pœna ſubitæ mortis temporalis, ſicut de Nadab & Abiu. Et ideo hora in qua iſtud incenſum adminiſtrabatur, populus attente aſpiciebat orando Deum pro ſummo ſacerdote, ne periclitaretur in illo officio, vt & ipſe cum eis expiaretur. vnde notanter dicit euangeliſta. Et omnis multitudo populi erat orãs foris hora incenſi. Non. n. in cæteris diebus quando bis in die incenſum concremabatur per ſimplicem ſacerdotem, credendum eſt quòd omnis multitudo populi conueniſſet ad orandum: eſſet. n. valde oneroſum. Similiter notanter dicit euangeliſta, hora incenſi, non faciens mentionem de immolationibus & diſtillationibus & cæteris officijs in illo feſto. ſ. celebrandis propter ratione prædictam: quia in illo officio incenſi præcipue conſiſtebat prędictum periculum ſacerdotale. Hoc idem patet ex eo quod dicitur infra. Et erat plebs ſpectans Zachariam, & mirabantur q tardaret. Non. n. veriſimile videtur, quòd plebs ſpectaſſet ſimplicem ſacerdotem in officio incenſi quotidiani: quod bis qualibet die adminiſtrabatur. Tertiò, quia ſicut dicit poſtillator, hoc incenſum, ſ. feſti expiationis non exponebatur per modum oblationis ſeu ad adolendum ſicut quotidianum, ſed ſolum vt nebula conſurgens operiret oraculum, vt patet Leu. quod denotat euangeliſta, cum dicit, Vt incenſum poneret: Non enim dixit, incenſum offerret, ſicut ſupra eo. ca. Sacerdotes Dei incenſum offerunt. Nec etiam dixit, vt adoleret, ſicut Exod. xxx. loquens de quotidiano incenſo dicit: Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron ſuaue flagrans, & cæt. ſed tantum dixit, vt incenſum poneret, vt denotaret quòd hoc incenſum non adminiſtrabatur per modum oblationis, ſeu ad adolendum, ſed tantum ponebatur ratione prædicta. Item notanter dixit euangeliſta, vt incenſum poneret ingreſſus in templum Domini, &c. In quo oſtenditur, quòd poſitio huius incenſi erat ſibi debita ex ingreſſu templi Domini, non ratione conſumptionis ſacrificii, ſed ad tuitionem ſacerdotis ſanguinem intra ſanctaſanctorum aſpergentis hoc incenſum ponebatur: quod eſt ſingulare in ſummo ſacerdote & in feſto expiationis, vt dictum eſt. Ex quibus manifeſte patet, quòd officium huius incenſi, de quo euangeliſta loquitur, pertinebat tantum ad ſummum ſacerdotem, ad quem ſolum officium feſti expiationis pertinebat, vt Le. cap. allegato. Idem patet per hoc quod habetur eodem capitulo, vbi ſic: Et factum eſt vt impleti ſunt dies officij eius, abijt in domum ſuam. Singulare enim erat in ſummis ſacerdotibus, ut per ſeptem dies ante feſtum expiationis ſepararentur à proprijs domibus, & habitarent in certis cœnaculis templi, vt Deo deuotius manciparentur, vt habetur expreſſe in Thalmud in libro qui intitulatur Ioraa, id eſt dies expiationis, ſcilicet vbi tractatur principaliter de hoc feſto. Quæ quidem ſeparatio ſecundum eos habet fundamentum Leuitic. xxi. vbi de ſummo ſacerdote ad literam tractans dicit: Et non egrediatur de ſanctis. vbi Hebraica veritas habet, de ſanctuario. Quod intelligitur de tempore celebrationis huius feſti. De cæteris autem ſacerdotibus non legitur ſimile. Et ſic manifeſte patet quòd Zacharias erat ſummus ſacerdos, eo quòd incenſum ponebat in feſto expiationis, quæ poſitio ſoli ſummo ſacerdoti pertinebat. Et ſic ſententiæ ſanctorum, ſcilicet Ambroſii & Bedæ ſunt validæ. Cui concordat magiſter hiſtoriarum, & nullus ſanctorum doctorum oppoſitum aſſerere videtur. Vnde & in eccleſiis huius regionis in officio matutinali natiuitatis Beati Iohannis Baptiſtæ, expreſſe legitur, quòd hæc poſitio incenſi fuit in die expiationis. Eſt etiam maxime conſonum rationi, quòd conceptio præcurſoris Chriſti (qui ad dandam ſcientiam ſalutis plebi in remiſſionem peccatorum venerat) in die expiationis (qui in memoriam remiſſionis peccati vituli agebatur) fuiſſet annunciata, & conſequenter conceptio Chriſti die immolationis agni paſchalis, quando etiam Chriſtus paſſus eſt, annunciata fuiſſet. Cum enim annunciatio præcurſoris fuit in die expiationis, ſcilicet. x. luna menſis ſeptimi, cuius conceptio fuit per aliquos paucos dies poſt, quando ſcilicet Zacharias reuerſus fuit ad domum ſuam, ſequitur, quòd ſextus menſis à dicta conceptione finiretur in. xiiij. luna primi menſis, fere quando agnus immolabatur. Vtrum autem hoc. xiiij. luna concurriſſet cum. viij. kalendas Aprilis, prout magiſter hiſtoriarum dicit, vel non, non eſt multum curandum. Nam computatio feſtiuitatum in lege antiqua, ſolum reſpiciebat menſes lunares. Ad illud autem, quod obiicit poſtillator de hoc quòd non fuit facta mentio quòd ingreſſus eſſet Zacharias niſi ad imponendum tantum incenſum, &c. Dicendum, quòd quia in adminiſtratione incenſi præcipue conſiſtebat periculum ſummi ſacerdotis in illo feſto, qua ratione & multitudo populi in illa hora ſpecialiter orabat, vt dictum eſt: idcirco de illo officio tantummodo fecit mentionem, non autem de aſperſione ſanguinis, in qua non conſiſtebat eodem modo periculum tale: Licet etiam credendum eſt, quòd celebraſſet aſperſionem ſanguinis, & feciſſet omnia alia ad huiuſmodi officium pertinentia, quæ tamen euangeliſta prætermiſit, non curans tractare niſi de incenſo, in quo tempore populus orabat & angelus apparuit. Ad aliud quod obijcit de hoc quod dicitur: Apparuit ei angelus ſtans à dextris altaris incenſi, &c. Dicendum, quòd poſito quòd illud altare nõ ſit intra ſanctaſanctorum, ſed intra ſancta tantum, ex hoc non ſequitur quòd Zacharias non intraſſet ſanctaſanctorum, ſed quòd angelus apparuit ei intra ſancta. Ad aliud autem quod dicit, quòd illud incenſum, ſcilicet feſti expiationis non ponebatur ad offerendum, ſed vt nebula conſurgens operiret oraculum, &c. Dicendum quòd hoc eſt verum, ſed magis facit contra eum, vt dictum eſt. Ad hoc autem quod dicit vlterius, quòd præter illum ingreſſum quod pertinebat ad ſummum ſacerdotem tantum, quotidie intrabant ſacerdotes minores, & cæ. Dicendum quòd verum eſt, ſed Zacharias intrauit vt ſummus ſacerdos ad ponendum incenſum, pertinens ad diem expiationis, vt iam dictum eſt. Ad aliud quod dicit, quod videtur eſſe ficticium, vt ſummus ſacerdos eſſet ille, in cuius hebdomada cadebat expiationis feſtum, & cæ. Dicendum, quòd verum eſt hoc non eſſe autenticum, ſed veritas huius nõ requiritur ad veritatem ſententiæ Ambroſii & Bedæ ſupradictæ, ſed tantum requiritur quòd eſſent plures ſummi ſacerdotes ſimul, & non vnus tantum: Quod etiam in templo primo poſſet concedi. Nam in illa ordinatione, quam fecit Dauid de ſacerdotibus, vt videtur. 1. Parali. xxiiij. a. ſatis patet quod Sadoch erat ſummus ſacerdos inter filios Eleazar, & Achimelech inter filios Ithamar & ſic erant duo ſummi ſacerdotes ſeu pontifices, licet poſtil. videtur diſſentire huic. Sed quidquid ſit de templo primo ſaltem in templo ſecundo, præſertim verſus finem manifeſte patet, quòd erant plures ſummi ſacerdotes ſimul. Nam in paſſione Chriſti Mar. ca. xiiij. dicitur, quòd illi qui venerant ad capiendum Chriſtum, fuerant miſſi à ſummis ſacerdotibus. Et ſic patet, quod ſimul concurrebant plures ſummi ſacerdotes in vnum, quorum quilibet poterat celebrare in feſto expiationis. Sed ad eligendum quis eorum miniſtraret, prouidebatur per ſortem: quia ſorte quilibet retrahebat ſe à celebratione illius diei timore periculi ſupradicti. vnde euãgeliſta dicit: Sorte exijt, vt incenſum poneret. Non. n. dixit, ut ſacrificaret, vel huiuſmodi: licet eſſent principalia in illo officio: Sed poſitionem incenſi commemorat, vt inueneret periculum quo ab hoc officio retrahebantur. Poſſet etiam illud verbum, ſorte exijt (vt quidam dicunt) referri ad primam electionem Zachariæ in pontificatum, quæ forte per ſortem fuerat, &c.*

Qui. 10. ibidem. Ex quib. differt incenſum in feſto expiationis à communi. alleg.

B

C

D

In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. quia fuit conceptus in ſeptembris menſe.

### ADDITIO II.

*Vt dictum eſt in præcedenti additione, præcurſor conceptus fuit circa medium menſis ſeptimi, et per conſequens Saluator circa medium mẽſis primi,*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E *primi, loquendo de menſibus lunaribus, quibus tunc feſta regulabantur.*

In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Licet enim Ioſeph non fuc. Sal. pater.

*ADDITIO III.*

*De hac materia ſunt largè tractatum ſupra in additione Matthei primo vbi agitur de genealogia Chriſti. vide ibi.*

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Mulieres benedicentur in te.

*ADDITIO IIII.*

*Melius videtur dici ſecundum Greg. in glo. vbi ſic: Vtriq; in vtriſq; benedicuntur. Velut. n. per vnam & vnum fœminam & marem peccatum ſimul & triſticia, ſic & nunc per vnam & vnum benedictio reuocata eſt, & lęticia ad ſingulos eſt profuſa.*

In eo. ca. vbi dicitur in poſtill. Quoniam virum non cognoſco.

*ADDITIO V.*

*Licet. n. quod noſtri doctores tradunt de propoſito beatæ virginis circa virginitatem, ſimiliter & de eius voto ſint tenenda tanquam vera, verba tamen beatæ virginis dicentia: Quoniam virum non cognoſco, nō videntur hoc dicere, nec ex eiſdem verbis videtur hoc ſequi. Poſſibile. n. eſt, quòd aliqua virgo non cognoſcat virum, communiter loquendo ſeu intelligendo de viri cognitione, & tamen non habeat propoſitum nec votum virginitatis. Sed prædicta virginis verba per amplius videntur enucleanda. Ad quod ſciendum, quòd ſecundum, Aug. in libro de moribus eccleſiæ, & etiam antiquos Philoſophos, virtutes multipliciter cōſiderantur. Vno ſcilicet modo, prout ſunt exemplares, & ſic pertinent ad Deum, in quo præexiſtunt omnium rerum rationes. Alio modo prout ſunt politicæ, et ſic pertinent ad hominem inquantum rectè ſe habet in rebus humanis gerendis: De quibus virtutibus, ſcilicet politicis Philoſophi communiter tractant: Inter quas virtutes, ſcilicet politicas & exemplares, quædam mediæ interponuntur, ſcilicet virtutes purgatoriæ, quæ pertinent ad illos, qui virtutes politicas tranſcendentes in diuinam ſimilitudinem conantur tendere. Sunt etiam ſuper hæc virtutes purgati animi, quæ dicuntur virtutes iam quodammodo aſſequentium diuinam ſimilitudinem, quantum in hac vita poſſibile eſt, quæ a Philoſopho virtutes Heroicæ dicuntur, id eſt diuinæ: Secundum quam conſiderationem dicunt, quòd temperantia purgati animi attingitur, cum iam quis tantum aſſequitur diuinam ſimilitudinem, vt terrenas cupiditates neſciat. Et ſecundum hunc modum virginitas videtur attribuenda Beatæ virgini. ſic, ſcilicet vt terrenas concupiſcentias nedum non habeat, ſeu proponat vel voueat non habere. ſed etiam vt eas penitus neſciat: quod eſt altius & perfectius quam virginitatis propoſitum habere ſeu vouere. Et hanc ſententiam propriè ſonant ipſius verba, cum dicit: Virum non cognoſco. quæ proprie pertinent ad viginitatem purgati animi*

F *ſcilicet heroicam: Quæ quidem diſtinctio virtutum quadripertita tractatur ad plenum in prima ſecundæ. q. lxi. arti. v. in corpore quæſtionis.*

Ca. 15. 4. 5 — 7. Ethic.

In eod. cap. j. vbi dicitur in poſtil. Veruntamen. quia iſtud exemplum non eſt vſquequaque.

*ADDITIO VI.*

*Hoc exemplum eſt ſatis perfectum interrogationis Virginis Mariæ. Ipſa enim (vt dictum eſt) non quærebat de facto, ſed de modo fiendi, ſcilicet vtrum ordine naturali conceptura erat vel ſupernaturali: & ideo cum angelus ei inducit exemplum de conceptione ſterilis, quæ eſt ſupernaturalis, ſufficienter erat virgo edocta de modo fiendi, quòd erat ſcilicet miraculoſum per omnipotentiam diuinam, & ideo ſubdit, quia non eſt impoſſibile &c.*

In eod. capit. vbi dicitur in poſtil. Sed poſtea cum aſſenſit tunc conce. &c.

*ADDITIO VII.*

*Videtur poſtill. ſentire: quòd conceptio filij Dei fuit facta ſtatim cum Beata virgo dixit: Fiat mihi ſecundum verbum tuum, & non antea: Et eſt vera communis opinio doctorum. Vnde magiſter in. iij. dicit: Poſt conceſſum ſeu conſenſum virginis ſanctæ. ſpiritusſanctus peruenit in ipſam ſecundum verbum Domini. Et infra potētiam Dei verbi receptiuam præparans ſimul autem & generatiuam. Similiter ſanctus Tho. in. iij. par. q. xxx. arti. 1. in corpore. q. Inter alias rationes quas aſſignat, quare fuit conueniens virginem annunciari per angelum. Vna eſt, vt oſtenderetur eſſe quoddam ſpirituale matrimonium inter filium Dei & humanam naturam: vnde per annunciationem ſpectabatur conſenſus virginis, quem expreſſit dicendo: Ecce ancilla Domini, &c. qui requirebatur ad illud ſpirituale matrimonium, ſcilicet incarnationis inter filium Dei & humanam naturam. Bern. etiam ſuper miſſus eſt. oſtendens, quòd conſenſus virginis requirebatur ex diuina ordinatione ad incarnationem verbi diuini, quaſi alloquens virginē in perſona humani generis ſic ait: Statim liberabimur ſi conſentis. Et infra eam alloquens, dicit: Reſponde itaque citius angelo, immo per angelum Domino reſponde, verbum profer tuum & concipe diuinum: Emitte tranſitorium, & amplectere ſempiternum. Ex quo patet, quòd ex mente Bernardi eſt, quòd dum Beata virgo protulit verbum, tuum: vel ſaltem in vltimo inſtanti prolationis concepit verbum æternum. Sed fuerunt quidam ab huius veritate deuiantes, qui videntur aſſeruiſſe, quòd incarnatio verbi diuini præceſſit ſalutationē angelicam. Vnde in quibuſdam eccleſiis etiam cathedralibus & aliis non modicæ autoritatis, in quadam lectione de annunciatione virginis hæc verba cōtinentur: miſſus fuit Gabriel ad virginem antequam ad virginem perueniſſet, inuenit Deum virgineis illapſum viſceribus, & diuinam maieſtatem virginalis ventris breuitate concluſam. Et infra poſt pauca ſubdit.*

Hom. 4. ſup miſ.

G *Deniq; & archangelus non ait: Aue gratia replenda, ſed plena: nec, veniet in te: ſed Dominus tecum. Hæc in prædicta lectione. Quæ quidem aſſertio veritati euangelicæ manifeſte repugnat. Teſtatur enim euangeliſta angelum poſt ſalutationem virgini dixiſſe, Ecce cōcipies in vtero. Ex quo patet, quòd conceptio Chriſti in vtero etiam poſt ſalutatione fuit futura: non ergo ante prædictam ſalutationem in vtero concepit, cum talis conceptio non fuit niſi ſemel. Legitur etiam de Chriſto, quòd vocatum eſt nomen eius Ieſus: quod vocatū eſt ab angelo priusq in vtero cōciperetur. Ex quo patet manifeſtè quòd quū Angelus dixit B. Virg. Vocabis nomen eius Ieſum, nondum conceptus erat in vtero Chriſtus. Sed conſtat, quòd ſalutatio præceſſit prædictam vocationem: ergo quando virgo fuit ſalutata, nōdum conceptus erat Chriſtus in vtero. Quod manifeſte euacuat prædictam aſſertionem. Probationes autem, quas prædicta lectio inducit, nihil faciunt ad propoſitum ſuum oſtēdendum. quia cum dicit, gratia plena, intelligitur de gratia iuſtificationis ſeu ſanctificationis, quæ ſemper fuit in virgine. Similiter cum dicit, Dominus tecum. Sed cum hoc ſtat quòd erat replenda per conceptionem verbi incarnati. & ideo angelus ad eam poſt ſalutationem quærentem: Quomodo fiet iſtud, ait: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, quod ſonat de futuro. Similiter. Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. quod ſimiliter de futuro ſonat. Vnde ſi in dictis aliquorum doctorum inueniantur verba quæ prima facie ſonant, quòd Deus erat cum Beata Virgine ante miſſionem angeli ſeu ante ſalutationem, & huiuſmodi, intelligenda ſunt ſecundum gratiam habitualem ſeu ſanctificationem mentis virginis, non autem ſecundum verbi diuini incarnationem. Aliter. n. contradicerent euangelicæ veritati, vt dictum eſt. Quam quidem lectionem tanquam erroneam & euangelicæ veritati inconſonam in eccleſia Burgenſi, cui ad præſens indignus & immeritus diuina tamen permiſſione præſum, correxi: & ad conformitatem euangelicæ veritatis & ſententiæ ſanctorum doctorum ſub verbis ad hoc pertinentibus reduxi: ſubmittens tamen me & quæcunq; mea ſacroſanctæ ſedis apoſtolicæ determinationi & correctioni, & cuiuſcumque verius ſentientis, &c.*

Inf. c. 1.

In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Quia licet ex omnibus virtutibus fuerit diſpoſita ad conceptionem filij Dei, ſpecialiter tamen hoc fuit ex humilitate.

*ADDITIO VIII.*

*Ratio quare virtus humilitatis magis fuit diſpoſiti ad conceptionem quàm aliæ virtutes, Bed. declarat dicens: Dicebat. n. vt ſicut per ſuperbiam primæ parentis mors intrauit in mundum, ita per humilitatem Mariæ vitæ introitus panderetur. Et nota ſecundum Greg. ſuper illud: Beatā me dicent. Non autem beatam ſe appellat inani vexata gloria, ſed ſacro tacta ſpiritu, quæ futura ſunt prophetauit &c.*

H In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Aliter etiam dicitur, quòd negauit ſe eſſe prophetam tantum, &c.

*ADDITIO IX.*

*Aliter etiam poſſet dici, quòd negauit ſe eſſe prophetam, ſcilicet illum de quo legitur: Prophetam ſuſcitabo eis, &c. quod intelligitur ad literā de Chriſto, de quo principaliter quærebant ſacerdotes & Leuitæ, vt Ioh. 1. poteſt haberi.*

REPLICA.

In primo ca. euangelij Lucæ poſtil. dicit. quorundam etiam ſanctorum ſententiam eſſe, quòd Zacharias pater Ioannis fuerit ſummus ſacerdos: cui ſententiæ adhæret Bur. contra poſtill. qui tenet cōtrarium. Et quamuis hæc veritas opinionum de ſacerdotio Zachariæ non videtur multum facere ad ſenſum literæ: quia ſiue Zacharias poſuerit incenſum, vt ſummus ſacerdos, ſiue vt ſimplex: ſufficit hora incenſi fuiſſe Iohannem annunciatum per angelum, tamen veriſimile eſt Zachariam non fuiſſe ſummum ſacerdotem: Maximè ideo, quia tempore dominij Græcorum & Romanorum ſuper Iudæos, ſummum ſacerdotium vendebatur. Ideo dicit Ioſephus Caipham ſummum ſacerdotium emiſſe. Non autem veriſimile, quòd Zacharias cū eſſet iuſtus, huiuſmodi cōtractus ſimoniacos fecerit vel approbauerit. Ea autem, quæ Burg. pro confirmatione ſuæ opinionis narrat, videntur ficta, quia ex ſcriptura fundamentum non habent. Primum, quod dicit, quòd tempore incenſi in die expiationis tantum populus foris orabat, non probat, quia poterant ſingulis diebus tempore incenſi foras orare. Nec ſecundum dictū Burg. fundatur in litera per eum allegata. Dicit. n. quòd filij Aaron fuerunt puniti propter exceſſum factum per eos in feſto expiationis. Nam ex litera poteſt haberi oppoſitum, quòd peccatum illorum non fuit factum in die expiationis: quia ponere incenſum illa die, verius pertinebat ad ſummum ſacerdotem. quia ſolus illo die intrauit in ſanctaſanctorum. Filij autem Aaron non fuerunt ſummi ſacerdotes, ſed ſimplices, vt patet ex eorum conſecratione & veſtitione. ideo nihil ad eos de depoſitione incenſi illius. Fuit igitur error eorum de quotidiana poſitione incenſi per ſimplices ſacerdotes fiēdi. In qua quia contra præceptum Domini fuerunt ebrij, vt vſi igne alieno prohibito puniti ſunt, vt colligit Leui. x. a. Nec illud periculum mortis comminatum eſt ipſi Aaron & filijs eius reſiduis & eorum ſucceſſoribus pro ſolo feſto expiationis: ſed in omni miniſterio, quod coram Domino facere debuerunt, ideo dicitur conſequenter vbi ſupra. Hoc eſt qd loquutus eſt Dominus: Sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, id eſt qui in tabernaculo faciūt aliquod



A quod officium ſacerdotale: Ad obiurgādum aūt vitia punitorum ſubditur conſequenter: Vinū & oē quòd inebriare pōt non bibetis tu & filii tui bñ intrabitis tabernaculū teſtimōii, ne forte moriamini, ſubintelligitur, ſicut filii tui puniti ſunt ob ebrietatem & ignē alienum, iō ſequitur. Vt habeatis ſciam diſcernendi inter ſanctū & prophanum. ſ. ignē offerendum. Conſtat igitur illum ingreſſum tabernaculi non ſolum fieri in die expiationis, nec ſciam diſcernēdi eſſe neceſſariā ſolū die illo. Patet igitur, quòd ea quæ Bur. pro ſua opinione adducit, ex plana litera non habētur, ſed potius oppoſitū. Et quòd dic. Bur. plures ſimul fuiſſe ſummos ſacerdotes, nō habetur ex litera per eū allegata, ſed potius oppoſitū. Nec valet qd allegat ex euāgelio plures fuiſſe ſummos ſacerdotes, quia prout dictū eſt, hoc proceſſit ex auaritia Romanorū, & Iudęorū ambitione, qui emerūt ſummū ſacerdotiū à Romanis, & Romani vt amplius reciperēt pluries & plurib. vēdiderūt, qui cōtractus in Zacharia nō putatur veriſimilis. In eo. c. vbi cōceptionis virginis, ponitur exēplū cōceptio ſterilis, nō vſquequaq; ſiſte, vt inquit poſt. Bur. aūt dicit ipſū exēplū ſufficere ad virginis interrogationem, quia non de facto, ſed de modo fiendi quæſiuit. hoc tamen non videtur verum. quia virgo prius de facto & de mō fuit ſufficiēter inſtructa, quādo angelus dixit: Spiritusſanctus ſuperueniet in te &c. Exemplum igitur non fuit poſitum ad docēdum virginē de aliquo: Nec virgo ſumpſit exēplum illud pro doctrina, ſed pro ſolatio, quia alias ſequeretur quod virgo viſitans Eliſabeth iuiſſet ad probandum exempli dati veritatem, quod falſum eſt, & contra beatum Ambro. ſuper Lucam, qui dicit virginem viſitaſſe, non quaſi incertam de nuncio, nec quaſi dubitantem de exemplo, ſed quaſi lætam pro voto, religioſam pro officio: nec vt verbum angeli mulieris in atteſtatione probaret. In eo. c. vbi dicitur de Iohanne, Tu puer propheta altiſſimi, &c. Poſtillator obiicit, quia Iohannes dixit ſe non eſſe prophetam, id eſt procul fantem, ſicut antiquitus, quia quod dixit: digito monſtrauit. Vel aliter negauit ſe prophetā tantum, quia fuit plus quam propheta. Bur. autem aliter ſoluit, dicens, quòd negauit ſe illum prophetam, de quo dicitur Deuter. xviij. quod ad literam de Chriſto exponitur. Sed videtur, quod iuxta Bur. ſolutionem non ſatisfeciſſet quærentibus neque quæſtioni, quia cum prius dixiſſet: Non ſum ego Chriſtus, de quo vt dicit Bur. exponitur illud Deutę. allegatum. de hoc non quæſierunt amplius: Sed cùm audirent quòd non eſſet Chriſtus, neque Elias, quæſierunt, quid ergo? ſaltem propheta es tu? Non igitur quæſierunt de propheta promiſſo in Deute. prout Bur. vult.

C

Lib. 2. c. 1. tom. 6. to. 5

## CAP. II.

Factum eſt autē in diebus illis, exiit edictū à Cęſare augusto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Hęc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyrino. Et ibant oēs ut profiterētur ſinguli in ſuā ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à

a Quibus creſcebat Iohannes, vel quibus Maria in domū celebrata eſt poſt tres menſes quib. cū Eliſabeth manſit.

Profeſſio.

Dominico.

a Vt nullus extra eccleſiam cenſum Deo reddat.

### GLOS. ORD. CAP. II.

Factum eſt au. Sequitur:

a *Exijt edi. à Cæ. Au.* Bed. Auguſtus xij. annis circa natiuitatem Chriſti in pace regnauit, vt ēt ad literam completum videatur illud propheticū: Cōflabūt gladios ſuos in vomeres, &c. Pacatiſſimo aūt tpe voluit Chriſtus naſci, quia pacē magnopere quæſiuit, & amauit. quia pacis amatores ſemp inuiſit. Voluit ēt vt diſcipuli quos ad prædicandum miſſurus erat, quocūq; vellēt ſecuri trāſire poſſent, & ab imminētiū ſeditionū feruore tremēda Romani nois vmbra protegerentur. Naſcituro Dño deſcribitur mundus, quia ille apparebat in carne, qui electos ſuos aſcriberet in æternitate: in quo nomē Auguſti vere impletur, qui ſuos augere ſufficiens, cenſorib. ſuę profeſſionis nō pecuniæ, ſed fidei oblatione ſignare præcepit: quia dū profeſſio ſecularis obtenditur, ſpūalis impletur. Abolito autem cenſu ſynagogæ vetuſto, nouus cenſus eccleſiæ paratur, qui tormēta nō exigit ſed aufert, quia nō vno nūmiſmate, ſed una ſignatur fide. Quietiſſimum & pacatiſſimum erat regnum, quia vna deſcriptione totum mundum concluſit. Propterea cenſus datus eſt, vt ſciret rex numerum hominum & magnitudinem. Hic primum Iudæa facta eſt ſtipendiaria Romanis.

B

b *Vniuerſus or.* Be. Ambr. Multæ gentes erant quibus non imperabat Auguſtus, ſed his verbis regnum Chriſti exprimitur, qui omnib. erat imperaturus. Quis enim poſſet totius orbis profeſſionem exigere, niſi qui totius orbis habeat imperium.

c *Pri. uer.* Be. Iam diuerſis temporibus pleręq; partes terrarū leguntur deſcriptę, ſed hæc eſt prima earum, quæ totum orbē concluſerunt, quæ profeſſio eſt mentium, quia nullus excluditur. Vel certe tunc primum cępit, quando Cyrinus a Cæſare in Syriam miſſus eſt, cenſor patrimoniorum futurus.

d *Syria.* Syria, in qua Iudæa eſt media, & quaſi vmbilicus eſt totius terræ. Cenſus ergo primum in medio terrę exigitur, vt inde poſtea vſq; ad fines terræ exigeretur & redderetur.

e *Cyri.* Ambr. Hiſtorico more ſcribens, vt ſeriem temporis deſignet, nomen præſidis tanquam conſulis, ſigni gratia huic libro aſcribit. Nam ſi conſules aſcribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptori omnium debuit tps aſcribi. Habemus hic omnia, quæ in contractib. eſſe ſolēt. Vocabulū ſummam ptātē gerentis, diem, locum, cauſam, teſtes etiam qui adhiberi ſolent. Hos quoq; natiuitati ſuæ & generationi Chriſtus adhibuit, qui ſignarent euāgelium, dicens: Vos eritis mihi teſtes in Ieruſalem. Be. Sicut imperante Auguſto & præſidente Cyrino, ibant ſinguli in ſuam ciuitatem vt profiterentur cenſum, ſic modo imperante Chriſto, per doctores eccleſiæ præſides profiteri debemus cenſum iuſticiæ. Subeamus iugū quod leue eſt, veniamus ad requiem animarū, quæ eſt patria nr̃a. Et ſicut Cæſari ſoluebatur denarius qui decē nūmos hēbat, qui ēt noīe Cæſaris titulabatur, ſic offeramus regi nr̃o decalogū legis, in quo vultum nr̃i regis i. agnitionē volūtatis eius inuenimus: Quem denarium quaſi ſacculo incluſum portamus in via, cum in occulta conſciētiæ meditatione ſeruamus. Proferemus aūt cum regem in decore ſuo contuebimur, vel etiā proferimus, cum ea quæ in tenebris diſcimus, in lumine dicimus, & quod in aure audiuimus, prædicamus in tectis.

Nazareth

### NIC. DE LYRA. CAP. II.

Factum eſt au. *Deſcripto ortu præcurſoris, hic conſequenter deſcribitur ortus Saluatoris. Et primo deſcribitur Saluatoris ortus. ſecundo, debitus ritus, ibi: Et poſtquam conſummati. tertio pueri profectus, ibi: Puer autem creſcebat. Circa ortum Saluatoris primo deſcribitur tempus, ſecūdo locus, ibi. Et ibant omnes. tertio, virginis partus, ibi: Factum eſt autem. quarto angelorum cantus, ibi: Et paſtores erant. Circa primum dicitur:*

b Exiit edi. a Cæ. Aug. *Hic oſtenditur tempus natiuitatis Chriſti, qui natus eſt anno. xlij. Auguſti Cæſaris, qui nominatus fuerat Auguſtus ab augendo, quia notabiliter auxit imperium Romanum: & propter hoc in diebus ſuis aliis gentibus imperio Romano ſubiectis, fuit in orbe pax vniuerſalis. ideo mandauit:*

c Vt deſcribe. vniuerſ. or. *Vt per hoc ſciretur qualiter terræ diuerſæ eſſent populatæ, et quanta tributa ſingulę poſſent reddere, ut ſic tributis indebitis non grauarentur, & ſciretur per quem modum ſingulæ terræ ſub imperio Romano melius regerētur. Ex hoc etiam patet, quod Chriſtus natus fuit tempore maximæ pacis, ſicut fuerat prænunciatum a prophetis. Orietur in diebus eius iuſticia, & abundantia pacis. Item Iſa. ij. b. Non leuabit gens contra gentem gladium. Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi. princeps pacis.* D

Pſal. 71. b — Iſaie. 2. b — Ibidem. 9. b

d Hæc deſcriptio prima facta eſt. *Dicitur autem prima quantum ad generales deſcriptiones orbis, quia ante iſtam bene fuerunt aliæ deſcriptiones partiales, ſicut patet. ij. Reg. xxiiij. & 1. Parali. xxi. de numeratione populi & deſcriptione, quam fecit Ioab de mandato Dauid. Dicitur etiam prima ſecundum alios quantum ad alias partes eiuſdem deſcriptionis, quia Syria eſt in medio terræ habitabilis. & ideo ibi fuit inchoata iſta deſcriptio, vt inde denunciaretur fieri in alijs prouincijs circulariter.*

e A præſide Syriæ Cyri. *Hunc enim Cyrinum Cæſar Auguſtus prefecerat Syriæ ad ipſam regendam.*

f Et ibant omnes, ut profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. *Hic deſcribitur natiuitas Saluatoris quantum ad locum, quia iſta deſcriptio præcepta erat fieri in principalibus ciuitatibus, et ibi conueniebant qui ibi habuerant originem vt ſic deſcriptio fieret non ſolum ſecundum numerum perſonarum, ſed etiam ſecundum determinationem genealogiarum, vt ſciretur numerus determinatus nobilium & ignobilium, & hoc eſt quod dicitur:* Et ibant oēs, vt profiterentur ſing. in ciuitatem ſuā. *Profitebantur autem dupliciter ſe eſſe ſubiectos Romano imperio: ſcilicet ſcripto, quia eorum nomina ſcribebantur de mandato imperatoris, & etiam facto, quia ſoluebant cēſum imperatori: propter quod in numiſmate cenſus erat imago imperatoris, vt habetur Mat. xxij.*

g Aſcen. au. & Io. à Ga. *i. in qua manebat.*

In Iudæam.

### MORALITER.

*Factum eſt autem.* Sequitur:

g *Aſcēdit au. & Io.* Per Mariam, eccleſia deſignatur, & per Ioſeph ſponſum eius epiſcopus, propter quod annulum habet ſicut ſponſus. Et ſicut Maria fœcundata fuit, non tamen à Ioſeph ſponſo, ſed à ſpiritusſancto, ſic & eccleſia fœcunditatē gratiæ habet a Deo. Aſcendunt aūt in Bethleem ciuitatē ſuā. ſ. cæleſtem. Bethleem. n. domus panis interpretatur, & in cæleſti ciuitate panis viuus in propria ſpecie deguſtatur, & profitentur oium imperatori ſe ſeruire.



*Et peperit*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Naza.* Be Quotidie Dñs in Nazareth concipitur, in Bethleem naſcitur, cũ aliquis flore verbi ſuſcepto ſe domũ æterni panis operando efficit. Quaſi in aluo virginali concipitur, in corde credentis per fidem, generatur per baptiſma. Quotidie Dei genitrix eccleſia, ſuum comitata doctorem, de tota mundi in ciuitatem cõfeſſionis & laudis aſcendens, cenſum ſuę deuotionis regi æterno perſoluit. Quæ quaſi alii deſponſata, ſed ab alio fęcundatur, dũ propoſito ſibi pontifici viſibiliter iungitur, ſed inuiſibili ſpũs virtute cumulať. Vñ Ioſeph auctus interp̃tať, indicans ipſo nomine, ꝙ inſtantia loquentis magiſtri nihil valet niſi augmentũ superni iuuaminis vt audiať acceperit.

In Luc. euangel. c. 2. li. 1. c. 5. tom. 5.

b *Fa.eſt a.* Alibi cõcipi, alibi naſci Dominus voluit, vt inſidiãtis Herodis furorẽ facilius euaderet. Humilitas Xp̃i cõmẽdať, q̃a nõ ſolũ incarnari, ſed ẽt illo tẽpore naſci voluit, quo mox natus cenſui Cæſaris propter noſtram liberationem ſubderetur.

c *Pan.eum in.* Vilibus induitur pannis, vt ſtolã immortalitatis reciperemus. Manus & pedes ſtringũtur, vt manus noſtræ ad bene operandum, pedes in viam pacis dirigantur. Paruulus factus ut nos perfecti ſimus.

d *Lo.in diue.* Diuſoriũ eſt domus inter duos muros, duas ianuas habẽs. Figurat eccleſiam inter paradiſum & mundum. Be. In diuerſorio, vt in uia naſcitur, qui ait. Ego ſum via, qua ad patriã veritatis & vitæ veniamus. (Ibid. m. Ioan. 14. a)

e *Et paſt.* Be. Nato ſummo paſtore, paſtores ab inſidiis noctis gentium greges more pecudum prius viuentes uigilando defendunt, & in aulã Dei cõgregant. Quib. bñ uigilantib. angelus apparet, & eos claritas circũfulget, q̃a illi p̃ cæteris ſublimia videre merẽtur, qui fidelibus ſolicite præſunt, ſuper quos diuina gratia largius coruſcat. (vbi ſup.) († gloria)

f *Et ecce an.* Be Et concipiendũ, & conceptum & natum Dominum, cæli ciues teſtantur, vt & mortales ſufficienter imbuant, et ſuum autori ſeruitium impendant. (Ibidem. † annũcio)

g *Circum.* Be. i. ex omni parte illorum fulſit radios ſui luminis aſperſit, quod in tota veteris Teſtamenti ſerie non inuenitur. Conſonat autem qui ait: Nox p̃ceſſit, dies autem ap. Abiiciamus ergo o. te. & ind. ar. lu. (Roma. 13. d)

h *Hodie.* Cum nox eſſet: Non ait, hac nocte ſed hodie, quia ſ. gaudium venerat nunciare. Vbi triſtia geruntur, noctis mentio ſolet fieri: vt, Scandalum patiemini in me nocte iſta. (Matt. 26. c)

*Infantem*

¶ Vbi conceptus eſt Chriſtus.

a Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iu-

¶ Qui gerebat typum Chriſti.

dæam ciuitatem Dauid, quæ voca-

¶ Domus panis, quia ibi natus eſt qui ſuos reficit æterno pane. ¶ In præconium futuri.

tur Bethleem, eo quod eſſet de do- b

¶ Vbi profiterentur iuſtus & uirgo, niſi ubi Chriſtus naſcitur, i. in pacato corde? Prope eſt uerbum in corde tuo & in ore tuo.

mo & familia Dauid, ut profitere- c

tur cum Maria deſponſata ſibi uxo

b re prægnante. Factum eſt autem d

cũ eſſent ibi, impleti ſũt dies † ut pa

¶ Non in domo potentum, ſed in uia naſcitur, quia per humanitatem quaſi in alieno naſcebatur, non ſecũdum poteſtatem ſed ſecundum naturam.

reret: & peperit filiũ ſuum primo- e

¶ Be Non poſt quem alii, ſed ante quem nullus.

c genitum, & pannis eum inuoluit, f

a ¶ Ponitur in præſepio i. corpus Chriſti ſuper altare.
b ¶ Be. vt ſancta animalia carnis ſuę frumento reficiat, qui panis eſt angelorum. c ¶ Be. Loco eget, vt nos plures in cælis habeamus manſiones.

& reclinauit eũ in † præſepio, quia g h

d nõ erat ei locus in diuerſorio. Et pa- i

e ſtores erant in regione eadem † uigi

lantes & cuſtodientes † vigilias no-

¶ Ambr. Grex populus, nox ſeculum, paſtores ſacerdotes, vel etiam angeli.

f ctis ſuper gregem ſuum. Et ecce an- k

gelus Domini ſtetit iuxta illos: &, l

¶ Vt non ſolum voce ſermonis, ſed etiam diuinæ lucis claritate ortus veri luminis aſtruatur.

g † claritas Dei circumfulſit illos, & m

timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere:

Ecce enim † euangelizo uobis gau- n

dium magnũ, quod erit omni po-

¶ Be. Fidelium de cunctis diuerſitatibus gentium congregando, æternum gaudium nunciatur.

h pulo: quia natus eſt † nobis hodie o

dio & delectatione, & ideo per ſeipſam puerum natum recepit, inuoluit & reclinauit, vt hic dicitur.

g Et reclinauit eum in præſepio. *Ioſeph enim in illo itinere adduxerat ſecum aſinum ad portandum uxorem prægnantem, & bouem ad uẽdendum in Bethleem vbi erat congregatio populi magna, ut de precio ſolueret expenſas in via, & illis duobus animalibus fecit præſepium iuxta ſe, in quo beata virgo reclinauit filium natum, ſecundum quod fuerat prædictum Habacuk iij. ſecundum tranſlationem LXX. quam ſequitur officium Eccleſiaſticum: Domine audiui auditum tuum & timui. Conſideraui opera tua & expaui, in medio duorũ animalium. Fuit enim prophetæ admirationis pauor, quod in loco tam humili reclinaretur Saluator unde ſubditur:*

h Quia non erat ei lo. in di. *Eſt enim diuerſorium hoſpitalaria ad quam diuertunt venientes ab extra ad hoſpitandum. Ciuitas autem Bethleem tunc erat plena populo, qui venerat ad prædictam profeſſionem: & illi qui erant potentiores occupauerant loca maiora, & ideo licet Ioſeph erat de nobili genere, vt prædictum eſt, non tamen erat de ditioribus: & ideo ita paruum locum habuit, q̃d Saluator natus in præſepio reclinatus fuit, ad impletionem prophetiæ prædictæ, & ad dandum exemplum humilitatis perfectæ, a qua Saluator incœpit à natiuitate, & eam continuauit vſque ad mortem: in qua humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, ſecundum q̃ dicitur Phil. ij.* († Maria. † præſep. † in ſuper noctantes † cuſtod.)

i Et paſto. *Hic conſequenter deſcribitur angelorum cantus exultantium in natiuitate Saluatoris: vbi primo deſcribitur natiuitatis huius denunciatio. Secundo angelorum exultatio, ibi. Et ſubito facta eſt cum angelo. Tertio, paſtorum deuotio, ibi: Et factũ eſt. Circa primum præmittitur quibus facta eſt dicta denunciatio, cum dicitur:* Et pa. e. in r. ea. ui. *Erant enim ſimplices & abſque cautelis maliciæ, & occupati in officio ſanctorũ patriarcharum, qui dicuntur fuiſſe paſtores: Talibus autem ſolent fieri diuinæ illuminationes & conſolationes, & non hominibus in ſapientia huius mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum, occupatis, ſecundum quod dicit Saluator. Confitebor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: ideo ſubditur:* (Gen. 46. † vobis Matt. 11.)

k Et ecce angelus Domini ſtetit iuxta illos. *paratus ad reuelandum eis diuina.*

l Et claritas Dei circunfulſit eos. *non tantum exterius in corpore, ſed etiam interius in mente.*

m Et timuerunt. *ex inſolita viſione: ſed angelus eos conſolatur, dicens: Nolite timere. Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur:*

n Ecce enim euangeli &c. quod erit omni pop. *Non ſolum Iudæorum, ſed etiam gentilium.*

o Quia natus eſt no. hodie Salua. *Et dicit hodie, quia quamuis eſſet nox, erat tamẽ pars diei naturalis. Vel aliter, & melius ut uidetur, quia nox illa ex claritate diuina prædicta fuit ita illuminata, ac ſi eſſet dies clariſſima, ſecundum quòd fuerat prædictum. Et nox ſicut dies illuminabitur.* (Pſal. 138.)

¶ Qui eſt

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a In Iudæam ciuita. Da. *Iudæa hic accipitur adiectiue, quia Bethleem eſt quędam ciuitas in regno Iudęę, & vocatur ciuitas Dauid, quia inde oriundus fuit, vt habetur. 1. Regum. xvi.*

b Eo quod eſſet de domo & familia Dauid. *vt patet per genealogiam deſcriptam c. ſe. & Mat. 1. c.*

c Vt profiteretur cum Ma. ſibi. *Ipſa enim erat de eadem tribu cum Ioſeph, & ſucceſſerat in hæreditate paterna: & ideo iuit ad profitendũ cum eo, licet eſſet partui propinqua. Hoc etiam diuina diſpenſatione factum eſt, vt ſic Chriſtus naſceretur in Bethleem, ſicut erat prædictum. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.* (Mich. 5. a)

d Factum eſt autem cum eſſent. *Hic conſequenter deſcribitur uirginis partus cum dicitur:*

e Et peperit filium ſuum primo. *Et dicitur primogenitus, non quia poſt illum Maria alios filios habuerit, vt dicit Heluidius hæreticus: ſed quia ante illum alium non habuit: vnde & in lege filius vnigenitus offerebatur Domino, & redimebatur tanquam primogenitus, quia ab vno menſe redimebatur, vt habetur Nume. iij. et tunc primogenitus dicebatur, dato quòd nullus ſequeretur.*

f Et pan. eum inuo. per ſeipſam. *Ex hoc patet falſitas quæ ſcribitur libro de infantia Saluatoris ſcilicet ipſam obſtetricem habuiſſe in partu, quæ non requiruntur niſi propter afflictionem matris in partu, quæ non habuit locum in virgine, quia peperit ſine dolore: imo cum maximo gaudio &* (Falſitas lib. de infan. ſal. nato. reprobatur.)

## MORALITER.

✱ e *Et peperit filium ſuum primogenitum.* Eccleſia uerò filium parit in qualibet bona perſona, quando bonum prius conceptũ producit ad effectum, & pannis inuoluit, quando ab humanis laudib. hoc abſcondit: Et in præſepio reclinat, quando ex opere bono non eleuatur, ſed ſe magis humiliat.

i *Et paſtores erant in regione eadem vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* Hi ſunt boni prælati & curati, qui uigilãt ſuper propriam uitam ne delinquant, & cuſtodiunt vigilias noctis ſuper gregem ſuum, ne luporum infernalium morſibus pereãt. Et iuxta illos ſtat angelus ad eorum cuſtodiam & claritas Dei circunfulget illos, ad ſuam & ſubditorum directionem, & timent timore filiali. propter quod eis dicitur:

o *Natus eſt no. h. Sal.* qui timentibus Deum ſpiritualiter naſcitur per gratiæ ſuæ influxum. Malach. iiij. a. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſticiæ.

✱ *Et ſubito*



a *Infan. pan. inuo.* Be. Crebris infantia ſaluatoris & angelorũ teſtimoniis, et euangeliſtarũ eſt inculcata. vt mentib. noſtris altius iſigať q̃d p̃ nobis ſit factus: In quo hũilitas notať, q̃a cũ eſſet diues, paup̃ p̃ nobis factus eſt, vt inopia ſua nos ditaret.

b *Multitudo mi. cæ.* Ambr. Bene angelorũ noiať exercitus, q̃ ſequebantur militiæ ducem, qui contra malignos ſpũs ad tutelã nr̃am angelorũ ordinat exercitus. Be. Vno euãgelizante, multitudo conſonans in laudẽ p̃rũpit, vt & officiũ ſuũ Deo impẽdat & nos inſtruat, vt quoties ſacrã eruditionẽ ex fratris ore audim⁹, Deo laudes corde, ore, ope reddam⁹. Quia vero Deus & hõ naſciť, hominib pax cum ipſis angelis, Deo caniť gloria, q̃ ab angelis p̃ nr̃a redẽptione gl̃ificať. (In Lu. euan. c. 2. li. 1. c. 5. vbi ſup.)

c *Et in t. pax.* Q̃n peccando eramus a Deo extranei, extraneos nos angeli deputabant. Sed quia cognouimus regem noſtrum, recognouerunt nos angeli ciues ſuos. Et timet angelus adorari ab humana natura, quam in ſuo rege conſiderat. († De con. di. 1. c. nobis & c. de omnis. & his duo.)

d *Homini. bo. uo.* Be. Qui ſuſcipiunt natum Chriſtum, Non his, qui audita eius natiuitate ſunt turbati & eum perſecuti. Non eſt pax impiis, dicit Dñs. (Eſaie. 48. d)

e *P. s. lo.* Amb. Nõ ſit vilis p̃ſona paſtorum, quia quo vilior ad prudentiam, eo precioſior ad fidem. A paſtoribus fidem Maria colligit. A paſtoribus populus ad Dei reuerentiam congregatur: Mirati ſunt. n. de his, quæ dicebantur a paſtoribus ad illos (In Luc. li. 2. c. 2. tom. 5.)

f *Tran.* Moraliter. Sic nos abiectis carnalib. concupiſcentiis, cogitatione & deſiderio mentis in ſupernã domum viui panis debemus tranſire, illum amando, qui pro nobis caro factus eſt, vt ad eius viſionem perueniamus. (Moraliter)

g *Et ue. fe.* Be. Non cũ deſidia Xp̃i q̃rẽda eſt p̃ñtia: Iõ paſtores ſine mora inueniunt, quia non ficta fide currunt videre quæ audierãt. Horum exemplum paſtores eccleſiæ, imo cuncti fideles imitari debent, vt fide & virtute proficiant, & cæleſti oraculo erecti, præcedentium patrum vitam, in qua panis vitæ ſemper & ſeruatur & reficit, quaſi Bethleem portas contẽplando ſubeant. Ibi catholicæ eccleſiæ pulchritudinem quaſi Mariam, & doctorum cœtum quaſi Ioſeph, & humilem mediatoris aduentum ſcripturæ paginis inſertum quaſi in præſepio inuenient. († notum fecit. In Lu. euan. c. 2. li. 1. c. 6. tom. 5.)

*Videntes*

¶ Homo & Deus.

ſaluator qui eſt Chriſtus Dominus a

¶ In Bethleem, unde Dauid natus.

in ciuitate Dauid. Et hoc uobis ſi- b

¶ Signum ſalutis fidelibus, humilitas ſaluatoris, quæ eſt oppoſita ſuperbiæ, per quam mors in mundum intrauit.

a gnum. Inuenietis infantem pannis c

inuolutum, & poſitum in pręſepio.

b † Et ſubito facta eſt cũ angelo mul- d

a ¶ Ne parua vnius angeli uideatur autoritas.
b ¶ Quæ Chriſtum ducem ſequitur.

titudo militię cæleſtis, laudantium e f

Deum, & dicentium: Gloria in al- g

¶ Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non eſt illis ſcãdalum.

c tiſſimis Deo: & in terra pax † homi- h

nibus bonæ voluntatis. Et factum i

eſt, ut diſceſſerunt ab eis angeli in cę

¶ Credentes uerbis angeli paſtores, teſtimonium dant uero agno.

e lum, paſtores loquebantur ad inui- k

f cem: Tranſeamus uſq; Bethleem, l

a ¶ Non aſpiciamus retro, nec ad dextram vel ſiniſtram, niſi in ſolum Chriſtum.
b ¶ Bed. Quod in principio apud patrem fa. eſt caro, & ſic oſtenſum nobis quod in deitate nõ poterat videri. ¶ Ambro. Cum caro Domini videtur, uerbum videtur, quod eſt filius.

& uideamus hoc uerbum quod fa- m

a ¶ Caro. b ¶ Pater & filius & ſpiritusſanctus fecit. i. incarnari conſtituit, & ſic factum oſtendit.

ctum eſt, quod fecit Dominus, & n

g † oſtendit nobis. Et venerunt fe- o

¶ Miniſtros natiuitatis.

ſtinantes, & inuenerunt Mariam & p

tum ſibi apportari, quem tradidit cuidam militi, vt ſecreto interficeretur. *Qui compatiens puero ipſum non interfecit, ſed in quodam nemore puerum fortunæ dimiſit. Ad quem quædam canicula paſtoris regis, quę erat iuxta nemus, frequẽter veniebat, & ipſum lactabat: & paſtor pręd ictus volens ſcire vbi canicula declinabat, inuenit puerum ita in paupertate iacentem, quem accepit & tradidit vxori ſuæ nutriendum & poſtea factus eſt rex Perſarum atque Medorum ad liberationem Iudæorum. Cum igitur figura & figuratum debeant habere correſpondentiam, & prædicti duo, qui fuerunt figura Chriſti, in maxima paupertate inuenti fuerint in ſua natiuitate, ſignum conueniens & correſpondens figuræ dedit angelus paſtoribus de Chriſti nati inuentione di.*

c Inuen. infan. pan. inuo. & po. in præſe. *Et credẽdũ eſt, quòd paſtores hoc intellexerunt illuminati a Deo.*

d Et ſubi. fa. eſt. *Hic conſequenter ponitur angelorum exultatio, cum dicitur:* Et ſubi. fa. eſt cum an. *qui tanquam principaliter inter alios nunciauerat Chriſti natiuitatem.*

e Multitudo mi cæ. *ideſt angelorum, qui nomine militiæ deſignantur, quia pro ſalute hominum cum dæmonibus præliantur, ſecundum quod dicitur. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, &c.* († in hominibus bona uolontas, ſeu bene placitũ. Apoc. 12. b)

f Laudan. d. *de Chriſti natiuitate, eo quòd per ipſum ſciebant deduci homines ad ſalutem, quam deſiderãt & ruinam angelorum per hoc reparandam.*

g Et dicẽtium. Gloria in altiſsimis Deo. *quia licet eius gloria vbique reluceat, maxime tamen in cęlo empyreo, vbi eſt angelorum & beatorum habitatio.*

h Et in ter. pax ho. bo. uo. *ideſt hominibus bonis. Per bonitatem enim voluntatis dicitur homo ſimpliciter bonus, magis quã per bonitatem aliarum potentiarũ animæ, quia volũtas mouet alias potẽtias ad actus ſuos: & ideo bonitas eius uel malicia in omnes alias potentias redundat, ſicut influentia cauſæ mouentis in motis ab ipſa. Malis autem hominibus non eſt pax, ſecũdum quod dicitur Iſa. xlviij. Non eſt pax impijs dicit Dominus. Ex hoc etiam verbo angeli patet, quod iſta pax, quæ principaliter per prophetas prædicta fuit futura in aduentu Chriſti, erat pax interior bonæ volũtatis. quia ſecundum quod dicitur Prouer. xij. c. Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit. Pax autem temporalis, quæ fuit in aduentu Chriſti pacatis omnibus gentibus ſub imperio Romano, fuit figura huius pacis principaliter intentæ.*

i Et fa. eſt. *Hic conſequenter deſcribitur paſtorum deuotio, quia ſtatim poſt viſionem iſtã, dimiſſo grege iuerunt ad videndum puerum natum, dicentes:*

l Tranſeamus uſque Bethleem, vt videamus hoc verbum. *ideſt puerum natum per verba angeli nobis ſignificatum.*

n Quod fecit domi. *Hoc non eſt de textu. Græci enim & antiqui non habent, fecit, ſed tantum, quod Dominus oſtendit nobis.*

o Et venerunt fe. *ex deſiderio videndi Chriſtum principaliter, & ſecundario, vt citius redirent ad gregem, quem ſine cuſtodia dimiſerant.*

p Et inue. *ſicut angelus eis dixerat.*

¶ Viden.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Qui eſt Chriſtus do. *Chriſtus Græce idem eſt quod vnctus Latine. Antiquitus autem in veteri lege vngebantur tantum reges & pontifices. Chriſtus autem rex eſt & pontifex: & ideo bene dicitur Chriſtus, id eſt vnctus, non vnctione humana ſed diuina: quia in humanitate pro nobis aſſumpta fuit vnctus a Deo patre, imo à tota trinitate plenitudine gratiæ, ſecundum quòd dicit Pſal. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Propter quod dicitur, quòd datus eſt ei ſpiritus, non ad menſuram. ſ. aliorum hominum. ſed ſecundum omnem plenitudinem. Non ſolum ſufficientiæ, ſed etiam redundantiæ in omnes alios quantum ad ſufficientiam, ſecundum quod dicitur. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus.* (Pſal. 44. b Ioan. 3. c Ioan. 1. b)

b Et hoc vo. ſig. *Per hoc enim quod angelus dedit eis ſignum magnæ humilitatis & paupertatis, ſignificatum fuit paſtoribus, quod non venerat ad regnandum temporaliter: vt Scribæ Iudæorum credebant Chriſtum venturum. Poteſt autem aliter dici, quod illud fuit proprium ſignũ Saluatoris nati. Ad cuius intellectum conſiderandum, quod illa quæ fuerunt in veteri teſtamento, fuerunt figuræ noui, vt dicitur. 1. Corin. x. In veteri autem teſtamento duo Saluatores Iudæorum, imperfecti tamen, præceſſerant tanquam figuræ Saluatoris perfecti Ieſu Chriſti. Primus fuit Moyſes, qui liberauit eos de ſeruitute Aegyptiaca, ut habetur Exod. xiij. c. Secundus fuit Cyrus, qui liberauit eos de captiuitate Babylonica, vt habetur. 1. Eſd. 1. Ex vterq; de nouo natus fuit inuentus in magna paupertate, ſicut patet de Moyſe. quem inuenit filia Pharaonis poſitum in flumine in fiſcella iuncea. Similiter de Cyro dicitur in Eccleſiaſtica hiſtoria ſuper Danielem, quòd Aſtyages rex Medorum & Perſarum vidit in ſomnis vitem naſcentem de vtero filiæ ſuæ totam Aſiam occupantem, & à coniectoribus fuit ſibi reſponſum, quòd viſio iſta ſignificabat ex ea puerum naſciturum, qui occuparet regnum Medorum & Perſarum, propter quod timens ne ipſe vel filius ſuus per hoc regno priuaretur, dedit filiam ſuam militi pauperi: & cum hoc etiam cũ filia ſua facta fuiſſet prægnans, fecit tempus partus ſui explorari, & puerum natum* (Iud. 1. c)

## MORALITER.

✱ d *Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo.* Be. Vno angelo euangelizante natum in carne Deum, mox multitudo militiæ cœleſtis in laudem prorumpit creatoris, ut & Chriſto deuotionem impendant, & ſuo nos inſtruant exemplo, quoties aliquis fratrũ ſacræ eruditionis uerbum inſonuerit, uel ipſi, quę pietatis ſunt, ad mentẽ reduxerimus, ideo ſtatim laudes corde, ore & opere reddamus. (Vbi ſup.)

k *Paſtores loquebantur ad inuicem.* Nam de reuelationibus angelicis loqui debent paſtores eccleſiæ quæ continentur in ſacra ſcriptura. propter quod ſubditur:

l *Tranſeamus vſque Bethleem.* Quæ domus panis interpretatur, ideo per eam ſacra ſcriptura ſignificatur. nam in ea Dei uerba, quę ſunt panis uitæ, continentur. Et ſic in Bethleem trãſire, eſt ſacram ſcripturam diligenter ſtudere.

m *Et videamus hoc verbum quod factum eſt quod fecit Dominus & oſtendit nobis.* Nam in ea videtur verbum caro factum.

o *Et venerunt feſtinantes.* id eſt cum deſiderio ſtudendi.

p *Et inuenerunt Mariam & Ioſeph.* Per Mariam, quæ interpretatur amarum mare, ſignificatur amaritudo pœnitentiæ, & per Ioſeph, qui interpretatur accreſcens, ſignificatur augmentum uirtutis & gratiæ. Et ad hæc duo inducit ſtudium ſacræ ſcripturæ.

 ✱ *Et infantem*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Viden.au.* Viſio Dei, cognitio Dei eſt: & hęc eſt ſola uita hominum vt cognoſcant verum patrem, & quem miſit Ieſum Chriſtum eſſe vnum Deum.

*Ioan.7.a* b *Mirati ſunt.* Mirantur & de myſterio incarnationis & de tanta paſtorum atteſtatione, q; fingere audita neſcirēt, ſed ſimplici facūdia vera p̄dicarent. Sic Dñs nō rhetores, ſed piſcatores ad euangelizandū deſtinauit. Sic & in ve. e. Teſta. ſuæ diſpenſationis nuncios paſtores ordinauit. Ideo non eſt paruipendenda paſtorum atteſtatio.

*Sup. Luc. li. 2. c. 1. ti. 7. tom. 5.* c *Maria. au.* Amb. Maria nō minus ore pudica quam corpore, ſecreta, q̄ nouerat, nulli diuulgat, ſed tacito corde ſcrutans cōgruū tp̄s, quo hęc Deus vulgari velit reuerēter expectat, ꝯferēs ea q̄ uiderat circa ſe acta, & q̄ legerat ī ſcripturis agenda. Ei dictū erat ab angelo: Ecce concipies in vtero, & pa. fi. Prędixit Iſa. Ecce uirgo cōci. & pari. fi. Videbat ſe de ſtirpe Dauid ortā. In Nazareth de ſpū ſctō concepiſſe, in Bethleē peperiſſe. Quorū oīm teſtimonia in diuerſis prophetis legerat. Comparat ergo verba prophetarum factis, & in oībus habet argumenta fidei. Si Maria a paſtoribus diſcit, debemus a ſacerdotibus diſcere. Si Maria ante apoſtoli p̄ceptum tacet, debemus poſt apoſtoli pręceptum magis doceri quam docere.

*Maria a paſtoribus didicerat, & facta ſcripturis comparabit.* d *Et re.* Be. Sic ſpirituales paſtores, mō dormientibus aliis contemplando cæleſtia ſubuehūtur, mō caſtra fideliū luſtrāt, & probitatis exēpla q̄rēdo circūeunt, mō ad publicū paſtoralis officij redeunt docēdo, vt qđ in priuato guſtauerunt, aliis prædicando eructent.

*Ibidem. c. 8* e *Sicut di.* Be. Et in hoc glorificant, ꝙ non aliter inueniūt q̄ dictum erat, vel ſicut dictum eſt ad illos ab angelis, referūt laudes & gloriam Deo. Non ꝙ angeli imperaſſent laudare, ſed ipſi laudando offerebant formam deuotionis ſuæ, dum dñt. Gl̄a in altiſſimis Deo & in terra pax hoīb. bonæ uoluntatis.

F f *Vt circun.* Be. Ritus circūciſionis ab Abraham ſumpſit exordium, quādo & nominis amplificationem accepit, ad quam imitationem nomen imponebatur pueris in die eorum circunciſionis: Sic ēt factum eſt ipſi Ieſu. Octaua die circūcidit̄ Ieſus, q̄a vtraq; noſtra innouatio, & in præſenti, ſpiritus per baptiſmum, & in futuro, carnis & in ſua reſurrectione eſt p̄figurata, et in noſtra quandoq; eſt perficienda. Chriſtus autem die octaua ſurrexit, & poſt ſex ſeculi huius ętates, & ſeptimā ſabbati quæ nunc interim in alia vita geritur, quaſi octauo tēpore reſurgemus, tunc veriſſime ab omni corruptione circunciſi, vbi verum præputium auferetur, quia ibi neque nubent neque nubentur. Greg. Qui in ſimilitudiņe carnis peccati venerat, remedium, quo caro peccati mundari conſueuerat, nō reſpuit, ſicut baptiſma nouæ gratiæ, non neceſſitatis, ſed exēpli cauſa ſubiit. Et nota, ꝙ idem auxiliū curationis in lege circunciſio præſtitit: qđ nunc baptiſma confert tp̄e gratiæ, niſi ꝙ introitus in regnum nondum patebat. Sigñat aūt hæc circunciſio carnalis illam circūciſionem in die iudicii, cum omnibus animæ & carnis corruptionib. exuti, ad faciem creatoris uidendam ingrediemur. Significat ēt pręſentem circunciſionem, id eſt ablutionem vitiorum per baptiſmum. Significabat āt illum de Abraham naſciturum, qui & in præſenti p̄ baptiſmum, & in futuro per reſurrectionem ab omni ſorde ſuos purgaret, erat etiam in Abraham ſignaculum iuſticiæ.

*Myſtice* Be. Sicut a Chriſto Chriſtiani, ſic & in vtraque noſtra circūciſione a Ieſu, id eſt a Saluatore ſaluati vocamur. Quod nomen, non ſolum antē q̄ concipiamur in utero eccleſiæ per fidem, ſed ēt ante tempora ſecularia a Deo nobis vocatū eſt.

*Tulerunt*

Hominem natum. In carne.

Ioſeph, & infantē poſitum † in præ- a
a Carnem. Recto ordine per cognitionem natiuitatis uenerunt ad cognitionem uerbi.
ſepio. Videntes autem † cognoue- b
a Quod erat in principio.
runt de uerbo quod dictum erat il-
lis de puero hoc: & omnes, qui au- c
b dierunt, mirati ſunt: & de his quę di- d
c cta erant à paſtoribus ad ipſos. Ma- e
ria autem conſeruabat omnia uer-
d ba hæc, conferens in corde ſuo. Et f
reuerſi ſunt paſtores glorificantes g
& laudantes Deū † in omnibus quæ
a Ab angelis. b I. Bethleem.
e audierant et viderant, ſicut dictū eſt
ad illos, & poſtquam conſummati h
f ſunt dies octo, vt circunciderentur
† puer, uocatum eſt nomen eius Ie- i
a Non decuit tam glorioſum nomen primum ab hominibus appellari, ſed excellentiori natura, ne homo uideatur machinator huius nominis.
ſus. Quod uocatum eſt ab angelo,
priuſquam in utero conciperetur.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ b Viden. au. co. de uer. *quia non ſolum fuerant illuminati exterius, ſed etiam interius de cognitione uerbi incarnati, vt prædictum eſt.*

c Et o. qui a. mi. ſunt. *Et materia admirationis ſubditur, cum dicitur:*

d Et de. h. *Et accipitur hic & pro id eſt, de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos ſicut ſuperius eſt expreſſum.*

e Maria au. con. *quia prudenter attendebat quomodo prophetiæ implebantur in puero nato. Et iſta collatio erat ei ualde delectabilis, & toti eccleſiæ valde vtilis: quia ſecundum quòd dicit Hiero. in ſermone de Aſſumptione beatæ uirginis. Ipſa poſt aſcenſionem filij ſui remanſit ad tempus in terris cum apoſtolis, vt eos plenius inſtrueret de verbo incarnato, de*

*Maria apoſtolus docuit*

G *nato, de quo erat plenius edocta per ſpiritumſanctum, & omnia familiarius viderat & tractauerat: propter quod melius exprimere poterat, ſecundum quod dicit Hieronymus. Quod melius nouimus, melius & proferimus.*

f Et re. ſunt pa. *redeundo ad gregem ſuum.*

g Glorificantes & laud. Deum. *de beneficio toti mundo collato generaliter, & eis oſtenſo ſpecialiter. ideo ſubditur: In omnibus quæ audierant & viderant.*

h Et poſtq. *Hic ponitur debitus ritus circa puerum natum, quia ſecundum ritum ueteris legis debebat circuncidi et in templo offerri: & ideo primo agitur de eius circunciſione, ſecundo de oblatione, ibi: Et poſtquam impleti ſunt dies. circa primum dicitur:* Et poſt. con. ſ. *Hoc erat tp̄s determinatum circunciſioni, prout habetur Gene. xvii. b. Voluit autē Chriſtus circuncidi, quamuis non eſſet legi ſubiectus. Primo ut oſtenderet in ſe ueritatem carnis humanę, contra Manichæum qui dixit ipſum Deum habuiſſe corpus phantaſticum: et contra Valentinum dicentem Chriſtum corpus de cælo attuliſſe. Secundo, vt approbaret circunciſionem, quam Deus olim inſtituerat. Tertio vt oſtenderet ſe eſſe de genere Abrahæ, qui circunciſionis mandatum accepit: Et facta eſt repromiſſio de Chriſto. Quarto, ut Iudæis excuſationem tolleret de non recipiendo eum, ſi eſſet incircunciſus. Quinto, vt obedientiæ virtutem nobis ſuo commendaret exemplo, pręceptum legis obſeruans, cui tamē non erat ſubiectus. Sexto, vt qui in ſimilitudinem carnis peccati venerat remedium quo caro peccati conſueuerat mundari non renueret. Septimo, vt legis onus in ſe ſuſtinens, alios a legis onere liberaret, ſecundum illud. Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret.*

*Quod Chriſtus voluerit circuncidi. Error Manichæi. Error Valentini. Gen. 17. Gal. 4.*

i Voca. eſt no. e. Ie. *Non dicit impoſitum, quia à Deo fuit impoſitum hoc nomen, ſed per angelum denunciatum Mariæ & Ioſeph, & per ipſos diuulgatum. Et quia aliquis infidelis, potiſſime Iudæus, quòd hoc nomen non fuiſſet conuenienter impoſitum, poſſet arguere. Tum quia Iſa. lxij. a. dicitur: Vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nominauit.* H *Hoc autem nomen Ieſus non erat nouum tunc, quia ante alij fuerant nominati hoc nomine, vt patet de Ieſu filio Ioſedech, & de Ieſu Naue. in genealogia Chriſti qui deſcribitur c. ſe. vbi idem habetur. Item quia dicitur: Vocabitur nomen eius Ema. & Voca. nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, &c. & Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, &c. quæ nomina ſunt alia à nomine Ieſu: Et ſimilia poſſunt induci de alijs locis ſcripturæ. Ideo dicendum quod hoc nomen fuit proprie impoſitum ei. Nomina enim ſi bene imponantur, imponi debent à proprietatibus rerum, & hoc patet de nominibus generum & ſpecierum, de quibus dicitur. iiij. Metaph. Ratio, quam ſignificat nomen, eſt definitio, quæ deſignat propriam rei naturam. Nomina autem ſingulorum hominum ſi bene imponantur, imponi debent ab aliqua proprietate eius, cui imponitur nomen. Aliquando à tempore, ſicut nomina aliquorū ſanctorum imponuntur pueris natis in feſtis eorum. Vel a cognitione, ſicut cum filio imponitur nomen patris, uel alicuius de cognatione eius. Aliquando ab euentu, ſicut Moyſes uocauit filios ſuos vt habetur Exo. ij. Aliquando autem ex aliqua qualitate eius cui nomē imponitur, ſicut Primogenitus Iſaac vocatus eſt, Eſau, quod interpretatur rubeus vel rufus, quia de vtero matris exiuit rufus, & totus in morē pellis hiſpidus, Aliquādo ex aliquo dono Dei gratuito, ſicut dictū eſt Petro: Tu es Petrus, & ſup̄ hanc Petrā ædifi. eccleſiam meā. ſimiliter, Tu vocaberis Cephas:*

*Iſai. 62. Iſai. 9. Gen. 25. Matt. 16.*

¶ *phas:*

## MORALITER.

✻ a *Et infan. po. in præſe.* quod eſt maximum mirabile, cum dicat Iere. xxiij. e. Cælum & terram ego impleo.

c *Eo omnes qui aud.* Paſtores enim eccleſiæ & doctores debent aliis communicare quæ didicerunt ab angelis, id eſt per ſtudium ſacrę ſcripturæ per ſanctos angelos reuelatæ.

f *Et reuerſi ſunt paſtores.* nam doctores eccleſiæ poſt aliorum doctrinam debent ad conſiderandum propriam conſcientiam reuerti, & laudare bonitatem Dei.

h *Et poſtquam conſummati &c. puer.* Cui debemus conformari, nō circunciſione carnis, ſed mentis, Ro. ij. d. Non qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

i *Vocatum eſt nomen eius Ieſus.* id eſt ſalus, quia fecit ſalutem in medio terræ. Ideo dicit Bernar. de hoc nomine, quòd eſt mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.

✻ *Et poſt-*



A a *Tulerunt illum.* Paruuli qui de toto regno Iudęorum ad templū portabant, ſi erāt de tribu Leui, in miniſterium domus p̄petuo detinebantur. Si de alia tribu, precio dato a parentibus primogeniti redimebantur ad propria referendi.

b *Sicut ſcri.* Be. Scriptū eſt in lege: Mulier q̄ ſuſcepto ſemine pe. maſ. immunda erit. ſep. dieb. Ad diſtinctionē illius q̄ uirgo peperit. Nō ergo filius, non mr̄ hoſtiis indigebat purgari, ſed ut nos ſaluaremur a timore legis. Decretū aūt erat puerū poſt triceſimū tertium circunciſionis diē ad templum deferri, & pro eo hoſtiā dari, primogenitū ſanctum Dño fieri. Per qđ ſigñatur, nullum niſi circūciſis vitiis dignū eſſe conſpectu Dñi: nullū niſi mortalitatis nexib. abſolutū, ſupernæ ciuitatis gaudia ſubiturum. Vera. n. circunciſione purgatus tēplū Ieruſalē cum muneribus ingreditur, qui gloria reſurrectionis ab omni labe excoctus, cum bonorum operum fructibus ſupernæ beatitudinis gaudia ſubit.

*Ibidem.* c *Omne maſcu.* Be. Oē, tā hominis quam pecoris, qđ Deo ſanctificari & ſacerdotis eſſe iubebatur, vt ſacerdos primogenitū hoīs redimi faceret, ſic & omne animal immūdum. Quæ primogenita illū ſigñant, q vnigenitus Dei, dignatus eſt fieri primogenitus omnis creaturæ, qui uere eſt ſanctus Dño, q̄a ſine pc̄tō. Qui ad generandos ſibi populos ſecretum genitale ſanctæ eccleſię ſibi apuit.

*Moraliter* Vel moraliter. Primogenita, ſigñant bona initia noſtrę actionis, q̄ quaſi corde gerimus, q̄ Dei gratiæ deputare debemus. Male geſta redimere fructibus pœnitentiæ iubemur.

*Ibidem. Moraliter* d *Par tur.* Be. Hæc oblatio pauperum erat, qui non ſufficerēt offerre agnū, ut per oīa humilitas Dñi pateat. Moraliter. Siue q̄s fortia opera, quæ maſculi nomine, ſiue infirma q̄ fœminæ ſigñantur, creauerit, vt hæc Dño legitimæ conſecrent, neceſſe eſt, ut lachrymas cōpunctionis offerat, q per gemitum illarū auiū ſigñantur: quia lachrymis ēt in bonis indigemus, q̄a

B quo fine conſummandi ſumus, neſcimus. Qui non inuenit agnū. i. diuitias innocuæ uitæ ad lachrymas recurrat. Sunt autem duo genera compunctionis: Dū vel malorum recolētes ſupplicia timemus. Vel dum deſiderio cęleſtium ardētes de dilatione gemimus. Vñ duo pulli offerri iubēt, vnus in holocauſtum, qñ amore cęleſtiū inflammamur. Alter pro pc̄tō. dū de malis perpetratis gemimus. Be. Ambr. Columba, q̄ in grege cōuerſat̄, actiuam, turtur ſoliuagus contēplatiuā uitam ſigñat, q̄ paucorū. Et q̄a utraq; hoſtia accepta eſt Deo, cōſulte vtraq; auis oblata eſt pro Dño. Qui clauſo oſtio patrem orat in abſcondito, turturem offert. Qui compares operis q̄rit, colūbam ad altare portat. Turtur in deſertis habitat, nō multis diuulgatur, pullos nocte paſcit, morticino non paſcitur. Sic eccleſia deſerta eſt a peccatis, nec Chriſtus in multis locis diuulgatur, niſi in fide trinitatis & vnitatis. In nocte mundi ſanctos paſcit, hęreſim non ſuſcipit.

*Compunctionis duo ſunt genera. Ibidem.* Be. Puer primo circūciditur, & poſt interpoſitis diebus, cum hoſtiis Ieruſalem defertur, quia & ipſe iuuenis reſurgendo corruptionē carnis calcauit, & interpoſitis dieb. cū carne q̄ hoſtiā fecerat, ad cęlū aſcēdit. Sic & nos prius in baptiſmo circūcidimur a pc̄tis, & p̄ficiēte gratia ad altare ingredimur conſecrandi hoſtia corp̄is & ſanguinis Dñi nr̄i. Sed ī fine omnis eccleſia corruptionē exuet, & cū victimis bonorū operū in æternam Ieruſalē transferet̄.

e *Et ecce homo.* Non ſolū angeli, ſed omnis ætas & ſexus teſtimoniū nato reddunt puero. Et ſicut ab oīm ſeculorū fidelib. p̄ſagiebatur, ita veniēs omniū ſanctorum laude prædicatur.

f *Iuſtus & timoratus.* Difficile iuſticia ſine timore cuſtodit̄: Nō pœnali, ſed q permanet in ſeculū ſeculi, quo iuſtus q̄to plus Deū diligit, tāto ſolertius offendere cauet. Et bene iuſtus, qui non ſuam, ſed populi gratiam quærebat, cupiēs ipſe diſſolui, ſed expectās videre promiſſum autorem ſalutis, vt qui ab Herode preſſi fuerant, aduentu Saluatoris liberati acciperent conſolationem.

*Puerum*

Et poſtquam impleti ſūt dies pur- a
Mariæ uel Domini.
gationis eius ſecūdum legem Mo-
a yſi, tulerunt illum in Ieruſalem: vt b
a Offerrent & conſecrarent.
b ſiſterent cum Dño, ſicut ſcriptum
c eſt in lege Domini. † Quia oē ma- c
a Be. Conſueto natiuitatis more loquitur, non quod Dominus uentris hoſpicium ingrediens vel egrediens deuirginaſſet.
ſculinum adaperiens uuluam ſanctū Domino uocabitur. Et ut da- d
rent hoſtiam, ſcd̄m quod dictum
a Turtur caſtitatem, columba ſimplicitatem ſignificat: & caſta & ſimplex iuſtorum conuerſatio gratum Deo offert ſacrificium.
d eſt in lege Dñi, par turturum, aut
e duos pullos colūbarū. Et ecce ho- e
mo erat in Ieruſalē, cui nomen Sy- f
Id eſt ſignum.
f meō: et homo iſte iuſtus & † timo- g h
ratus expectans conſolationem Iſ- i
rael, & ſpirituſſanctus erat in eo. k

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *phas. igitur quia homini Chriſto hoc munus gratiæ collatum erat, ut per ipſum omnes ſaluarentur, ideo uocatum eſt conuenienter nomē eius Ieſus. i. Saluator uel ſalus. Et hanc rationem aſſignauit angelus Ioſeph. Matt. 1. Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe. n. ſaluum faciet populū ſuum a peccatis eorum. Ad primum dicendum quòd hoc nomen fuit nouum in Chriſto.*

C *Chriſto. inquantum fuit ei impoſitum ab hac proprietate, quia eſt omnium Saluator, quæ non fuit in aliquo prǽcedenti, licet fecerint ſalutē in aliquo facto particulari: Sicut Ieſus naue ſaluauit populum Iſrael, hoſtes eius debellando, vt legitur in libro Ioſue: & ita pōt dici de aliis. Rō aūt huius nominis Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus, includitur in nomine Ieſu. Per hoc. n. ꝙ fuit nobiſcum per ſuam incarnationem, fecit nobis ſalutem: Et eodem modo poteſt dici de alio: quia ſaluauit nos infernum ſpoliando: Et ſic de tertio, & de conſimilibus.*

a Et poſtquam im. ſunt. *Hic conſequenter agitur de pueri oblatione, vbi primo deſcribitur huius oblationis præſentatio. ſecundo, præſentati receptio. ibi. Et ecce homo. tertio receptī commendatio, ibi. Et erat Anna. Circa primum ſciendum, quòd in lege veteri circa pueros natos duo fiebant in templo. Vnum erat generale omnibus, quia pro filio nato vel filia completis diebus purificationis matris offerebatur ſacrificium, vt habetur Leu. xij. Aliud erat ſpeciale circa primogenitos quia erant cōſecrati Domino, eo ꝙ percuſſit primogenitos Aegyptiorum, filios Iſrael ſaluans, & ideo offerebantur in templo, & redimebantur, ut habetur Exo. xiij. Chriſtus autem fuit primogenitus, ut dictum eſt ſupra, & ideo vtrumque fuit factum circa eum, vt hic dicitur. Et primo quantum ad id, quod erat ſpeciale primogenitis, cum dicitur:*

*† Exo. 13. a & 34. c*

*† pius, religioſus*

b Tulerunt illum in Ieruſale. *Id eſt ut offerrent Domino. Cuius cauſa ſubditur:*

c Quia om. ma. ada. uul. *i. primo naſcens, cuiuſmodi erant primogeniti. Secundo, quantum ad illud quod erat generale, quod notatur cum dicitur:*

d Et ut darent hoſtiam &c. par turturum aut duos pullos colum. *Iſta erat oblatio pauperum, ſecundum quòd habetur Leui. xij. Ex quo patet, quod ſupra dictum eſt de paupertate Mariæ & Ioſeph. Sciendum autem circa hoc, quod beata virgo non tenebatur ad iſta quæ dicta ſunt de purgatione, quia Leuiti. xij. a. ſcribitur: Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum &c. & ideo lex illa ligabat tantum mulieres de viri ſemine concipientes: quod non habuit locum in virgine: Hoc etiam patet per hoc quòd hic dicitur, & accipitur de Exo. & Leuitico. Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur. Ex quo patet, quòd loquitur de maſculino concepto & nato per apertionem clauſtri* D *uirginalis. Quod non habuit locum in beata virgine, quæ virgo permanſit in conceptu & partu. Veruntamen ſicut eius filius circuncidi voluit & legalia obſeruare ex ſua humilitate, quamuis non teneretur, ſic beata uirgo, quæ fuit humillima, voluit obſeruare.*

*Maria libera à lege & tamen eam ſeruauit, & quare. Exod. 34. c Leuit. 12. c*

e Et ecce homo erat in Ieruſalem, cui no. Simeon &c. *Hic deſcribitur Chriſti præſentati receptio, vbi primo deſcribitur recipientis conditio, cum dicitur:* Et ecce homo erat in Ieruſalem. *in loco ſolemni & ſacro. Tum quia ibi erat diuinus cultus. Tum quia ibi erat ſtudium legis et prophetarum.*

f Cui nomen Simeon. *Ex hoc patet eius fama. quia inter ſacerdotes erat famoſus & nominatus. Patet etiam eius ſancta vita cum dicitur:*

g Et homo iſte iuſtus. *recte ſe habendo ad proximum.*

h Et timoratus. *quo ad Deum.*

i Expectans conſolationem Iſrael. *quantum ad fidei rectitudinem.*

k Et Spirituſſanctus erat cum eo. *quantum ad gratiæ plenitudinem, quia non ſolum habuit gratiam iuſtificantem, prout habetur communiter à iuſtis, ſed etiam quantum ad illuminationes & conſolationes diuinas ſpeciales, ideo ſubditur:*

¶ Et reſpon.

## MORALITER.

✻ a *Et poſtquam impleti ſunt dies purg. &c.* Bed. Poſt triceſimum autem & tertium circunciſionis diem Domino ſiſtitur. Inſinuans myſtice, neminem niſi circunciſum vitiis Domini dignum eſſe conſpectibus, neminem niſi mortalitatis nexibus abſolutum ſupernæ ciuitatis gaudia perfecte poſſe ſubire. Et per hoc etiam oſtēditur, quòd chriſtianus debet a uitiis circuncidi, & tunc per deuotionem apparere in conſpectu Dei, & offerre par turturum ideſt caſtitatem mentis & corporis, & duos pullos columbarum, id eſt multiplicationem operum bonorum, eo quòd columbæ ſunt aues in prole fœcundæ. *Vbi ſup.*

e *Et ecce homo erat in Ieruſalem &c.* Symeon (qui obediens interpretatur) bonum religioſum ſignificat. Et hic manet in Ieruſalem, quæ interpretatur pacifica, quia manet in pace interna & fraterna. Et bene dicitur iuſtus ſcilicet ad proximum, & timoratus ad Deū, expectans conſolationem Iſrael, id eſt diuinę uiſionis, eo quòd Iſrael interpretatur videns Deum, & ſpirituſſanctus eſt in eo, per ſuæ gratiæ beneficium.

 ✻ *Et cum*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Puerum*. Cum pueritia poſt ſeptem annos infantiæ incipiat, Ieſus frequenter puer dicitur, non tam pro ætate, quam pro ſeruitio. vnde propheta: Ecce puer meus, quia filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare.

*Eſa. 42. a ſecundum LXX.* *Mat. 20. d*

b *Et ipſe ac.* Be. Moraliter. Veteranus accipit infantem, docẽs vt exuẽtes ueterem hominẽ qui corrumpitur, induamur eũ qui ſecundũ Deũ creatus eſt. Iuſtus ſecundum legem accipit puerũ in vlnas, vt innuat iuſticiam legis gratia euãgelicæ fidei mutandam. Accipit ẽt ſenior mũdus innocentiam chriſtianæ infantiæ, ut renouetur ſicut aquila. Be. Quod Symeon & Anna prouecti Ieſum excipiunt, & laudant, ſignificat fidelem ſynagogam, quæ poſt longam expectationem promiſſionum fide non ficta eũ recepit qui prænunciabatur.

*Moraliter Col. 3. b* *In Luc. euã ge. c. 2. li. 1. c. 8. to. 1.* *Ibidem.*

c *Nunc dim. ſer. tu. Do.* Ambr. Qui uult dimitti, ueniat in Ieruſalem, conuerſationem habens in cœleſtibus, ueniat in templum, imitetur exempla illorum in quibus Deus habitat. Expectet Dominum, accipiat in manib. verbũ Dei, brachiis fidei, ſpei, & charitatis amplectatur, tunc dimittetur vt nõ videat mortẽ, qa viderat uitã.

*Sup Luc 2. a. c. 2. ti. 9 tom. 9.* *Philip. 1. d*

d *Quia ui. ocu. &c.* Sciebat ꝙ beati oculi, qui Chriſtum eſſent uiſuri: & ideo donec illum uideret, nolebat morte diſſolui, quem tamen ut uidit, mox optauit in pace dimitti.

*Luc. 10. d*

e *Quod p. &c.* Et in primo aduẽtu Xp̃s ante faciẽ populorũ a Deo parat̃, vt credant & diligant: & in ſecundo aduentu parabitur, vt uideat eum omnis populus, & reddat vnicuique ſecundum opera ſua.

*Rom. 2. a*

f *Ad re gent.* Vt reueletur cæcis oculis gentilium nulla ſpe dñici aduẽtus erectorum, & ut ipſe Iſrael glorietur, excipiens ſuũ ꝓmiſſum, & deſideratũ, & ꝑfertur reuelatio gentium gl̃iæ Iſrael. Quia cum plenitudo gẽtium intrauerit tũ omnis Iſrael ſaluus erit.

F

*Rom. 11. c*

g *Symeon.* Qui interpretatur, audiens triſtitiam, figura eſt ꝓphetarum, qui vindictam ſibi a Deo dictam ſuper populum audiebant. Anna, quæ gratia dicitur, figura eſt eccleſiæ.

h *Ecce poſi. eſt hic &c.* In ruinam illorũ qui ſteterant, & reſurrectionem illorum qui ceciderant. Vel in ruinam uitiorum, & in reſurrectionem uirtutum. Non in ſe tantum, ſed in ſuis quoque prẹdicatoribus poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem. unde apoſtolus: Chriſti bonus odor ſumus Deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, Bono enim odore, alii ſaluantur, alii pereunt.

*2. Cor. 2. d* *†contradicitur.* *†ipſius fœminum.*

i *In ſignum cui cõtra.* Omnia q̃ de Xp̃o narrantur, ſignũ ſunt, ꝙ natus de uirgine, ꝙ ſurrexit, ꝙ clauſis ianuis intrat, cui ſigno contradicitur ab infidelibus. Spiritualiter ſignũ eſt in fide dominicæ crucis, quod vbique contradicitur.

k *Gla.* Be. Dolor dominicæ paſſionis, quia non potuit uidere crucifigi ſine affectu materni doloris & ſi ſperaret reſurrecturũ, & mortẽ deuicturũ. Vſq; ad finẽ ſeculi aĩam eccl̃iæ gladius tribulationis ꝑtrãſit, cũ ſigno fidei ab improbis cõtradicit, cũ multos ruere videt, cũ reuelatis cordiũ cogitationibus, vbi bonum ſemen ſeminauerat, zizania germinare cõſpicit.

*Vbi ſup.*

l *Vt reuelentur.* Ante erat incertum, qui Iudæorum Chriſti gratiam reciperent, qui conſpuerent. Sed audita natiuitate reuelantur cogitationes & Herodes & alii turbantur, quidam ad Chriſti magiſterium accedunt.

m *Et e. An. &c.* Quia p virũ & mulierem uita totius mũdi ꝑdita eſt, in teſtimonio uitæ per Chriſtum redeũtis Anna coniũgitur Symeoni. Conuenit myſteriis eccleſiæ, ꝙ Anna gratia interpretatur, quæ

¶Mente.

Et reſponſum acceperat à ſpirituſan- a

¶Experturum. ¶Carnis.

cto, non viſurum ſe mortem, niſi pri

a ¶Oculis carnis, alias cordis.
b ¶Meſſiam. ¶Meſſias hebraice, Chriſtus Græce, unctus Latine.

us uideret Chriſtum Domini. Et ue- b

a ¶Be. Eadem gratia qua uenturum præuouerat, uenientem cognouit.

nit in ſpiritu in templum. Et cum in- c

a ducerent puerum Ieſum parentes eius, ut facerent ſecundum conſue-

b tudinem legis pro eo: & ipſe acce- d

a ¶Be. Magna humilitas ſaluatoris, qui loco non capitur, grandæuis hominis vlnis geſtatur.

pit eum in ulnás ſuas, & benedixit e

a ¶Viſo redemptore.
¶Q. Dimitte. ¶Ad mortem carnis.

c Deum, et dixit: Nunc dimittis ſer- f

uum tuum Domine, ſecundum ver-

a ¶Quia reſponſum acceperat a ſpirituſancto, non uiſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini,
b ¶In ſinu Abrahæ requieturum.
c ¶Beati qui uident quod Symeon vidit.
¶Beati qui non uiderunt & crediderunt.

d bum tuum in pace. Quia uiderunt g

a ¶Et carnis hominem, & cordis Deum ¶Chriſtum.
b ¶Quem poſtmodum omnibus populis quærendum dilectione, & conſpiciendum fide præuidi. Iam carnis & mentis oculis ſaluatorem contemplor.

e oculi mei ſalutare tuum. Quod pa- h

raſti ante faciem omnium populo-

a ¶Ipſe ſaluator, ipſe lux illuminans. ¶Ad gloriam. fidei. ¶Ad.

f rum. Lumen ad reuelationem gen- i

tium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. k

a ¶Ioſeph, qui ad conſeruandam famam Mariæ pater eſt ab hominibus deputatus, & quia erat nutritius.

Et erat pater eius & mater mirantes l m n

a ¶Ab angelis a paſtoribus, a Symeone.

ſuper his quæ dicebantur de illo. Et o

¶Deo & Mariæ.

g benedixit illis Symeon, & dixit ad

a ¶Quia lapis offenſionis.

h Mariam matrem eius: Ecce poſi- p

a ¶Non credentium.

tus eſt hic in ruinam, & in reſurre-

¶Quia lumen, quia gloria. ¶Credentium.

i ctionem multorum in Iſrael, & in- q

¶Id eſt euangelium, in quo dicitur: Veni hominem ſeparare aduerſus matrem, & reliqua.

ſignum cui † contradicetur. Et tuam r ſ

k † ipſius animã pertranſibit gladius,

a ¶Vt malæ cogitationes, quæ prius occultabantur, proferantur in publicum, & deſtruantur a Deo. quandiu enim occultantur non poſſunt ſanari.

l ut reuelentur ex multis cordibus co- t

a ¶Anna (quæ gratia Dei) figura eſt eccleſiæ. ¶Gratia. eius.

m gitationes. Et erat Anna prophe- u

ſecundum ſigna à patriarchis & prophetis data: & ideo Symeõ de hoc ferueńtius orabat Deum & in oratione reſponſum acceperat, ꝙ Chriſtum natum videret antequam uitam præſentem finiret. G

b Et uenit in ſpi. *ideſt per reuelationem ſpirituſſancti, vt videret Chriſtum ſicut erat ei promiſſum.*

c Et cum indu. pue. Ieſum pa. *ad faciendum quæ prædicta ſunt ſecundum legem.*

d Et ipſe acce. eum in ul. ſuas. *cũ maximo cordis gaudio, ſcd̃m ꝙ dicitur Prouerb. xiii. d. Deſideriũ ſi cõpleatur delectat aĩã. Scd̃o, ponitur gratiarum actio, cũ dicitur:*

e Et bene. Deum. *gratias agendo pro tanto beneficio.*

f Et dixit: Nunc di. ſer. *i. de cætero dimittes me de hac uita tranſire in cordis quiete.*

g Quia ui. o. m. ſa. tu. *Lætanter enim volebat deſcendere ad limbum patrum, ex quo ſciebat Saluatorem natum.*

h Quod pa. an. fa. om. po. *i. corã oĩb. populis, quibus myſteriũ incarnationis & redemptionis prædicatũ eſt per apoſtolos, ſcd̃m ꝙ dicitur. In omnẽ terram exiuit ſonus eorũ.* *Pſal. 114*

i Lumen ad reue. gen. *quæ prius errorum tenebris tenebantur.*

k Et glo. pl. t. Iſra. *Magna eſt enim gloria Iudæis ad fidem Chriſti conuerſis, quòd Chriſtus ſcd̃m carnem natus eſt de ipſis. Tertio ponitur parentum benedictio cũ dicitur:*

l Et erat pa. e. *i. Ioſeph qui meruit vocari pater Chriſti, eo quòd nutritius eius fuit.*

m Et ma. *ſ. Maria q̃ fuit mater eius vera.*

n Miran. ſu. his quę di. de. il. *tunc à Symeone: & prius à magis, & paſtoribus & Zacharia & Eliſabet.*

o Et be. il. Sym. *Quamuis n. Maria, & Ioſeph eſſent maiores Symeone in ſanctitate, ille tamen erat maior, quantum ad ſacerdotis officium, ad quem ſpectabat benedicere populum. Et non ſolum benedixit, ſed etiam futura prædixit.*

p Ecce p. eſt h. in rui. & in re. *quia in paſſione Chriſti, quæ futura erat, multi Iudæi fuerant excæcati à ueritate cadẽtes, & multi fuerunt illuminati, qui prius erant ſimplices, & ignorantes, ut patet de apoſtolis, quibus poſt paſſionem Chriſti, data eſt intelligentia ſcripturarum, ſecundum quòd dicitur infra vl. Et tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas.* H

q Et in ſi. *ſcilicet fœderis inter homines & Deum.*

r Cui contradicetur. *a ſacerdotibus, & legiſperitis, & multis alijs.*

ſ Et tu. ip. pertran. gla. *ideſt dolor paſſionis eius pertranſibit animam tuam per compaſſionem. Ex hoc dicit Hiero. in ſermone de aſſumptione beatæ virginis, quòd quia in parte impaſſibili paſſa eſt, plus q̃ martyr fuit.*

t Vt reue. ex multis cordibus cogitatio. *Li, ut, non tenetur hic cauſaliter, ſed conſecutiue ſeu concomitatiue. Licet enim beata uirgo ex paſſione filij maxime afflicta fuerit, tamen in fide immobilis, & firmiter ſtetit. Alij autem diſcipuli quantumcunque ſolidi, dicuntur dubitaſſe, & circa hoc mutationes diuerſarum cogitationum habuiſſe quouſque viderũt ipſum à mortuis reſurrexiſſe. Aliter exponit Origenes de reuelatione occultorum peccatorum in confeſſione, quæ per effectum paſſionis in ſacramento pœnitentię operantis ſanantur.*

u Et erat Anna propheriſſa filia Phanuel de tribu Aſer. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti recepti confeſſio ſeu commendatio, vbi primo deſcribitur perſona confitens ex nomine, cum dicitur: Et erat* ¶ *Anna.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et re. ac. *in orationibus ſuis deuotis ad Deum. Tunc enim erat opinio communis apud intelligentes, quòd imminebat aduentus Chriſti ſecun-*

## MORALITER.

✱ c *Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, ut fac. ſe. conſue.* Pater enim autoritatiue & mater impetratiue inducunt Ieſum, vt detur deuotis dulciter amplexandum, & ſic cum Symeone de tanto beneficio benedicunt Dominum, & deſiderant exire de mũdo, vt eis detur ad perfecte fruendum, ſicut Paulus dicebat. Deſideriũ habeo diſſolui, & eſſe cum Chriſto. *Philip. 1*

u *Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel & cæter.* Iſta moraliter eſt exemplar non ſolum uiduis, ſed etiam mulieribus alijs. Primo, ✱ quantum



A interp̃tat̃, q̃ eſt filia Phanuel, q facies Dei dr̃, vnde ſup Signatum eſt ſup nos lumẽ vultus tui Dñe. De tribu Aſer. i beati, deſcẽdit, q inter duodecim patriarchas ordine naſcẽdi octauus eſt propter myſteriũ reſurrectionis. Quinq. ſunt Annæ. Prima mr̃ Samuel, ſcd̃a vxor Raguel, tertia mr̃ Tobiæ, quarta filia Phanuel, q̃nta mater Marię.

*Pſal. 4. b*

a *Proceſſerat n diebus multis:* Be. Iuxta hiſtoriam Anna, & deuotę conuerſationis, & uenerandæ ętatis digna deſcribitur, quę Domino teſtimonium perhibeat: Significat autem eccleſiã quæ in p̃ſenti quaſi ſponſi dominiq; ſui morte eſt viduata. Septies. xii. octoginta quatuor faciunt. Septem ad curſum huius tp̃is, duodecim ad perfectionem apoſtolicę doctrinę pertinent. Quiſquis ergo totum vitæ tempus apoſtolicis mancipat inſtitutis, quaſi octoginta quatuor annis cæleſtis limina templi ſeruare, & Domini præſtolari aduentum laudat̃, dum a Domino peregrinatur. Septẽ anni qb. cum viro vixit, ſignãt perfectionem illius temporis, quo a Domino conuerſante in carne edocetur: qui anni poſtea per duodecim multiplicantur propter apoſtolicã doctrinã.

*In Lu. euã ge. c. 2. li. 1. c. 9. tom. 5.*

b *Quæ non di. &c.* Quia circa tẽplũ frequens erat: Eam non diſcedere dicit, non ꝙ ad horam non diſceſſerit. Sic ſancta eccleſia & in proſperis, & in aduerſis Deo ſeruiens a cœlo non recedit. Vel moraliter. Anima a tẽplo nõ recedit, cum ſemper ſtudet, & caſtum & immaculatum cuſtodire tẽplum corporis ſui. Hinc præcipit̃ ſacerdotibus veteris teſtamẽti, vt tempore miniſtrationis iugiter maneant in ſanctis, quatenus anima, quæ Deo miniſtrare cupit, non quieſcat a bonis operibus ſuis.

*†uiciſſim* *Moraliter* *†Ioſeph & mater*

B c *Et hæc ipſa hora & cæter.* Prophetauerat Symeon, prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat virgo, prophetauerat & vidua, ne qua aut profeſſio deeſſet, aut ſexus, & ideo talis Anna inducitur, & ſtipendiis viduitatis & moribus, quæ digna ſit nunciare redemptorem omnium veniſſe. Congruus ordo, non uenit ante virum mulier, cuius verba non ſunt digeſta, ſed generaliter dictum eſt, quod confeſſa ſit Domino, & loquuta de eo, q̃ longa caſtitate, longiſque ieiuniis ad hoc culmen peruenerat, vt ſpiritum prophetiæ acciperet: ſed autoritatem docendi mulier non accepit.

d *Omnibus qui &c.* Omnib. fidelibus, qui iugo Herodis alienigenæ grauati liberationem ciuitatis & populi expectabant, promittebat per aduentum Chriſti in proximo redemptionem a tyrannide alieni.

e *Reuerſi ſunt in Galilæam in ciuitatem ſuam.* Prætermittit hoc loco Lucas, quæ a Matthæo plenius poſita ſunt. ſ. puerũ ob metum Herodis, delatũ eſſe in Aegyptum, & mortuo Herode inde relatum, & habitaſſe in Nazareth. Solent. n. ſinguli euãgeliſtæ, ſic q̃dam omittere, q̃ ab aliis cõmemorata viderint, vel ab aliis commemoranda ſpũ præuiderint, vt continuata ſuæ narrationis ſeriæ, quaſi nulla prætermiſiſſe videantur.

*Mat. 2. c*

f *Puer autem.* Be. In eo ꝙ puer erat. i. homo fragilis, poterat creſcere & confortari. Non in eo ꝙ verbum, ſecundũ quod plenus ſapientia & gratia perhibetur. Sapientia, quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Gratia, qa eidem homini Chriſto magna gratia donata eſt, vt ex quo homo fieri cæpiſſet, perfectus eſſet vt Deus.

*Vbi ſup.* *Col. 2. b*

g *Et ibant pa. &c.* Be. Merito Lucas inter quatuor animalia vitulo comparatur, qui quaſi animal hoſtiis deputatum, circa templum, maxime & Ieruſalem, narrationis ſuæ verſatur inceſſu. In principio ſacerdotem collocat ad aram orantem populo foris ſtante. Maria concepto Domino Ieruſalem mittit ad domum põtificis, ibi Baptiſtam natum refert. Illuc Dñm natum cum hoſtia traſfert. Illuc ipſum cum parentibus ſingulis annis ducit. Duodennem in templo choris doctorum interſerit: Et poſt cætera talia, diſcipulos Domini in templo laudantes in fine euangelii ſui concludit.

*Ibidem.*

h *Et cum factus eſſet &c.* Vtraque natura Chriſti hic aperitur, & quæ iuxta maieſtatem patri, & quæ iuxta fragilitatem decebat matri. Aſcendit homo cũ hominibus ad offerẽda ſacrificia, ſeruat legẽ q̃ ſeruandã imperauerat, vt nos ad ſeruandũ inſtrueret. Duodecenis audit ſeniores, & interrogat, vt eorũ reprimat audaciam, qui indocti, non ad diſcẽdum, ſed ad docendũ volũt ſubmitti: Mox maieſtatẽ ſuã apit, Cõgrue duodecimo anno prima fidei rudimẽta reuelat, q̃ per duodecim apoſtolos per totum mundum erant propaganda. Bed. Cum duodenarius multiplicatis inter ſe ſeptenarii partib. conſtet, iure ꝑ ipſũ rerũ & tp̃um vniuerſitas, & perfectio deſignatur. Et iõ recte a duodecimo anno iu- C

*Vbi ſup.*

a ¶Perſona Dei. ¶Aula Dei.

tiſſa filia Phanuel de tribu Aſer.

¶Prouectæ ætatis erat.

a Hæc proceſſerat in diebus multis:

¶Similiter ſynagoga cum heptatico ante octauam diem noui teſtamenti, a uirginitate, id eſt a lege naturæ.

& uixerat cum uiro ſuo annis ſeptem

a ¶A tempore amiſſę uirginitatis. b ¶Ætat.

à uirginitate ſua. Et hæc uidua uſque

b ad annos octogintaquatuor, quæ a

a ¶Hoc exemplum uiduis proponitur, quæ ſunt in eccleſia.

non diſcedebat de templo, ieiuniis b

¶Alias orationibus.

& obſecrationibus ſeruiens nocte c d

a ¶Qua Symeon accepit.

c ac die. Et hæc ipſa hora † ſuperue- e

¶Laudabat.

niens * confitebatur Domino, & lo- f

d quebatur de illo omnibus, qui expe- g

ctabant redemptionem † Iſrael. Et h

ut perfecerunt omnia ſecundum le-

e gem Domini, reuerſi ſunt in Galilæá i

¶Aetate.

f in ciuitatem ſuam Nazareth. Puer k

¶Corpore. ¶Spiritu.

autem creſcebat, & † confortabatur,

plenus ſapientia, & gratia Dei erat

a ¶Secundum quod homo.

g in illo. Et ibant † parẽtes eius per oẽs l

¶Ad immolandas hoſtias.

annos in Ieruſalem, in die ſolen- m

h ni Paſchæ. Et cum factus eſſet an- n

*†aſſiſtens* *†in Ieruſalem* *†corroborabatur ſpiritu.*

## NIC. DE LYRA.

¶ *Anna. Secundo, ex mentis eleuatione cum dicitur: Prophetiſſa: Et ex cognatione: cum dicitur: Filia Phanuel de tribu Aſer: Et exprimuntur pater & tribus, ad declarandum certitudinem hiſtoriæ: Et forte ad diſtinctionem huius Annæ, ab alijs, quæ vocabãtur hoc nomine. Deſcribitur etiam ab ætatis maturitate, cum dicitur: Hæc proceſſerat in diebus multis: & à caſtitate, in matrimonio, & ante & poſt, cum dicitur: Et vixerat cum vi. &c. Commendatur etiã ab orationis ſedulitate, cum dicitur:*

a Quæ non diſcedebat. de templo: *Non quòd ibi ſemper eſſet, ſed frequenter: Sicut de homine bene frequentante eccleſiam dicitur communi modo loquendi: Talis ſemper eſt in eccleſia.*

b Ieiuniis. *quibus incentiuum carnis reprimitur.*

c Et obſecrationibus. *Ideſt ſacris orationibus, quibus mens in Deum eleuatur.*

d Seruiens nocte & die. *ideſt valde frequenter: vel quia non erat ibi interruptio per peccatum mortale, auferens meritum prędictorum.*

e Et hæc ipſa hora ſuper. *Nõ a caſu vel humana diſpoſitione, ſed ſpirituſſancti reuelatione, ſicut dictum eſt de Symeone.*

f Confitebatur Domino. *gratias agens de tanto beneficio adimpleto.*

g Et loquebatur de illo omnibus qui expe. red. Iſ. *annuncians eis natum eſſe redemptorem.* D

h Et ut perfe. omnia ſecun. le. Domini. *ſ. Maria & Ioſeph nihil omittentes, quamuis non tenerentur.*

i Reuerſi ſunt in Gali. ciuitatem ſuam Naza. *Hic accipitur Galilæa adiectiue, quia Nazareth eſt in terra Galilææ, ſicut ſupra dictum eſt de Bethleem quæ vocatur ciuitas Iudææ.*

k Puer autem creſcebat & confortabatur &c. *Hic conſequenter deſcribitur pueri oblati profectus, quantum ad corpus, cum dicitur: Creſcebat. & quantum ad animam, cum dicitur: Et confortabatur. Aduertẽdum tamen, quòd in corpore Chriſti fuit augmentum reale quantitatis, ſed in anima eius non fuit augmentum reale gratiæ & virtutis, quia totam plenitudinem gratiæ habuit ab inſtanti ſuæ conceptionis. Sed quantum ad oſtenſionem in effectu magis apparebat, ſecundum quòd ille creſcebat, & ſecundum quòd uolebat.*

l Et ib. parentes eius. *tanquam deuoti quòd religioſi.*

m In die ſolemni Paſchæ. *Ter in anno debebant omnes maſculi apparere in Ieruſalem coram Domino ſecũdum quòd habetur Exo. xxiij. ſcilicet in paſcha, pentecoſtæ, & feſto tabernaculorum. Sed cum illis qui erant longe a Ieruſalem, cuiuſmodi erant Galilæi, diſpenſabatur de duobus vltimis feſtis.*

¶ Remanſit puer

## MORALITER.

✱ quantum ad caſtitatem ante matrimonium, & in matrimonio, & poſt per tempus longum. Secundo, quantum ad deuotionem. Nam in obſecrationibus, & ieiuniis dicitur hic ſeruiens die ac nocte. Tertio, quantum ad loquendi modeſtiam, quia non de fabulis ſed de Chriſti myſteriis loquebatur, propter quæ & alia bona dono prophetiæ replebatur.

k *Puer autem creſcebat, & confortabatur &c.* ſcilicet ſecundum corpus: Nam ſecundum animam ab inſtanti conceptionis fuit totaliter perfectus. Sed hanc perfectionem non oſtendebat, niſi prout conuenientia temporis exigebat, ſecundum illud. Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelliget. Et in hoc literatis & ſapientibus dedit exemplum, ut non oſtendant ſapientiam ſuam, niſi ſecundum loci & temporis oportunitatem. *Eccleſ. 8. a*

n *Et cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcendentibus &c.* Per hoc oſtendit, quòd a pueritia debent aſſueſieri homines ad diuina. Et ad idem facit, ꝙ alijs recedentibus in loco diuini cultus remanſit.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E anno iubar ſumit exordiũ, quo omnia loca vel tempora deceat occupari. Non ergo ocioſe immemor perhibetur carnalium parentum ſed vt oñdat, quia antequam ibi parentes eſſent, ipſe in ciuitate & templo Dei paterno iure reſidebat.

*In Luc. euang. c. 2. li. 1. c. 8. tom. 5.*

a *Et nõ co.* Be. Si q̃ritur, quõ potuit a parentib. obliuiſcendo relinqui, q̃ tãta parẽtũ puidẽtia nutriebat. Rñdẽdũ eſt, q̃a filijs Iſrael ad feſta cõfluentib. vel ad propria redeũtibus, mos erat ſeorsũ viros, ſeorsũ fęminas choros ducẽtes incedere. pueri cũ quolibet parẽte indifferẽter ire poterant, iõ Mariã & Ioſeph viciſſim putaſſe puerũ Ieſum, quẽ ſecum nõ cernebãt, cũ altero parẽte reuerſum.

*† Ieroſolymam*

b *Req. e.* Metuebant, ne quod Herodes in infantia eius patrare quęſierat, tunc iam in puericia poſitum, inuẽta oportunitate alii interficerent, & ipſi proditores illius inuenirentur.

c *Poſt tri. &c.* Vna die reuerſi ſunt ab Ieruſalem. ſecunda die quærũt inter cognatos, & nõ inuenietes. tertia die regreſſi Ieruſalem inueniũt. Poſt triduũ reperit in tẽplo, vt eſſet indicio, quia poſt triduũ illius triũphalis paſſionis, in ſede cæleſti & honore diuino fidei nr̃æ, ſe reſurgẽs oñderet, qui mortuus credebatur. Quęſitus aduẽtus Chriſti a patriarchis ante legẽ, nõ eſt inuẽtus. Quæſitus a prophetis & iuſtis ſub lege non eſt inuentus. Quæſitus ſub gratia, a gentilibus inuenitur. Pater, ideſt eccleſia. Mater, ideſt ſynagoga, per tres leges quęrũt Chriſtum, & non inueniunt niſi per euangelium.

*† 36. di. c. q. eccleſiaſticis.*

*† intelligẽtia.*

d *In me. Be* Quaſi fons medius doctorũ ſedet, ſed quaſi exẽplar humilitatis prius interrogat, & audit q̃ iſtruat, ne paruuli a ſenioribus doceri erubeſcant, ne infirmus docere audeat.

*Ibidem.*

F e *Stu.* Ecce ſignum diuinitatis Apparet, q̃ nõ ob imperitiæ neceſſitatem audiebat, ſed ad oſtendendum q̃ homo erat, homines magiſtros humiliter audit. Ad probãdum, q̃ Deus, eiſdem loquentib. ſublimiter reſpõdet, diuina lingua ſapientiam prodebat, ſed ętas humanam infirmitatem prętendebat. Vnde mirãtur Iudæi & turbantur, ſed nõ miratᷣ fidelis, qui cum propheta clamat: Paruulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Paruuꝰ factus, vt inter paruulos creſcẽdo & proficiendo paulatim eos ad capienda ſuę virtutis arcana proueheret.

*Iſa. 9. a*

f *Qu. e. q̃ me q.* Be. Non q̃ eũ, quaſi filium quærunt, vituperat, ſed quis ſit ſibi verus pater inſinuat, & quid potiu ſdebeat ei, cui eſt æternus filius, mentis oculos attollere cogit. Quia enim Deus & hõ eſt, nunc excelſa deitatis, nunc infirma pręfert humanitatis. Quaſi filius Dei in templo commoratur, quaſi filius hominis cum parentibus, quo iubent, regreditur.

*vbi ſup.*

g *Neſciebatis.* Inuẽtus in templo dicit *In his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe.* oſtendens templum nõ minus ad ſe quam ad patrem pertinere, quia quorum eſt vna maieſtas, horum etiã vna fides, & vna domus, non ſolum materialis, ſed etiam ſpiritualis. Alibi eum ad myſterium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc, quæ humana ſunt, exigit. Sed cũ hic duodecim deſcribatᷣ annorum, ibi diſcipulos habere docetur. Vides matrẽ didiciſſe de filio, vt exigeret a validiore myſteriũ, quæ ſtupebat in iuniore miraculum. Ambro Magiſter veritatis officium implet pietatis Et miramur ſi defert honorẽ patri, qui ſubditus eſt matri. Iſta ſubiectio non eſt neceſſitatis, ſed pietatis. Ecce quid parentibus debeamus, oſtendit:

*Sup. Luc. li. 2. c. 2. tom. 3. 4. 5.*

h *Et mater eius conſeruabat omnia uerba hæc in corde ſuo.* Omnia quæ de Domino, uel a Domino facta cognouit, ſiue quæ intellexit, ſiue quæ nõdum intelligere potuit, omnia in memoria recondebat, vt quando tempus prædicandæ ſeu ſcribendæ incarnationis eius adueniret, ſufficienter vniuerſa prout eſſent geſta poſſet explicare quærentibus. Sic nos crebra factorum & dictorum Domini meditatione importunos cogitatus repellamus, & alios inſtruere laboremus.

*Proſi.*

i *Proficiebat ſa.* Be. Sicut eſt carnis ætate proficere, ſic eſt animæ rationalis ſapientia & gratia proficere, non quod hoc eguerit ſuſceptor Deus, præſertim cum ſupra plenus fuiſſe ſapientia deſcribatur, ſed quia hoc pro remedio noſtræ ſalutis. G *Vbi ſup.*

ſuſcipere

a ¶ Per duodecim annos ſignificantur duodecim tribus, quę ad Chriſtum veniunt.

norum duodẽcim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundum conſue-

¶ Quia octonis protelabatur diebus.

tudinem diei feſti, conſũmatiſque diebus cum redirent, remanſit puer ᵃ

ᵃ Ieſus † in Ieruſalem, & non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes ᵇ

ᵃ ¶ Id eſt inter eos, qui ſimul fuerant comitati.

autem illum eſſe in cõmitatu, uene- ᶜ

ᵇ runt iter diei, & requirebant eum ᵈ

¶ Vicinos.

inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem requirentes eum. † Et factum eſt poſt ᵉ

triduum, inuenerunt illum in tem- ᶠ

ᵈ plo ſedentem in medio doctorum,

¶ Eos.

audientem illos, & interrogantem.

ᵉ Stupebant autem omnes, qui eum ᵍ

¶ Super reſponſorum prudentia.

audiebant ſuper † prudentia & re- ʰ

a ¶ Hoc. b ¶ Maria & Ioſeph, vel quicunq; alii hoc uidentes.

ſponſis eius. Et vidẽntes * admirãti

ſunt. Et dixit mater eius ad illum: Fi- ⁱ

¶ Putatiue.

li quid feciſti nobis ſic? Ecce pater

tuus & ego dolentes quærebamus ᵏ

ᶠ te. Et ait ad illos: Quid eſt quod me ˡ

ᵍ quærebatis? Neſciebatis, quia in his ᵐ

quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?

Et ipſi non intellexerunt uerbum ⁿ

¶ Congrua uerba. Vere deſcendit, qui humiliatur ſub illis.

quod loquutus eſt ad illos. Et de- ᵒ

ſcendit cum eis, & uenit Nazareth,

ʰ & erat ſubditus illis. Et mater eius ᵖ ᑫ

a ¶ Quaſi ſub ſignaculo recondebat.

conſeruãbat oĩa uerba hæc in corde

¶ In natura humanitatis.

ⁱ ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia & ʳ ſ

ętate & gratia apud Deũ & homines,

## NIC. DE LYRA.

¶ a *Remanſit puer Ie. in Ieru.* *Non à caſu vel obliuione, ſed ſua uoluntate & ordinatione, vt à puericia oſtenderet zelum ſuum circa ſpiritualia.*

b *Et non co. paren. e.* *Ad ſolennitatem vero Paſchæ, viri ibant ſeorſum a mulieribus in vno comitatu, & mulieres in alia, & ſimiliter reuertebãtur, vt magis religioſe ſolennizarent feſtum ab vxoribus continentes, ſicut & in datione legis præceptũ fuit, quòd continerent per tres dies ab vxoribus ſuis, prout habetur Exo. xix. Pueri autem indifferenter poterant ire incomitatu virorum aut mulierum: & ideo Ioſeph quãdo non vidit puerum Ieſum incomitatu virorum, exiſtimauit eum eſſe cum Maria in comitatu mulierum, & eodem mõ Maria credidit eum eſſe in comitatu uirorum.*

c *Venerunt iter diei.* *Et cum die ſequenti quæreretur in iſta comitiua, & in illa, non inuenerunt eum: ideo tertia die redierunt in Ieruſalem: à qua receſſerant per vnam dietam & ſic quarta die inuenerunt eum, & hoc eſt ſubditur:*

e *Poſt triduum inuenerunt il. in tẽplo.* *Nõ in theatro, vel in ludo, ſicut ſolent pueri inueniri, ſed in loco orationi & doctrinæ ſacræ deputato.* *¶ eum.*

f *In medio do.* *vt melius poſſet omnes audire, & melius cum eis conferre.*

g *Stupe.* *i. ualde mirabantur.*

h *Super prudentia & reſponſis eius.* *quia alias inauditum fuerat, quòd puer talis ætatis, tam ſapienter loqueretur.*

H i *Et di. me. e. ad il. Fi. quid fe. no. ſic?* *Ioſeph autem licet pater eius diceretur, tamẽ non fuit auſus illum arguere, cum firmiter crederet ipſum eſſe Dei filiũ, ſed mater ex maxima dilectione, quam habebat ad illũ hoc fecit, quia amor excellens dominium neſcit.*

k *Do. q. t.* *i. dolentes de abſentia tua, cuius præſentia eſt nobis dulciſſima. Per hoc moraliter deſignatur, quòd Chriſtus in dolore contritionis quærendus eſt, & ſic inuenitur, niſi per peccatum a nobis abſentetur.*

l *Et ait ad illos: Quid eſt quod me qu.* *ſ. inter conſanguineos. q. d. magis quærendus ſum in occupatione circa ſpiritualia. Ideo ſubditur.*

m *Neſciebatis quia in.* *Magis enim afficiebatur ad patrem naturalem, & æternum, quam ad matrem naturalem & patrem putatiuum.*

n *Et ipſi non in. uerb. q. lo.* *quia non erant adhuc aſſueti audire talia ab eo.*

o *Et de. &c.* *ad eorum conſolationem.*

p *Et erat ſubditus illis.* *ad noſtram inſtructionem, & ſuperbiæ noſtræ confuſionem.*

q *Et ma. e. con. omnia uer. hæc.* *Exponatur ſicut ſupra.*

r *Et Ieſus profici.* *Et iſte profectus erat realis inquantum erat a parte corporis: vt prædictum eſt.*

ſ *Et ſapientia, & ætate.* *In Chriſto duplex ponitur ſapientia. Vna diuina, & hæc non potuit augeri vel diminui cum neceſſario* ¶ *ſit in-* *Duplex ſapientia in Chriſto.*

## MORALITER.

d *Et requirebant eum inter cognatos & notos. & non inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem requirentes eum.* Per hoc oſtenditur, quòd ſpiritualiter non inuenitur in carnali ſocietate, ſed in templo, quod eſt locus orationis, & ſacræ doctrinæ. Per hoc autem, quòd inuentus fuit poſt triduum, ſignificatur, quòd poſt triduum contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis a fidelibus ſpiritualiter inuenitur.

o *Et deſcendit cum eis, & venit in Nazareth & erat ſubditus illis.* Ex hoc arguitur humana ſuperbia, quæ frequenter renuit ſubiici ſuperioribus ſuis.

r *Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.* Exponatur vt ſupra.



A ſuſcipere elegit, vt cum caro & anima rationalis a Deo ſuſcipitur, vtraq; pariter ſaluaretur. Grego. Iuxta hominis naturam proficiebat ſapientia, non q̃ ipſe ſapientior tempore, q̃ a prima conceptionis hora ſpiritu ſapientiæ plene pmanebat, ſed eandem, qua plenus erat, ſapientiam cæteris ex tempore paulatim demonſtrabat. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia. non quod ipſe non habebat per acceſſum temporis accipiendo, ſed pandendo donum gratiæ, quod habebat apud Deum & homines Quia quantum proficiente ætate patefaciebat dona gratiæ hominib. quæ ſibi inerant & ſapientiæ, tãtum eos ad laudem Dei excitabat per cõſiderationem ipſius ſapientiæ & gratiæ, quas Deus ipſi contulerat, ſic & Deo patri ad laudem & hominibus ad ſalutem proficiebat. Eccleſiaſtes ait: Sapientia mea ſtetit mihi. Hiero. Stetiſſe ſapientiam eſt, quod etiam in carne poſito ſibi permãſit ſapientia. Quod habet profectum in ſapientia, non ſtat ei ſapientia. qui autem non recipit profectum, nec per momenta ſuccreſcit, ſed ſemper in plenitudine eſt, iſte dicere poteſt, ſtetit mihi ſapientia. Be. ſuper exodum. Portat uerbo virtutis ſuæ Chriſtus omnia & eſt agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & ſacerdos in ęternum, omnis ſanctitatis ornatu præclarus, nõ quem natus in carne per exercitium laboris accepit, ſed qui in utero virginis incarnatus, præueniente gratia ſpiritus totũ ſimul habuit.

*Eccleſiaſtes 2. 4. ſecundam aliam literam.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſit infinita, alia humana: Et hæc ponitur duplex in Chriſto. Vna habitualis, & iſta in Chriſto non fuit augmentata, quia ab inſtanti conceptionis habuit tantam plenitudinem ſapientiæ, quanta poteſt conferri naturæ humanæ. Alia experimentalis, quæ accipitur per operationem ſenſuum. Et ſecundum hoc dicunt aliqui, quòd in Chriſto fuit ſapientia vel ſcientia acquiſita: quia intellectus agens in Chriſto fuit eiuſdem naturæ cum alijs hominibus, & ideo cum non ſit ponẽdus ocioſus in eo habuit operationem abſtrahendi ſpecies intelligibiles a phantaſmatibus, & iſtæ ſpecies recipiebãtur in intellectu poſſibili ipſius, & ſic profecit in tali ſapientia ſeu ſcientia accepta à ſenſibilibus. Alij vero dicũt, quòd non profecit in tali ſcientia, quantum ad habitum: quia duo habitus eiuſdem rationis non poſſunt eſſe ſimul in eodem intellectu: talis autem ſcientia acquiſita non uidetur eſſe alterius rationis, quam infuſa circa idem obiectum: ſicut oculus miraculoſe datus, eſt eiuſdem rationis omnino cum oculo dato, vel generato per naturam: Nec tamen propter hoc intellectus agens in Chriſto fuit ocioſus, quia non ſolum in abſtractione ſpecierum intelligibilium neceſſaria eſt operatio intellectus agentis, ſed etiam in conſideratione ſecundum habitum ſcientiæ iam prius acquiſitæ, in qua conſideratione non abſtrahit de nouo ſpecies. Si autem conſideretur ſapientia Chriſti quantum ad oſtenſionem in effectu, ſic fuit ibi profectus quodammodo, inquantum ſapientiam ſuam non tantum humanam ſed etiam diuinam magis oſtendebat ſecundum ſuum beneplacitum, & prout noſtræ ſaluti expediebat, ſicut dictum eſt ſupra de profectu ipſius in gratia & virtute.* C *Duplex ſapientia humana in Chriſto.*

In ca. ij. vbi dicitur in poſtilla: Quia duo habitus eiuſdem rationis non poſſent eſſe ſimul &c.

## ADDITIO.

*Habitus ſcientiæ infuſæ non eſt idem ſpecie habitui ſcientiæ acquiſitæ. licet ſint de eodem & circa idem obiectum: Cuius ratio eſt: Nam habitus non ſolum diſtinguuntur ſecundum naturam aut obiecta, ſed etiam ſecundum principia actiua talium habituum ſeu diſpoſitionum, prout habetur in prima ſecundæ q. liiij. arti. ij. in cor. quæſtionis. Et inde eſt, quòd habitus ſcientiarum diuerſificantur non ſolum ſecundum diuerſitatem obiectorum, ſed etiam ſecundum diuerſa media, quibus demonſtrantur concluſiones ipſarum ſcientiarum. Sicut habitus ſcientiæ aſtrologiæ de rotunditate terræ, qui demonſtratur per media mathematica, eſt alius ab habitu ſcientiæ naturalis de eadem rotũditate terræ, qui demonſtratur per medium naturale. Vnde licet concluſio demonſtrata per vtramque prædictarum ſcientiarum circa hoc ſit eadem, habitus* B *tamen ſcientiæ talis concluſionis diuerſificantur ſpecie ſecundum diuerſitatem harum ſcientiarum, prout habetur parte. ij. q. allegata. Cum igitur principium actiuum habitus ſcientiæ acquiſitæ ſit lumen naturale intellectus agentis, principium vero actiuum habitus ſcientiæ infuſæ ſit lumen ſupernaturale, ſequitur quòd tales duo habitus ſint diuerſarum rationum, & ſic poſſunt eſſe ſimul in eodem intellectu. Nec eſt ſimile de oculo miraculoſe facto &c. prout dicit poſtillator. Nam res naturales diſtinguuntur ſpecie ſecundum principia intrinſeca tantum, præcipue ſecundum formam, non autem ſecundum principia extrinſeca, ſicut eſt principium efficiens. Ignis enim generatus ex alio igne idem eſt ſpecie igni generato ex reflexione ſolarium radiorum, eo quòd forma ſpecifica vtriuſque ignis eſt eadem ſpecie, licet cauſa efficiens ſit diuerſa. In habitibus autem diuerſitas ſpecifica accipitur etiam ſecundum principium extrinſecum, vt eſt principium efficiens, ſicut etiam diuerſificatur ſecundum obiectum, quod eſt extrinſecum, vnde credendum eſt, quòd Chriſtus profecit in ſcientia acquiſita, ſcilicet experimentali, non ſolum quantũ ad actum, ſed etiam quantum ad habitum. Et hæc eſt opinio, quam ſanctus Thomas veriorem eſſe aſſerit in hac materia tertia parte. q. xij. arti. ij. in cor. q. Quæ quidem opinio magis conſonat literæ. Teſtatur enim euangeliſta, quòd Chriſtus profecit in ſapientia. Cum igitur quęlibet ſapientia proprie dicta, eſt habitus, ſequitur quòd profecit in habitu ſapientiali. Similiter prædicta opinio eſt magis conſona rationi. Nam non ſolum eſt inconueniens dicere, quòd intellectus agens in Chriſto eſſet ocioſus, ſed etiam ſi Chriſto deeſſet aliqua naturalis actio intelligibilis, humanæ naturæ pertinens, ſicut eſt actio abſtractionis intellectualis, quod maxime pertinet ad humanum intellectum.*

## REPLICA.

In capit. ij. vbi Ieſus dicitur profeciſſe ſapientia, poſtil. excludit vnam opinionem dicentem, quòd non profecit ſecundum habitum infuſum, ſed experimentalem & acquiſitum. Et arguit poſtillator, quia habitus vterque eſt eiuſdem rationis circa idem obiectum, duo autem accidentia eiuſdem ſpeciei in vno ſubiecto eſſe nõ poſſunt, qualiter igitur illi habitus eſſent in eodem intellectu. Hic Bur. ſumit certamen pro ſancto Thom. dicens quòd illi habitus non ſunt eiuſdem ſpeciei, quia habitus non ſolum diſtinguuntur per obiecta, ſed etiam ſecundum principia actiua talium habituum. Sed hæc Bur. inuolutio eſt contra communem philoſoforum ſcholam: Secantur enim ſcientiæ, quemadmodum ſecantur & res vt dicitur. iij. de anima. Nihil enim pertinens ad cauſam effectiuam ponit diſtinctionem in ſcientiis, quia alias ſcientia à diuerſis præceptoribus tradita caperet diſtinctionem: quod falſum eſt: Nec valet quod de ſancto Thoma adducit, quòd habitus diuerſificantur diuerſitate mediorum: nam hoc improbat Ariſto. 1. poſte. Nam demonſtratio non variatur per media, ſed in poſt vel latius ſubſumendo, vt dicitur ibidem in c. Augentur autem demonſtrationes. Nec valet quod adducit de mediis mathematico & naturali: nam ſi eadem cõcluſio probatur per diuerſa media, ex hoc non variatur ſcientia, quia manet eadem cõcluſio, quamuis diuerſimode probata. Sicut ſi eadem concluſio. ſ. Deus eſt vnus, probaretur ratione et autoritate. ſ. ſacræ ſcripturæ, vnum eſſet principium creditum, aliud autem ratiocinatiuum, eadem tamen eſſet ſcientia illius concluſionis, quamuis non idem principium, ideo in talibus bene diuerſificatur intellectus, ſed non ſcientia. Quia intellectus eſt habitus principiorum, ſcientia vero concluſionum ex primo poſteriorum, principiis enim exiſtentibus pluribus manet una cõcluſio, per conſequens vna ſcientia. Nec verum eſt, quod Burgen. adducit, quòd principium actiuum ſcientiæ acquiſitæ eſt lumen naturale intellectus agentis, & ſcientiæ infuſæ lumen ſupernaturale, quia huiuſmodi lumina, & ſi ſint principia manuductiua actuum, non tamen habituum. vnde & ſi habitus acquiſiti ſint ab actibus frequentatis, hoc ſolum eſt materialiter non efficienter. iõ Ariſto. circumloquendo genus cauſæ materialis dicit habitum ex actibus, non ab actib, quia actiuum reſpectu actus & habitus eſt potentia cum obiecto tanquam duæ cauſæ partiales concurrentes ad actum eliciendum, ex cuius actus multiplicatione habitus fit, non tanquam a principio actiuo ſed materiali, quia actus non mouet potentiam, ſed producitur a potentia & obiecto concurrentibus ſecundum Bur. igitur fieret circulatio in cauſis eiuſdem generis prohibita philoſophis. Lumina igitur dicta concurrrũt in productione actuum, non vt principia actiua, ſed ut obiecti oſtenſiua. Sicut lumen concurrit ad viſionem coloris, viſionem tamen nõ efficit, ſed ſolum viſibile in potentia, vt viſio fiat oſtendit, & ſic pertinet ad actum, ſi quam cauſalitatẽ habet. Ex quo igitur actus non habet cauſalitatem actiuam, ſed materialem reſpectu habitus, vt dictum eſt, nec lumina illa efficiũt habitum. Nec valet quod Bur. ad probandum inducit, quòd videlicet principium effectiuum extrinſecum aliquid faciat ad ſpecificandum habitum, quia, ut dicit, obiectum diſtinguit & ſpecificat habitum, & tamen eſt principiũ habitus extrinſecum. Ad hoc dico, quòd obiectum ſe ſolo non eſt principium actiuum reſpectu habitus, ſed eſt materiale, quia materia, circa quam habitus uerſatur, & ſic diſtinguit & ſpecificat, ſed actiuum & motiuum eſt, non reſpectu habitus ſed potentiæ, cum concurſu potentiæ eſt actiuum, reſpectu actus eliciendi. Ex iſtis igitur dictis falſis non bene infert Burgen. quòd habitus infuſus & acquiſitus, circa idem obiectum ſint diuerſi propter agens naturale & ſupernaturale. Nam ſupernaturaliter illuminatus naturaliter videt, ita & ſupernaturaliter inſtructus naturaliter intelligit. Hæc autem opinio Burgenſ. & ſancti Thomæ eſt contra beatum Auguſtinum tertio de trinitate capit. nono & beatum Ambroſium de incarnatione verbi, quorum ſententia eſt, q̃ differentia originis non diuerſificat ſpeciem. Et ponunt exemplum de homine creato, & generato, qui ſunt eiuſdem ſpeciei. Volens videre huius opinionis pulchram deductionem videat Scotum circa tertium diſtinctione decimaquarta. vbi ſoluuntur omnia argumenta opinionis contrariæ. D *Tom. 3. c. 4. co. 2.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORD. CAP. III.

E Anno .xv. Herodes, Philippus, & Liſanias, q cũ Pilato Romano p̄ſide regunt Iudęã, filii fuerũt maioris Herodis, ſub quo natus eſt Dñs. Inter quos & ipſum Archelaus .x. annis regnauit, quo pp ſuperbiam remoto regnũ in quattuor tetrarchias diuiſum eſt, vt ſic minueret̄ ſupbia Iudæorũ. Annas & Caiphas erãt principes ſacerdotũ, qñ Iohannes cœpit prędicare: ſed Annas illũ annũ, quo Iohãnes ichoat p̄dicare, Caiphas illũ quo Dñs crucifix⁹ eſt adminiſtrabat, qa tũc põtificatus, nõ virtute vel gñis merito, ſed Romãa ptãte p̄ſtabat̄. Multos legimus põtifices tunc fuiſſe, quos ſubticet euãgeliſta, ponens tantum illos, q ad Dñi ptinẽt paſſionẽ. Quia vero Iohãnes illũ veniebat p̄dicare, q ex Iudæa quoſdã, & multos ex gentib redẽpturus erat p regẽ gentiũ & †principes Iudæorũ p̄dicationis eius tp̄a deſignant̄. Et qa gẽtilitas p fidẽ colligẽda, Iudęa p pfidia diſpergenda erat, vnus gẽtiũ, multi Iudæorũ principes deſcribunt̄, qa ad finem regni venerat, quæ tot regib ſubiacebat. Sacerdotum etiã facta eſt memoria, quia ille nunciatur, qui ſimul rex & ſacerdos erat.

†Principe

b *Fa.eſt u.&c.* Be Cõgregaturus eccleſiã Dei filius primũ operat̄ in ſeruulo, vt eccleſia non ab hoïe cœperit, ſed a verbo, vt appareat maior auctoritas Iohannis nouũ baptiſmi ritũ inſtituẽtis factũ eſt verbũ do. ſuper Iohã. i. ad Iohannẽ. Qđ qdẽ eſt deſup, ſola Dei gr̃a, prius operat̄ verbũ intus, et declarat Iohanni q̃ velit ab ipſo proferri, poſtea profert Iohannes. Sequitur verbũ interius opãs, ſonus vocis exterius ſonans *In de.* i. in eccleſia q̃ prius deſerta, modo plures habet filios. Factũ eſt ergo verbum in deſerto, vt q̃ tũc erat de F ſerta fructum nobis terra generaret. factum eſt verbum, ut Iohannes pœnitentiam prædicaret, nõ remiſſionem daret: Vnde Iohannes eſt figura legis, quæ peccatum nunciat, non cõdonat. Iohannes prænuncius Chriſti, ita lex prenũciat gratiã eccleſiæ. Matthæus & Marcus commendant Iohannem ex veſtitu, & cibo, & cinctu, ſufficit Lucæ Iohannẽ cõmendare ſola cõmemoratione prophetiæ. Nullo. n indicio ſui eget, q verbo Dei abundat. Vnumq̃taque dixit, et omnia declarauit.

In Lu. euan ge. c. 3. li. 1. c. 9. tom. 5. — *Dicentis — Matth. 3. a Mar. 1. a — Ibidem.

c *Præd. baptiſ. pæn. &c.* Be. Iohannes baptiſmum pęnitẽtiæ p̄dicauit, & quibuſdam ẽt dedit ſed remiſſionem pc̃tõrũ dare non potuit. Non ergo ait: Dans baptiſmum pęnitentiæ in remiſſionẽ peccatorum, ſed prædicans: Quia enim dare nõ potuit baptiſmũ, quo pc̃tã ſoluerẽtur, prædicabat, vt ſicut verbo p̄dicatiõis uerbũ p̃ris p̄currit, ita baptiſmũ pniæ quõ pc̃tã ſoluuntur, p̄curreret ſuo baptiſmate, quo pc̃tã ſolui nõ poſſunt.

d *Vox cla.* Vox, qa p̄nũcius verbi. *In de.* quia deſertæ et deſtitutæ Iudeæ ſolatium redẽptionis annunciãt. Nullum uerbum ſine uoce auditur, nec vox ſine verbi intelligentia ualet.

e *Parate vi. Domi. &c.* Qui fidem & bona opera p̄dicat, quid aliud quã venienti Dño ad corda audientium viam parat, ut hęc uis gratiæ illuſtret, vt rectas Deo ſemitas faciat, dum mũdas cogitationes in animo per ſermonẽ p̄dicationis format.

f *Omnis val.* In aduentu Domini humilis gentilitas impleta eſt & creſcit plenitudinem gratię accipiendo. Et Iudæa ſuperba per errorem perfidiæ hoc vnde ſuperbiebat perdidit.

*Et erunt pra.*

## CAP. III.

a Anno autẽ quintodecimo impij Tyberii Cęſaris procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha aũt Galilææ Herode: Philippo aũt frẽ eius tetrarcha Ituræ & Tracõitidis regiõis: & Liſãia Abilinæ tetrarcha, ſub† principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factũ eſt uẽrbũ Domini ſuper Iohannẽ Zachariæ filium in deſerto. †Et uenit in omnem regionem †Iordanis prædicans bãptiſmum pœnitentię in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptũm eſt in libro ſermonũ Iſaiæ prophetæ. *† Vox clamantis in deſerto: parãte uiam Domini, rectãs facite ſemitas eius. Omnis uãllis implebitur, & oĩs mons & collis humiliabitur. Et erũt† praua in directa, et aſpera in uias planas, et uidebit oĩs cãro ſalutare Dei. Dicebat ergo ad tũrbas quæ exibant ut baptizarent̃ ab eo: † Gẽnimina viperarum, quis oſtẽdit uobis fugere à uẽtura ira? Facite ergo fructus dignos pęnitẽtię: & ne cępertis dicere, *patrẽ habemus Abraham. Dico. n. uobis, quia poteſt De⁹ de lãpidib⁹ iſtis ſuſcitare filios† Abrãę. †Iam. n. ſecũris ad radicem arboris poſita eſt. †Omnis ergo arbõr non faciens fructũ bonum, † excidetur, & in ignem † mittetur. Et interrõgabãt eum turbę dicentes: Quid ergo faciemus? Reſpondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas† det non

Interlinear glosses: ¶Terrę. — ¶Regio eſt. ¶Terrę. — ¶Iſtud. Vade & prædica baptiſmum. — ¶Idem præco prænunciat, quod poſt per ſeipſam ueritas. — ¶Ecce Iohannis prædicatio firmatur prophetæ teſtimonio. — ¶Iohannes eſt uerbi uox. — ¶Iſtud. ¶Prauitates abiicite, fidem & bona opera accipitẽ. ¶Vt non pro terrenis ſeruiatis. — ¶Omnis qui ſe humiliat exaltabitur. — ¶Et qui ſe exaltat humiliabitur. — ¶Homo Iudæus & gentilis, uir & mulier iuuenis & ſenex. ¶Chriſtum. — ¶Bed. Phariſæorum & Saducæorum qui pœnitentia & correctione maxime indigebant. — ¶Venenati uenenatorum filij qui bonis inuideris & perſequemini. — ¶Be. Quare non prius depoſitis uenenum, ut ſic ad baptiſmum ueniatis? ¶Nemo, cum non pœnitẽtis: Sed ego demonſtro, & hoc eſt: Fa. ergo fru. di. ¶A vindicta. — ¶Pro æqualitate culpæ. ¶Peccatores enim eſtis. — ¶Be. gentilibus, quorum corda inſenſibilia. — ¶Si autem vos Chriſti, ergo Abrahę ſemen eſtis, quia ſemini eius Chriſto per fidem uniti. ¶Seueritas iudiciaria, ad funditus extirpandos infructuoſos præparata eſt. — ¶Vt gentiles & hypocritæ qui nullum, & hæretici qui malum. — ¶Ex uerbis Iohannis terrore perculſi notantur, qui conſilium quærunt. — ¶Ne excidamur, & ne in ignem mittamur. — ¶Id eſt ſuperfluas.

G tet quòd anno .xv. Tyberij Iohannes fuit .xxx. annorum, & hoc eſt tempus debitum prædicationi, quia tũc viget ætas virilis, unde Ioſeph .xxx. annorum erat, quando ſtetit coram Pharaone, Gene. xli. & Ezechiel quando incepit prophetare. Ezech. 1.

Gen. 41. e — Ezech. 1. a — Pilatus uo. ſ. oriundus

b Procu. pon. Pi. Iu. *Pilatus iſte non fuit Iudæus, ſed gentilis de territorio Lugdunenſi oriundus ſecũdum Ioſephũ, & a romano imperatore fuit miſſus ad regẽdam Iudæam tunc Romanis ſubiectam.*

c Tetrarcha au: Ga. He. &c. *Romani volentes frangere Iudæorum ſuperbiam, & auferre ab eis rebellandi occaſionem, abſtulerunt ab eis nomen regium diuidentes regnum in plures partes, quæ tetrarchiæ dicebantur.*

d Et Liſania abilinæ tetrarcha. *Glo. Be. dicit quòd iſti tres hic nominati. ſ. Herodes, Philippus, & Liſanias fuerunt filij Herodis, ſub quo natus eſt Chriſtus, & ipſo mortuo Archelaus eius filius, & frater prædictorum ſucceſſit ei in regno .x. annis quo accuſato apud Cæſarem, & miſſo in exilium apud Viẽnam, imperator regnum tribus fratribus prædictis diuiſit per tetrarchias. Sed, quòd iſte Liſanias fuerit filius Herodis, ex hiſtoriis autenticis non habetur: quia nec Ioſephus nec Scholaſtica hiſtoria ponunt eum inter filios Herodis, ſed magis dicunt ipſum fuiſſe filium Ptolomæi Mannei, qui ſub libano habitabat & Alexandræ filiæ Ariſtoboli, qui de Malchabæis deſcenderat.*

†Mat. 3. a Mar. 1. a Ioan. 1. c †Circale danem.

e Sub prin. ſa. &c. *ſecundum quòd dicit Ioſephus & Scholaſtica hiſtoria, Sacerdotiũ tũc non procedebat ſecundum genealogiam, & dignitatem generis: prout in lege fuerat ſtatutum, ſed paſſim a Romanis vendebatur, ita quòd non ſolum ſingulis annis mutabatur ſũmus ſacerdos, ſed etiam aliquando in eodem anno: & ideo a .xv. anno Tyberij, quo incipit prædicatio Iohannis vſq; ad .xviij. an. Tyberij in quo paſſus eſt Ieſus, plures fuerunt ſummi ſacerdotes, quam iſti duo, ſed quia Anna erat ſummus ſacerdos, quando Iohannes incepit prædicare, & Caiphas, quãdo paſſus fuit Chriſtus: ideo Lucas de iſtis duobus tantum mentionem facit.*

†Eſa. 40. a Matt. 3. a Matt. 1. a Ioan. 1. c — H

f Factum eſt uer. Do. ſu. Io. *per reuelationem diuinam, per quã habuit mandatum de prædicatione exequenda.*

g Et ueni. *Hic conſequenter ponitur prædicationis actus. Et primo quantum ad exhortationem boni, ſecundo quantum ad argutionem mali, ibi: Dicebat ergo. Circa primum dicitur:* Et uenit in omnem regionem Iordanis. *quia exiuit de deſerto, ubi pauci habitabant: & uenit ad loca magis habitata: vt plures poſſent venire ad eius prædicationẽ, & baptizari ab eo in Iordanæ.*

Diuiſio

h Prædicans baptiſmum pœ. *hoc expoſitum eſt. Mar. 1. vſque ibi:*

l Om. ual. im. *Hæc auctoritas quæ habetur Eſa. xl. exponitur à Iudæis de reditu captiuitatis Babylonicæ: de qua prædixit Iſaias, vias tũc complanari p hoc q valles eleuarentur ad æqualitatem planiciei, & colles deprimerentur, vt ſic Iudæi de Babylonia reuertẽtes in Iudæam poſſent de facili tranſire per viam. Sed quia nec in ſcriptura ſacra neq; in aliqua Hiſtoria autentica inuenitur eſſe impletum, ideo illa ſcriptura ſacra reducenda eſt ad alium intellectum in aduentu Chriſti* ¶ *adimple-*

### MORALITER.

✱ a *Anno au. quin. impe.* Quòd aũt p̄dicatio Iohãnis tã ſolẽniter deſcribitur. ſ. per tempora imperatoris & pontificum & principũ, eſt ad deſignandum illius excellentiam, quem nunciare veniebat, vt pote qui ſummus imperator & põtifex & gubernator omnium exiſtebat.

f *Factum eſt uerbum Domi. ſuper Io.* per quem ſignificatur prædicator euangelii, propter quod ſuper eum debet eſſe verbum Domini, vt eius inſtinctum viuendo & docendo ſequatur, & non econuerſo, ſicut faciunt prædicantes propter quæſtum qui pro libito ſuo formant verbum prout æſtimant conſequi temporale lucrum.

g *In deſerto.* Talibus enim fiunt reuelationes diuinæ. Pſal. lxij. a. In terra deſerta & inuia & inaquoſa.

h *Et uenit in omnem regio. Ior. &c.* i. ad loca populoſa, in quibus poterat magis proficere, & in hoc dedit exemplum prædicatoribus euangelii, qui non debent quærere loca recreationis, ſed fructificationis verbi diuini.

i *Vox clamantis in deſerto.* Ambro. ideſt in gentium populo, qui deſertum dicitur, eo quòd peccatorum ſpinis impletur.

Sup. Luc. li. 2. c. 3. to. 5.

k *Parate uiam Do. &c.* per prædicationem enim hominum corda præparantur, ut in ipſa Deus per gratiam ingrediatur.

l *Omnis uallis implebitur &c.* Hoc fit quãdo peccator lapſus in profundum peccatorum, ad ſpem ſuæ ſalutis erigitur.

✱ *Et omnis*

## NIC. DE LYRA CAP. III.

Anno an. quin. *Poſtquam deſcriptus eſt ſaluatoris ortus per ſuam incarnationẽ. hic cõſequẽter deſcribitur eius progreſſus per ſuã prædicationẽ. Et circa hoc primo deſcribitur prædicatio præcurſoris. ſecundò ipſius ſaluatoris ſe. ca. Circa primum præmittitur prædicationis Iohannis tempus. ſecundo ſubditur prædicationis actus ibi: Et uenit in omnem regionẽ. tertio, prædicationis fructus, ibi: Et interrogabant eum. Circa primum conſiderandum, q tp̄s p̄dicationis Iohannis deſcribitur per nomina & tempus imperatoris tunc regnantis & præſidis Iudeæ & tetrarcharum & ſacerdotum, ad oſtendendũ certitudinem hiſtoriæ & auctoritatem prædicationis Iohannis Baptiſtę, ſicut in ſcriptis autenticis ſolet fieri, cum dicitur.* An. a. q. im. T. Ce. *Iſte Tyberius ſucceſſit Octauiano Auguſto, ſub quo natus eſt Chriſtus ſcilicet xlij. anno imperij eius, & ſimiliter Iohannes Baptiſta per dimidium annum ante: Auguſtus autem imperauit lvij. annis. Ex quo patet*



✱ a *Et e. pra.* Be. Praua i. malorum corda per iniuſticiam diſtorta ad regulam iuſticiæ dirigentur.

A

b *Et aſ.* i. immites, & iracundæ mẽtes p infuſionem gratiæ ad manſuetudinem redibunt, vt ibi prædicator planam uiam inueniat, vbi prius pro aſperitate greſſum ponere non poterat.

In Luc. euã ge. c. 3. li. 1. c. 9. tom. 5.

c *Et ui. B.* In hac uita oĩs hõ Xp̄m uidere nõ poteſt, ſed in die iudicij ĩ ſede maieſtatis, & electi & reprobi pariter videbunt, ut iuſti remunerentur, & mali in æternum gemant. Vnde & ſubditur:

Ibidem.

d *Dice. er. ad tur. &c. Ge. ui. quis. o.* Ventura. n. ira eſt aĩaduerſio ultionis extremæ, quã tunc fugere pc̃tõr non valet, q nũc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit.

e *Quis o.* Ambro. Quis oñdit in prudentia miſeratione Dei infuſa, ut pniã delictorũ agẽtes, terrorẽ iudicii prouida deuotiõe metuatis? Ad gñationẽ ergo nõ ad ſucceſſionẽ referẽda eſt cõparatio viperarũ. Vel iõ ſerpentib. cõparat, ut oñdat eos habere naturalẽ prudẽtiã prouidendi futura. vnde: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes: Ideoq; monentur operis potius q̃ gñis claritatem quærere, quia non genus, ſed ſola fides valet, quam ad gentes transferendam prophetat.

Sup. Luc. li. 2. c. 3. ti. 3. tom. 5. — †in nobiſmetipſis — Vt ſup.

f *Di. Be.* Non dẽt eſſe par fructus boni operis eius, qui nihil vel minus peccauit, & eius, qui grauius cecidit.

g *Et ne cę. Be.* Ideo ſe peccatores cognoſcere nolebant, quia de ſtirpe Abrahæ deſcenderant. Vnde dicitur: *Ne cæ. dice.* quia non qui filii carnis, hi ſunt in ſemine, ſed qui fidei. Vnde ſubditur: Potens eſt Deus de lapi. iſtis ſuſci. &c.

Ibidem — †Mat. 3. c *ipſi †Mat. 1. c †Matt. 3. c. & 7. c Matt. 3. b Vt ſup. †expeditur. †mittitur

h *Dico. n. ue.* Ambro. Qui amiſſo ſenſu rationis, lapidib. putant ineſſe alicuius rationem diuinitatis, ipſi in naturam lapidum, non uſu corporis, ſed mentis habitu uertuntur. Quos autem lapidibus comparauerat, quia ante deformes ad B uſum, nudi ad ornatum, ſteriles ad fructum, irrationabiles ad pfectum, iam arborib. comparat, quia proceſſu rõnis iam intelligit in illis aliquem clemẽtiorem profectũ, q rõnabili quodã munere naturæ, iã ſunt decori ad uſum, uenuſti ad aſpectum, optimi ad fructum, ſurgunt cacuminibus, funduntur brachiis replentur fructibus, ueſtiuntur frondibus.

i *Iam. n.* Be. Iõ agite pniam & ne. d. pa. ha. Iam. n. ſecuris ad radicẽ ar. &c. Faciet ergo fructum qui poteſt, gr̃ę, q debet pniæ. Be. Arbor, humanum genus, ſecuris, redemptor, qui uelut ex manubrio tenetur ex humanitate, ſed ferro incidit. i. ex diuinitate: Qui & ſi expectet patientiam, uidet tamen quid facturus ſit per iniuſtitiam. Nec ad ramos: ſed ad radicem poſitam dicit ſecurim. Cum. n. filii malorum tolluntur, qd aliud quã rami infructuoſæ arboris abſcinduntur? Cum tota progenies cum parente tollitur, arbor radicitus abſcinditur, ne quid remaneat, unde iterum aliquid germinis oriatur.

Vbi ſup. — Ibidem.

k *Qui ha. du.* Be. Tunica plus uſui neceſſaria quam pallium ad dignum pniæ fructum pertinet, ut nõ exteriora minus neceſſaria, ſed ẽt ipſa valde neceſſaria cum proximis diuidamus, ut eſcam qua uiuimus, & tunicã q̃ ueſtimur. Ecce q̃tũ valẽt opa mĩæ, quæ ad dignum fructum pniæ præ cæteris præcipiũtur. unde: Date eleemoſynam, & ecce omnia m. ſ. v. De duabus tunicis diuidendis datur præceptum, quia ſi vna diuidatur, nemo ueſtitur. In dimidia tunica, & nudus remanet, qui accipit & qui dedit. Miſericordiæ. n. ipſius pro poſſibilitate humanæ

Ibidem. — Inf. 11. f

✱ conditionis

*norum meorum do pau. &c. ut habetur infra, & in Matthæo, qui dimiſſo Telonæo ſecutus eſt Chriſtum, ut legitur Mat. ix. Patet ſecundum in mundi principibus quorum colla ſunt ſubiecta Chriſto.* C

Inf. 19. b

b Et erunt pra. *ideſt corda diſtorta per iniuſtitiam per æquitatem iuſtitiæ rectificabuntur.*

c Et aſpera in uias pl. *i. corda contra Chriſtum indurata mollificabuntur, ſicut patet de Paulo qui Chriſtum perſequens à Chriſto illuſtratus, ſtatim ad manſuetudinem obedientiæ fuit conuerſus, dicens: Domine quid me vis facere? Act. ix. a.*

† obliqua in directã, ſub. uiam — Act. 9. a

d Et ui. o. ca. ſa. Dei. *i. Chriſtum: Et accipitur hic omnis caro i. omnis homo, quia aliqui de omnibus hominibus uiderunt eum inter hoĩes cõuerſãtẽ. Diuidebatur enim tũc cõitas hoĩm in duas partes. ſ. in Iudæos & gentiles, & multi de iſtis, & de illis viderũt eum in mũdo cõuerſantem. Poteſt etiam hoc verbum intelligi de uiſu ſpũali, quo vident eum conuerſi ad fidem catholicam, ex omnibus gentibus totius mundi. Videbunt etiam eum generaliter omnes in forma humana in die iudicij.*

†Matt. 3. b

e Dicebat ergo. *Hic conſequenter deſcribitur actus prædicationis quantum ad reprehẽſionem mali, et patet ſententia ex dictis. Mat. iij. exceptis quæ ſequuntur.* Dice. erg. ad tur. *Hic accipitur totũ pro parte, quia illud quod ſequitur non dixit niſi phariſæis & ſaducæis, qui cum alijs veniebant ad Iohannem, non ex deuotione, ſed magis ex malignitate, unde ſubditur:*

f Genimina ui. *Genimina eſt neutri generis, & dicitur a gigno is, & ideo filii nati ab aliquo dicuntur eius genimina. unde Matt. iij. dicitur: Progenies viperarum.*

g Et in. *Hic conſequẽter ponitur p̄dicationis Iohannis fructus. Erat. n. prædicatio Iohannis ordinata ad hoc, quòd populus ad ſuſceptionẽ Chriſti præpararetur, & ut Chriſtus manifeſtaretur. Primo ergo ponitur fructus prædicationis eius quantum ad primũ. ſecundo, quantum ad ſecundum, ibi. Exiſtimante aũt po. Circa primum ſciendum, quòd populus præparabatur ad Xp̄i ſuſceptionem, per ueram pœnitentiam, quæ apparet quando homo paratus eſt corrigere vitam ſuã, & hoc oſtenditur hic eſſe factum ad prædicationem Iohannis, primo in vulgaribus hominibus, cum dicitur.* Et interrog. eum tur. di. Quid ergo facie. *q. d. uitam noſtram corrigere parati ſumus.*

†excidietur — D — †communicet, impertiatur

l Reſpon. autem &c. Qui habet duas tu. *ideſt veſtimẽtũ ſuperfluum.*

n Det non ha. *Illa. n. terra, in qua erat Iohannes, calida eſt, & de communi curſu ſufficit vna tunica, vel unum veſtimentum. Et ita intelligendum eſt de alijs rebus quibuſcumque quæ ſuperfluunt, conſiderata conuenienti neceſſitate ſtatus & perſonæ. Secundo, hoc oſtenditur in pedagiorum & tributorum collectoribus, cum dicitur:*

¶ Venerunt

### MORALITER.

✱ a *Et omnis mons & collis.* quando ſuperbus obedientiæ Dei ſubiicitur.

b *Et erunt praua. in di. &c.* quando diſtortio iuſticiæ ad rectitudinem reparatur.

c *Et aſpera in uias pla.* quando per exercitiũ bonum efficitur leue quod prius erat durum, & ſic diſponitur auditor verbi diuini ad videndum ſalutare Dei.

e *Dicebat ergo ad tur.* Hoc quantum ad ſenſum literalem dicebat propter Phariſęos et Saducęos in malum obſtinatos, vt patet Mat. iij. de quibus ſubditur:

f *Geni. ui.* q. d. nullus, quia ſuperius erit, iudex iratus: Inferius, horrẽdum chaos inferni. A dextris, peccata accuſantia: A ſiniſtris, dęmonia ad interitum trahentia: Foris, mundus ardens: Intus, conſcientia urens, peccator ſic reprehenſus quo fugere poterit? latere erit impoſſibile, apparere autem intolerabile, ideo ſubditur:

g *Facite ergo fructum dignum pœn.* Hæc eſt enim uia euadendi mala prædicta.

h *Et ne ca. dicere patrem habemus Abraham,* nam ſine fructu pœnitẽtiæ nullus ſanctorum per ſua merita poterit peccatores ſaluare.

i *Iam enim ſecuris ad radicem ar. po. eſt.* Iſta ſecuris dici poteſt calor naturalis, qui continue conſumit humidum radicale, quo conſumpto arbor mala, per quam ſignificatur peccator, exciditur per mortem, & quantum ad animam mittitur in gehennam.

m *Qui ha. duas tu.* Per quas poſſunt virtutes, quæ ſũt animæ ueſtes intelligi, nam habens eas debet eas applicare ad bonum proximi.

✱ *Et qui*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *adimpletum, per quem humiles, qui per ualles intelliguntur, repleti ſunt bonis ſpiritualibus, & ſuperbi, qui per colles intelliguntur, humiliati ſunt ſicut ſupra expoſitum eſt. ca. i. in cantico beatæ Virginis. Aliter etiam exponitur hoc, quia ſicut uia corporalis redditur difficilis ad ambulandum propter profunditatem uallium, & eleuationem collium, ita uia ſpiritualis, qua Deus graditur ſuper corda fidelium, impeditur per depreſſionem terrenæ cupiditatis & per eleuationem mundanæ uanitatis, & vtrunque impedimentum fuit amotum per aduentum Chriſti in multis. Primum patuit in Zachæo qui dixit Domino: Ecce dimidium bo*

*norum*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

conditionis ſeruatur menſura, vt non ſibi unuſquiſque totū
E eripiat, ſed quod habet cum paupere partiatur:

*In Luc. enar. c. 3. li. 1. c. 9. to. 5.* a *Pub.* Be. Qui uectigalia publica exigūt, ſiue qui cōductores ſunt uectigalium fiſci, vel rerum publicarum. Nec non & hi qui huius ſeculi lucra per negotia ſectantur, quos pariter unūquēq; in ſuo gradu ab agenda iniuria coercet, ut dū primo ab alienorum ſe tēperarent appetitu, tandē ad propria cū proximis cōicanda pertingerent.

*Ibidem.* b *Magiſter quid fa. &c.* Bed. Magna vis in ſermone Iohānis. q ēt publicanos & milites ad conſilium ſalutis ſuæ cogit, quibus præcepit, ne ultra præſcriptum exigant.

*Ibidem.* *† 23. q. 1. c. paratus. & c. quid culpatur. & c. militare.* c *Ne.cō.* Be. Iuſto moderamine eos ꝓmouet, ne ab eis calumniando ꝑdā rēgrant, quibus militādo ꝓdeſſe debuerant: Docēs idcirco ſtipēdia cōſtituta militiæ, nedū ſumptus q̄rit, ꝑdo graſſet: Nullū officiū, nullū genus, nulla ætas ab agenda mīa excludit, omnes in cōe monent, vt cōferāt nō habēti: Miſericordia.n. plenitudo eſt uirtutū.

*Ibidem.* *Ioan. 1. b* d *Exi.au.* Be. Nō ſolū cogitabāt, ſed ſicut alius euāgeliſta declarat, miſſis ad eū ſacerdotib. & leuitis, an eſſet Chriſtus req̄rebāt. Vñ et Iohānes ſubditur rñdiſſe. Patet Iudæis fuiſſe notū ſcdm ſcripturas dominicæ incarnationis tēpus adeſſe, ſed mira cæcitas, q̄d in Iohanne ſponte credebant, hoc in Saluatore tātis ſignis & uirtutibus approbato, & ipſo ēt Iohanne atteſtāte nō credūt, quē p mulierē credebāt uenturū, per uirginē ueniſſe nō credūt: *† Mat. 3. c Marc. 1. a Ioan. 1. d* Ambro. Videbat Iohānes cordis occulta, *Sup. Luc. li. 2. c. 3. tom. 4. tom. 5.* ſed Dei reuelantis gratia, qui prophetis palam facit occulta cordis.

*Ibidem.* e *Ego qu.* Be. Ambr. Cito ꝓbauit ſe nō eſſe Xp̄m, q viſibili tm̄ operat̄ officio. Aqua nō ſpū baptizat, quod ſolius eſt Xp̄i, nec uerbo ſed ope Chriſtū ſe nō eſſe declarat. F Vt ſicut natiuitatē Xp̄i, *† Mat. 3. c* ita baptiſmū quoq; eius ſuo præcurreret, imitatione ſacramēti non uirtute.

*† permundabit.* f *Veniet autem.* Ideo baptizo aqua, q̄ ille uenit, qui baptizabit ſpiritu, & oportet, vt illi uia præparetur.

*Vbi ſup.* g *Cuius non ſum di.* Be. Nō ſum dignus myſteriū incarnationis īueſtigare. Vł nomē ſponſi mihi nō vſurpo, nec ſpōſus credit, ſed amicus ſponſi volo, vel nō ſum dignus portare per totū mundū ꝑdicando calceamenta .i. myſteriū incarnationis. Hoc.n. non eſt Iohannis præcurrentis officium, ſed apoſtolorum ſequentium. Calceamentū nuptiale, euangelica prædicatio, qua calciati ſunt apoſtoli.

*Ibidem.* h *Purga.* Be. Purgat dum vel in præſenti ob manifeſta pctā peruerſus de eccleſia eiicitur, vel poſt mortem dāmnatur.

i *Paleas.* Paleæ ſunt, qui fidei ſacramentis imbuuntur, ſed ſolidi non ſunt. Zizania qui & opere & profeſſione ab electis ſecernuntur, qui hoc ventilabro non remouentur, quia iam iudicati ſunt, ſed paleæ ventilantur.

*Luc. 3. d* k *Herod.a.* Antequam Lucas aliquid narret de actibus Ieſu, dicit Iohannem ab Herode captum, ut oſtendat ſe ſolummodo ea facta deſcripturum, quæ eo anno geſta ſunt, quo Iohānes vel captus eſt vel punitus. *Vbi ſup.* *Herodes autem tetrarcha.* Be. Nō his diebus captus eſt Iohannes, ſed iuxta euangelium Iohannis poſt aliqua ſigna geſta a Domino, & poſt eius baptiſmū diffamatum, Sed a Luca ad exaggerandam Herodis maliciā præoccupatum eſt, qui cum uideret ad prædicationem Iohānis multos cōfluere, milites credere, publicanos pœnitere, & totum uulgus baptiſmum ſuſcipere, ipſe econtrario nō ſolū Iohannem contemnit, ſed & uinculat & occidit. *Ibidem. Ioan. 1. e* Be. Notandū q̄ Iohannes euangeliſta, qui de diuinitate Chriſti ſcribere ſuſcepit, teſtatur, quia Ieſus Ioanne baptiſta qui figura legis eſt, adhuc prædicante & baptizante plures faceret diſcipulos, & baptizaret, myſtice docēs Ieſū anteq̄ in carne naſceret̄ æternū p ſecula Deū, & fidelium p legē doctorē fuiſſe pplorū. Alii euāgeliſtę q hūanitatē Xp̄i deſcribūt ab incarceratione Iohānis, ſumūt exordiū dñicæ ꝑdicatiōis, quorū officiū ē, poſt corruptā a Iudæis legē, & quaſi tenebris carceris ignorātia cæcaq; traditione fędatā, Dñi ī carne apparētis & p carnē opātis quaſi aduenientis in Galileā cæleſtē ꝑdere doctrinā. G

Et Ieſu baptizato

habenti, & qui habet eſcas ſimiliter a
a faciat. Venerunt autem & publica- b
ni, ut baptizarentur, & dixerunt ad
b illum: Magiſter quid faciemus? At c
ille dixit ad eos. Nihil amplius quā
quod conſtitutum eſt uobis† faciatis.
† Interrogabant autem eum & d
milites, dicentes: Quid faciemus &
c nos? Et ait illis: Neminem concutia e

¶ Non timore & amore.

tis, neq; calumniam faciatis, & con f g h
d tenti eſtote ſtipendiis ueſtris. † Exiſti
mante autem populo, & cogitanti- i
bus omnibus in cordibus ſuis de Io

¶ Id eſt an.

hanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus:
reſpondit Iohannes dicēs omnibus:

a ¶ Tingo corpora aqua, & inſtituo vſum baptizandi, donec ueniat qui abluat animas per ſpiritum.

e f †Ego quidem aqua baptizo uos: ue

a ¶ Et ſi humilis, & ego magnus reputor, tamen ille fortior, quia Deus.

g niet autem fortior me poſt me, cu-

¶ Ligaturam myſterii.

ius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius: ipſe uos

a ¶ Be. i. purgatione ſanctificationis, & probatione tribulationis, uel ſpiritu qui ſanctificat, & accendit amore Dei, vel hic ſpiritu, in futuro igni purgatorio permundabit.

baptizabit in ſpirituſancto & igni.

a ¶ Diſcretio iuſti examinis. b ¶ Quia omne iudicium dedit pater filio.

†Cuius uentilabrum in manu eius,

a ¶ A paleis. b ¶ Præſentem eccleſiam.

h &†purgabit aream ſuā, & congrega

a ¶ Immobiles a ſpe æternorum.

i bit triticum in horreū ſuū: paleas āt

¶ Be. Quia neq; extinguetur, neq; extinguet cruciatos ſed æternaliter puniet, dicitur autem ad differentiam illius de quo dicitur: Igne nos examinaſti.

cōburet igni inextinguibili. Multa k
quidē & alia exhortās euāgelizabat
k populo. Herodes autem tetrarcha,
cum corriperetur ab illo de Hero- l
diade uxore fratris ſui, & de om-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ b Venerunt au.pu. *Tales enim dicuntur publicani, quia intromittunt ſe de negocijs pertinentibus ad publicum.*

c At ille dixit ad eos Ni. am. *Hoc autem dixit, quia collectores talium ſolent eſſe proni ad plus colligendum quam ſit eis mandatum, vt quod eſt amplius, eis remaneat. Tertio, oſtenditur in militibus, cum dicitur:*

d Interrogabant au. eum & mili. *parati concilio eius vti.* *† exigatis*

e Et ait illis: Nemi. concu. *ſcilicet opprimēdo pauperes, & eos deſpiciendo.*

f Neque calumniam faci. *id eſt non imponatis falſum crimen diuitibus, & potētibus, vt occaſionem extorquendi bona eorum habeatis, quia per aliam viam a talibus bona rapere non poſſunt.* *† Expectante, Spectante.*

g Conten. eſto. ſti. ue. *quæ dabantur eis ab imperatoribus pro labore militum, quem habent ſuſtinere in defenſione patriæ. Redditus autē quos habēt multi milites ſup hoīes ſibi ſubditos, hēnt locū ſtipēdiorū, & iō dīnt eis eſſe contenti. Ad tria autem dicta inducebat Beatus Iohannes milites, quia ſolent eſſe proni ad uitia contraria.*

h Exiſti. au. po. *Hic deſcribitur fructus prædicationis Iohannis quantum ad Chriſti manifeſtationem. Et primo manifeſtatur Iohannis teſtimonio, ſecundo, Dei patris ſigno ibi: Factum eſt autem. tertio euangeliſtæ ſcripto ibi: Et ipſe Ieſus erat inci. Circa primū, oſtenditur in Iohanne, doctrinæ veritas in Chriſti manifeſtatione. ſecundo, mentis ſtabilitas in Herodis reprehenſione, ibi: Herodes autē tetrarcha. Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. iij. exceptis quæ ſequūtur:* Exiſti. au. po. *quia aliqui eorum viderant, & alij fama publica audierant mirabilem eius conceptum, ortum, & vitæ ſanctæ meritum, quę ſuperius ſunt declarata: & ex his opinabantur ipſum eſſe Chriſtum* H

i Et cogitantibu- omnibus in cordibus. *Non ſolum cogitauerunt, ſed etiam de Ieruſalem (quæ erat Metropolis) miſerunt Iudęi nūcios ſolennes ad Iohannē, vt quęrerent ab eo, ſi ipſe eſſet Chriſtus, vt habetur Ioh. 1.*

k Multa quidem & alia exhortans. *Ex quo patet, quod non omnia facta & dicta Iohannis ſcripta ſunt, ſed pauca reſpectiue ſicut & de Chriſto dicitur. Multa quidem & alia, &c.* *Ioan. vlt.*

l Hero. au. tetra. cum cor. *Hic deſcribitur ſtabilitas mentis in Iohanne, qui non timuit facinus Herodis tetrarchæ arguere, & ſententia huius patet ex dictis Matthæi. xiiij. & Mar. vi. vbi factum iſtud plenius continetur.*

¶ Factum

## MORALITER.

✠ a *Et qui habet eſcas ſim. fa.* Spirituales eſcę ſunt ſacrę ſcripturę, quas habens debet proximum ſpiritualiter paſcere.

b *Venerunt autem & pu.* Per quos poſſunt intelligi officiales & ꝓpoſiti, qui non debent a populo exigere, niſi quod conſtitutum eſt ſecundum ordinem iuſticiæ.

d *Interrogabant autem eum & milites dicentes.* Per quos poſſunt intelligi prædicatores, quos armat Apoſtolus dicens: Accipite armaturam Dei, &c. Et in fine dicit: & gladium ſpiritus, quod eſt uerbū Dei: Iſtis dicitur: *Ephe. 6. b*

e *Neminem concutiatis.* nimis aſpere prædicando, & ſic ad deſperationem inducendo.

f *Neque calumniam faciatis.* prædicationem ſubtrahendo, reputātes eos indignos exhortationis verbo.

i *Et contenti eſtote ſtipendijs veſtris.* Quæ ſtipendia ſunt redditus aſſignati prædicatoribus poſſeſſiones habentibus, & eleemoſynæ datæ mendicantibus.

h *Exiſtimante autem populo, & cogitantibus &c. de Iohanne ne forte ipſe eſſet &c. reſpondit Ioannes.* Per eius reſponſionem, qua ſe humiliauit, & Chriſtum exaltauit, informatur prædicator euangelii, vt de bonis operibus ſuis non quærat laudem propriam, ſed diuinam.

l *Herodes autem tetrarcha, cum corriperetur.* Iſte, qui Iohannem

✠ ligauit



A a *Et Ie. ba.* Be. Baptizat̄ Dñs, nō mūdari indigēs, ſed tactu mūdæ carnis aquas mūdās, vt vim abluēdi habeāt. Et iō q ad lauacrum Xp̄i uenerit, pctā deponit: qa (q̄d innumera ſub lege baptiſmata nō poterāt) contra ꝑuaricationis malū vim regeneratiuæ ſanctificationis aq̄ cōcipit: Vñ cū baptizatū populū diceret, nihil magnū addidit, ſed baptizato Ieſu & orante, dicit aptū cęlū: quia dū ille aquas Iordanis ſubiit, nobis cæli ianuā pandit, & dum caro innoxia aqs frigētibus tingitur, oppoſita quōdā noxiis rōphea ignea reſtringitur, nec ibi Xp̄o cælū cœpit aperiri, ſed his uerbis oñditur virtus baptiſmi. Orat aūt, vt nos ad orandū informet, vt poſt baptiſmū ꝑcib. & ieiuniis & eleemoſynis & alii bonis cælū nobis aperiatur. Quia & ſi peccata in baptiſmo ſunt laxata, nō adhuc caro eſt ſolidata, ſed in deſerto mūdanæ conuerſationis hoſtes occurrūt, q ſudore nro vincuntur per gratiā Xp̄i, donec tādē inducamur in aulā pacis. Nulli inter natos mulierum ſecūdus eſt Iohannes, cui ſe Chriſtus credit baptizādū, ſe uidendum in columba exhibet ſpirituſſanctus, de cælo pater commēdat filiū. Non n. filio quod ignoraret, ſed Iohanni, & ceteris, qui aderant, q̄d ignorabant indicabatur. vnde & Iohannes quem prius virum fortiorem & Chriſtum euangelizabat, iam doctus Dei filium aperte prædicat.

*Dicens. † De conſ. di. 3. c. ſi. † cōplacuit*

*Ibidem.* b *Sicut colum. in ip.* Be. Poſt diluuiū nō coruus, ſed columba ramū q pacē redditā nunciaret, detulit docens quia ſolis in ſimplicitate cordis baptizatis, vnctio ſanctiſpiritus aſſit. Et Dñs nō primum poſt baptiſmū ſpiritu ſancto eſt vnctus, ſed ideo monſtratur colūba, vt intelligamus q̄ in corpore eius .i. eccleſia, baptizati ꝑcipue accipiunt B ſpm̄ ſctm̄. Et q ad exēplū Simonis in felle amaritudinis iniquitatis obligatione ꝑdurāt ſortē in ſpūſctō & partē nullatenu hr̄e pñt. Vñ cū mundi crimina quondam in figura baptiſmi diluuio purgarentur, non corui, ſed columbæ ore delatus oliuæ ramus pacem redditam ſeculo nunciauit.

c *In te con.* Non aliena in filio, ſed ſua laudatur. q. d. Quæcunque habes tu, mea ſunt.

*Ibidem.* d *Anno. tri.* Be. Q̄d tricennalis baptizatur, nobis ēt conuenit pp myſterium trinitatis & operationem decalogi, quia decalogus p fidē & melius intelligitur & impletur Be. Triceſimo anno baptizatur, facit miracula, docet vt reprimat temerarios qui oēm ętatem ad hæc officia idoneā credunt, quod non eſt, niſi aliqñ miraculo Dei contingat, vt in Ieremia & Daniele

*Ibidem.* e *Vt pu. fi. Io.* Be. Non per Mariā quæ vere genuit, ſed per Ioſeph, qui alienus eſt a generatione, texitur ordo generationis, quia non eſt mos ſcripturarum vt generatio texatur p nomina mulierū, & ex vna tribu erant Maria & Ioſeph, vnde et ſimul cenſentur, & ſic per Ioſe. h origo Mariæ declarat̄. *Math. 3. d* Gñationē carnis dicturus, ꝑmiſit teſtimoniū pr̄is. Tu es filius me⁹ dilectus, vt appareat verū Deū & hoīs eſſe filiū. *Luc. li. 3. tom. 2.* Ambroſi. In generationib. viri nomen & perſona quæritur, quæ etiam in ſenatu & in reliquis curiis ciuitatū generis aſſerit dignitatē.

f *Qui fuit.* Matthæus ponit, genuit, quia carnis ſolas ſucceſſiones numerat Lucas, non genuit, ſed qui fuit, in quo deſignat ſe ēt adoptiuos interponere filios, & Matthæus a Dauid ad Chriſtū pauciores. Lucas ponit plures generationes, quia cū per alias perſonas generatio taxatur, pōt fieri vt alii longeuā, alii breuiorem tranſegerint vitam, cū videamus plures ſenes cū ſuis nepotib. viuere, multos ſtatim ſuſceptis filiis obire. *Qui Io. fuit filius He.* q Heli fuit filius Mathat. Aug. vero de veteris & noui teſta. quæſtionibus. Qui Chriſtus fuit filius Mathat.

*q. 56. t. 4. Vbi ſup.* g *Qui fuit Ma.* Be Mathā q per Salomonē deſcēdit, de vxore ſua Iacob filiū genuit, & defunctus eſt. Tūc Mathat q de Nathan, de eadem vxore ſuſcitat ſemen defuncto fratri, & generat Heli, & ſunt vterini frēs, Iacob et Heli. Et Heli accepta u- C xore morit̄ ſine ſemine, cuius vxorē accipit Iacob, et gñat Ioſeph. Et merito Lucas adoptionis originē ſuſcipit & vſq; ad

Deum

nibus malis, quę fecit Herodes, adiecit & hoc ſupra omnia, & incluſit

¶ Prius autem hoc. ¶ Nam quaſi tranſito mari rubro, necatos quidem gratulamur ægyptios.

Iohannem in carcerem. † Factum a
eſt autem cum baptizaretur omnis

a ¶ A Iohanne, quod alii plenius dicunt.

a populus, & Ieſu baptizato & oran- b c
te, apertum eſt cælum, & deſcendit d

a ¶ Quia, in natura diuinitatis a mortalibus non poterat uideri. ¶ Be. Quia ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum non habitans in cor. ſub. peccatis.

ſpirituſſanctus corporali ſpecie ſi-
b cut colūba in ipſum, & uox de cælo

a ¶ Non Iohannes. b ¶ Conſubſtantialis.

facta eſt* † Tu es filius me⁹ dilect⁹:

a ¶ Placitum meum conſtitui .i. per te facere quod mihi placet. ¶ In adam diſplicuit.

c in te†complacui mihi. Et ipſe Ieſus e
d erat incipiens quaſi annorū trigin-

a ¶ Quia natura non erat, ſed putabatur. quia Maria eum genuit, quæ Ioſeph erat deſponſata.

b ¶ Auctus.

e ta, ut putabatur filius Ioſeph, qui fu- f

¶ Secundum legem Ioſeph filius eſt Heli, ſed ſecundū carnē Iacob. a ¶ Deus meus vel ſcandens. b ¶ Donās peccata. c ¶ Additus.

it Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Le g

a ¶ Rex meus. b ¶ Dexter.

f ui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne,

a ¶ Auctus, alius iſte Ioſeph. b ¶ Donum Dei vel aliquando.

g qui fuit Ioſeph, qui fuit Mathathię.

a ¶ Onerans uel onerauit. b ¶ Conſolatio uel conſolator.

qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui

a ¶ Adiuua me. b ¶ Meridies uel meridianum.

fuit Heſli, qui fuit Nage, qui fuit

a ¶ Deſiderium. b ¶ Donum Dei vel aliquando.

Maath, qui fuit Mathathię, qui fuit

a ¶ Obediens. b ¶ Augmentum. c ¶ Confitēns.

Semei: qui fuit Ioſeph: qui fuit Iuda:

a ¶ Dominus gratia eius, uel Dominus miſericors. b ¶ Miſericors.

qui fuit Iohanna, qui fuit Reſa, qui

a ¶ Princeps vel magiſter Babylonis. b ¶ Petitio mea Deus.

fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel,

a ¶ Lucerna mea. b ¶ Regnum meum.

qu fuit Neri, qui fuit Melchi, qui h

a ¶ Robuſtus uel violentus. b ¶ Diuinans.

fuit Addi, qui fuit Coſan, qui fuit

a ¶ Dei menſura. b ¶ Vigilans uel uigilia uel pelliceus. c ¶ Saluator.

Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Ie

a ¶ Deus meus adiutor. b ¶ Dominus exaltās vel eſt exaltās.

ſu: qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim,

## NIC. DE LYRA.

¶ a Factum eſt au. *Hic deſcribitur manifeſtatio Chriſti per ſignum datum de cælo à Deo patre cum baptizaretur à Iohanne: & patet ſententia ex dictis Matt. iij. & Mar. i. excepto quod hic additur.* *† Eum*

c Et or. *in quo dedit Chriſtus exemplum, q̄ in receptione ſacramentorum debet mens hominis eleuari in Deum.* *Matth. 3. d Mar. 1. a Ioan. 1. d*

e Et ipſe Ieſus. *Hic conſequenter deſcribitur manifeſtatio Chriſti euangeliſtæ ſcripto, qui hic deſcribit eius genealogiam, vt ſicut natiuitas eius ęterna fuerat manifeſtata verbo patris dicentis: Tu es filius meus. ſ. naturalis. ita natiuitas eius temporalis manifeſtaretur per deſcriptionem genealogiæ. In qua deſcriptione conſiderandum, quòd ſicut ſupra dictum eſt in prologo, Matthæus oſtendit qualiter Chriſtus venit ad nos. ideo deſcribit genealogiam deſcendendo. Lucas vero qualiter per Chriſtum reducimur in Deū: ideo eam deſcribit aſcendendo: propter quod eā terminat in ipſo Deo. Dicit ergo:* Et ipſe Ie. erat in qua. anno tri. *Secundum Auguſt. & Chryſo. Chriſtus tunc habebat triginta annos completos & incœperat triceſimum primum. & ſecundum hoc ſic intelligenda eſt hæc litera: Erat autem Ieſus annorum triginta incipiens .i. incœperat. xxxi. & ſecundum hoc Chriſtus prædicauit duobus annis cum dimidio. ſecundum alios vero doctores quorum opinio communius tenetur, Ieſus tunc habebat xxix. annos completos, & incęperat. xxx. & ſecundum hoc eſt ſic intelligenda hæc litera:* Erat Ie. inci. an. tri. *i. triceſimum annum, de quo habebat. xiij. dies: & ſecundum hoc Chriſtus prędicauit tribus annis. & dimidio vſque ad paſſionem ſuam. xviij. anno Tyberij.* D

f Vt putabatur filius Ioſeph. *qui erat ſpōſus Mariæ, cuius cauſæ ſupra expreſſæ sūt c.*

g Qui fuit Heli. *In Matthæo dicitur quòd Ioſeph fuit filius Iacob, & ibi iſta controuerſia ſoluta eſt.*

h Qui fuit Neri. *Matthæi primo dicitur quòd ille Salathiel fuit filius Iechoniæ. Ad quod dicendum, quod verum eſt quod Salathiel fuit filius naturalis Iechoniæ, ſed fuit filius Neri adoptiuus: quia mortuo Iechonia Nerus adoptauit eum in filium: et ideo Matthæus qui deſcribit genealogiam Chriſti carnalem poſuit Iechoniā. Lucas qui magis deſcribit genealogiam ſpiritualem ponit*

¶ iſtum

## MORALITER.

✠ ligauit in carcerem, eo quòd de malis ſuis arguebat eum charitatiue, & qui ſimilia faciunt, ſunt ſimiles freneticis, qui pium medicum percutere uel occidere quærunt.

b *Et Ieſu baptiza. &c. apertum eſt cælum, & deſcendit:* Beda. Non ei tunc apertum eſt cælum, cuius oculi cernebāt interiora cælorum, ſed virtus baptiſmatis oſtenditur, de quo quicunque egreditur ei regni cęleſtis ianua aperitur. *Vbi ſup.*

d *Et deſcendit ſpirituſſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, & vox de cælo facta eſt.* Per apparitionem ſanctæ trinitatis in baptiſmo Chriſti, ſignificatum fuit, quòd eius fideles deberent in ſanctiſſimæ trinitatis nomine baptizari.

e *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, ut putabatur filius Ioſeph.* Per hoc inſinuans, quòd officium prædicandi non debet aliquis exequi, ante perfectam ætatem ſicut non legitur Chriſtus antea prædicaſſe.

g *Qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui.* Hic non occurrit aliqua notabilis moralitas, niſi quòd per generationem ſpiritualem quæ deſignatur per hanc genealogiam, homo recurrit in ſuum creatorem, ſicut hæc genealogia in Deum terminatur cum dicitur:

✠ *Qui fuit*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Deũ trãſit qa p adoptionẽ efficimur filii dei, credẽdo in filiũ Dei, q p carnalẽ gñationem oñdit factus filius hominis. Be. Si intelligimus Matthæũ quadragintaduas generationes poſuiſſe, vt vnũ Iechoniȩ nomen bis numeret, p patre & filio, hic numerus pſens eccleſiæ tps deſignat, quo Domino coopante in ſpẽ futuri ſabbati laborat. Septies.n.ſeni quadragintaduo. Sex ad opera, ſeptem ad requiem pertinent. Vnde populus de Aegypto liberatus, quadraginta annis in deſerto morat, ſed quia ſub ſpe intrãdi in requiẽ exercet, ſepties ſena, id eſt quadragintaduo caſtrametatur. Quorũ ultimo Ieſu duce aperto Iordane, victis hoſtib. promiſſas olim ſedes ingreditur. Sic Dñs quadrageſimaſecũda generatione, ex quo mundus priſcæ cæcitatis tenebras ab Abrahã, credente diſcuſſit, veniens in carne, per baptiſmum cœli ianuas pandit, & nos perfectȩ uitæ curſu ſub euſdẽ numeri ſacramẽto poſt ſiccatum Chriſto duce Læti fluuium pmiſſa regna intramus. Be. Matthæus qui regiã inſtituit in Chriſto inſinuare perſonam, præter ipſum Chriſtũ .xl. homines in generationis Serie nominauit, quo numero ſignatur iſtud tps, quo in hac terra regi nos oportet a Xpo per laborioſam diſciplinam. Neque.n. qdragintaduæ q faciũt ter. xiiij. ſed pp unum Iechoniam bis numeratũ .xlj generationes fiũt ſi ipſum Xpm annumeramus, qui tpali uitæ regendȩ tanq quadragenario numero prȩſidet regaliter. Quatuor ad mũdi partes uel tpa referunt. Decẽ ad legis decalogũ, quo cõtra uitia pugnamus. Vnde & ieiunium eccleſiȩ ſpacio xl. dierũ conſecratur. Et qa ad iſtã mortalitatẽ nobiſcum participandam deſcẽdentem Chriſtũ ſignificare voluit, iõ iſtas generationes deſcendendo commemorat, ab initio euangelii ſui, in quo ſignificat ſuſceptio pctõrũ noſtrorũ a Domino Chriſto. Lucas qui vitulus tanq ſacerdotẽ in expiandis pctis aſſignãs, a baptiſmo in quo hoim incipit aſcenſus, generationis ſeriem aſcẽdendo diſponit, a quo abolitio pctõrum noſtrorum ſignificatur a Domino Chriſto. Proinde Matthæus a Dauid p Salomonẽ deſcẽdit, in cuius matrẽ ille peccauit. Lucas ad Dauid p Nathã aſcẽdit, p cuius nois pphetã Deus pctũ illius expiauit. Lucas ſeptuaginta ſeptẽ generatiões ponit, quo numero remiſſio oim pctõrũ ſignificat: qđ conſiderandum eſt in partibus in quibus multiplicatur, id eſt vndecim & ſeptem. Per undecim tranſgreſſio denarii (quo in vineam Xpi cõducti ſunt remunerandi) .i. pfectionis ſignificatur. Et multiplicãtur undecim p ſeptẽ, vt ſignificetur illa tranſgreſſio ex motu hominis fieri. Septem.n.ẽ trib. & quatuor congregantur. Tria ad naturam humanæ animæ: pp triplicem vim referuntur. Quatuor ad corpus, qđ quatuor conſtat elementis. Vnde homo non incongrue per ſeptenarium numerum ſignificatur. Per ſeptẽ vndecim multiplicantur, qa p motum hominis tranſgreſſio perpetratur. Hoc ergo numero oẽ pctm intelligitur, hoc ipſo numero omnium peccatorum remiſſio accipitur expiante nos carne ſacerdotis, a quo nunc iſte numerus incipit, & reconciliante nos Deo, ad quem nunc iſte numerus peruenit, per ſpiritumſãctum, qui in columbæ ſpecie in baptiſmo ubi iſte numerus commemoratur, apparuit.

*a Qui fuit Le.* Non aũt hi quatuor qui hoc loco inſeruntur Iacob filii fuerunt ſed q eorum nominib participabant. Beda. Quaſi nominib. alludens qđ in illis figuratum eſt, hoc iſtis adaptat. Quatuor genera virtutũ cognoſcimus fuiſſe in quatuor filiis Iacob, quorum iſti poſteri sũt. In Iuda, per figuram dominicæ paſſionis myſteriũ prophetarũ. In Ioſeph pceſſiſſe caſtitatis exemplum. In Simeone vindictam læſi pudoris. In Leui officium ſacerdotis. Non ergo nomina tantorum patriarcharum Lucas prætermittenda putauit, vt quia vnus omnia Chriſtus Ieſus in ſingulis quoq; maioribus genera virtutum diuerſa præcederent.

*b Nathan.* Be. Quod Matthæus per Salomonem. Lucas per Natham texit generationem, ille regalem, iſte vt vitulus ſacerdotalem oſtendit familiam, quia Chriſtus rex ex regib. & ſacerdos ex ſacerdotibus, ſecundum carnem ex regali & ſacerdotali familia eſt exortu, qui cæleſtis rex in Dei virtute lætatur, & cui iudicium a Deo rege defertur, & ſacerdos eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

*c Qui fuit Sa.* Vel Sela. Be. Generatio Cainan non de Hebraica veritate, ſed habetur de ſeptuaginta interpretum editione In Gene. Arphaxat Sela pro Sale filium nullo interpoſito perhibetur genuiſſe. Porro Arphaxat vixit triginta annos: & genuit Sale. Item in Paralipomenõ. Arphaxat autem genuit Sela, qui & ipſe genuit Heber. Sed apud ſeptuaginta ita ſcribitur, quòd Arphaxat cẽtum triginta quinq; annorum genuit Cainan, & ipſe Cainan cum centum triginta annorum eſſet genuit Sela. quorum quid verius ſit, Deus nouit.

*d Noe.* Noe iuſtus, ædificator arcæ, præfigurat ædificationem eccleſiȩ.

*e Mathu.* Ambr. Anni Mathuſale q vltra diluuium numerantur, ſignificãt Chriſtum, cuius vita ætatem neſcit.

*f Qui fuit Enoch.* Be. A baptizato Dei filio vſq; ad Deũ prem aſcendens, ſeptuageſimo gradu Enoch ponit, q dilata morte trãſlatus in paradiſum eſt, vt ſignificet eos q in gratiam electionis filiorum ex aqua & ſpirituſancto regenerantur, interim poſt corporis abſolutionẽ ȩternam ſuſcipiendos in requiem. Septuagenarius enim propter ſeptimam ſabbati illorũ requiem ſignificat, qui iuuante Dei gratia decalogum legis implent, quos in reſurrectione immutabilis Dei ſapientiæ contemplandæ per ſecula monſtrat eſſe iungendos.

a ¶Vt ſupra. b ¶Additur.
qui fuit Mãthat, qui fuit Leui, qui
¶Audiui triſtitiam vel ſignum. b ¶Confitens.
fuit Simẽon, qui fuit Iuda, qui fuit
¶Augmentum. ¶Columba, vel dolens. ¶Dei reſurrectio.
Ioſeph, qui fuit Iona, q fuit Heliachim: qui fuit Melcha: qui fuit Mẽna,
¶Rex eius. ¶Viſcera mea.
¶Donum. ¶Be. Leſ Nathan, prophetæ dignitatem expreſſam aduertimus.
qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe,
¶Dedit vel dantis. ¶Manu fortis. ¶Incenſum.
¶Seruitus. ¶Fortis.
qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui
¶Senſibilis uel pacificus. ¶Augurium vel ſerpentinus.
fuit Salmon, qui fuit Naaſon, qui
¶Populus uoluntarius. ¶Electus uel excelſus.
fuit Aminadab, qui fuit Arã, qui
¶Sagitta. ¶Diuiſio.
fuit Eſrõ, qui fuit Phares: qui fuit
¶Confitens. ¶Supplantator. ¶Riſus uel gaudium.
Iudȩ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac,
¶Pater multarum gentium uel uidens populum. ¶Exploratio uel paſtura, ſine nequitia.
qui fuit Abraham: qui fuit Thare:
¶Requieuit lux. ¶Lorum vel corrigia uel dependens vel perfectio.
qui fuit Nachor, q fuit Saruch, qui
¶Ægrotans vel palcens. ¶Diuidens uel diuiſus.
fuit Ragau: qui fuit Phaleg, q fuit
¶Tranſitus. ¶Tollens. ¶Lamentatio uel poſſeſſio eorum.
Heber, qui fuit Sale, q fuit Cainã.
¶Sanans depopulationem. ¶Nomen vel nominatus.
qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem,
¶Requies. ¶Humiliatum vel percutientem uel percuſſum uel humilem.
qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui
¶Mortis emiſſio vel mortuus eſt & interrogauit. ¶Dedicatio.
fuit Mathuſale, qui fuit Enoch,

### NIC. DE LYRA.

¶ *iſtum Neri.*

a Qui fuit Math. *De iſto Nathan dicunt aliqui, quòd fuit filius Dauid naturalis de Bethſabea, vt videtur dici. 1. Parali. iij. Sed hoc uidetur eſſe contra illud quod dicit Salomon. Ego fui vnigenitus & tenellus coram matre mea. Ille enim filius, quem habuit Bethſabea de Dauid ante Salomonem, non computatur, quia fuit mortuus incircunciſus. Per hoc ergo quod Salomon dicit ſe vnigenitum matris ſuæ, videtur quòd Nathan non fuit natus de Bethſabea & Dauid. & ideo dicunt aliqui, quòd iſte Nathan fuit Nathan propheta quem propter eminentiam ſanctitatis Dauid adoptauit in filium mortuo eius patre naturali. Et ſecundum hoc poteſt dici, quod fuit filius adoptiuus Bethſabeæ vxoris Dauid, & ſecundum hoc connumeratur inter filios Bethſabeæ. De alijs autem tribus ibidem nominatis dicendum, quòd fuerunt filij Vriæ naturales & adoptiui filij Dauid, quando accepit matrem eorum, & ſic Salomon fuit vnigenitus matri ſuæ reſpectu Dauid vt dicitur Prouer. iiij. Cauſa autem quare Lucas deſcribit Chriſtum deſcendere a Dauid per Nathan, vna fuit: quia licet omnes ſapientes Hebræorum concorditer tenerent Chriſtum debere deſcendere de Dauid, aliqui tamen eorum opinabantur ipſum deſcendere ab eo per Nathan propter excellẽtiam ſuæ ſanctitatis & prophetiæ. Alij verò per Salomonem propter dignitatem regiam & ſuæ excellentiã ſapientiæ. Secundum veritatem autem deſcendit per vtrumque, aliter tamen, quia per Salomonem deſcendit ſecundum lineam naturalis generationis. Per Nathan vero ſecundum lineam legalis generationis, quia Nathan fuit filius Dauid adoptiuus, ut prædictum eſt, & Ioſeph qui ponitur immediate poſt Chriſtum aſcendendo, fuit filius Heli adoptiuus ſeu legalis prout plenius fuit declaratum Matth. 1. Alia cauſa eſt. quia Lucas deſcribit Chriſti genealogiam prout in Deum reducimur, vt prædictum eſt. Reducimur autem in Deum per Chriſtum inquantum efficimur filij Dei adoptiui.*

b Qui fuit Booz. *Tres fuerunt immediate ſe ſequentes huius nominis, ſcilicet filius, pater, & auus vt plenius declaratum fuit Mat. 1.*

c Qui fuit Cainan. *ſecundum Hiero. & ſecundum tranſlationem qua vtimur, non ponitur aliquis medius inter Sale & Arphaxat, vt patet Gen. x. Septuaginta autem interpretes ponũt iſtum Cainan medium. Et ad concordiam huius poteſt dici, quòd iſte Cainan fuit pater Sale legalis ſiue adoptiuus. Arphaxat vero pater naturalis ipſius, & vterque pater hic ponitur, & maxime, quia Lucas in deſcribendo ſequitur tranſlationem ſeptuaginta, quȩ ſuo tempore erat ualde autentica.*

¶ Qui fuit



*a Seth.* Seth poſterior adæ filius, non ſiletur, vt cũ duæ populi ſint gñationes, ſigñet Xpm in poſteriore potius q in priore gñatione numerandum.

*b Qui fuit Dei.* A filio Dei generatio incipit, terminat in filiũ Dei, pcedit creatus in figura, vt ſequatur natus in veritate: præit factus ad imaginem, vt propter eum imago deſcendat.

a ¶Deſcendens ſiue continens. b ¶Landatus Dei vel laudans Deum.
qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui
a ¶Lamentatio vel poſſeſſio eorum. b ¶Homo vel deſperans vel uiolentus.
fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit
a ¶Poſitio ſiue poſuit. b ¶Homo vel terrenus uel indigena.
Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

### NIC. DE LYRA.

¶ a Qui fuit Dei. *non per generationem ſicut alij. ſed per formationem de limo terræ & infuſionem animæ, vt habetur Geneſ. 1.*

### MORALITER.

* *a Qui fuit Adam.* nã per generationem ſpũalẽ efficimur Dei filij adoptiui.

### GLOS. ORD. CAP. IIII.

*Ieſus &c.* Sequitur: *Et agebant.* Ambr. Agebatur in deſertum hoc conſilio. vt diabolum prouocaret. Nã niſi ille certaſſet iſte mihi non uiciſſet. Myſterio, ut Adã de exilio liberaret. Exẽplo, ut oñderet nobis diabolũ ad meliora tendentib. inuidere. Be. Ne cui in dubiũ uenirẽt, a quo ſpũ ductus Ieſus in deſertum diceretur, præponit qa plenus ſpũſctõ: cuius voluntate locũ certaminis quo aduerſariũ ſternat, de victoria certus ingreditur. Sic nos accepta in baptiſmo remiſſione, & ſpũſctõ illuminati, contra inſidias diaboli accingi, & ſeculum debemus deſerere, vt quaſi mãna deſerti ſola æterna eſuriamus.

*b In de.* Hiſtorialiter in illo deſerto qđ eſt inter Ierlm & Iericho vbi figuraliter dixerat Adam a diabolo victũ fuiſſe. Be. Tria ſunt q proficiũt ad uſum ſalutis. Sacramentum baptiſmi, deſertũ, ieiuniũ. Nemo.n. coronabit niſi legitime certauerit: Nemo ad certamen admittit virtutis, niſi prius ablutus a maculis, gratiæ cæleſtis munere conſecretur.

*c Die. xl.* Quadraginta dieb. ieiunauit legiſlator et propheta, vt ieiuniũ Xpi teſtimoniũ habeat a lege & pphetis. Hoc numero ſigñatur excurſus huius ſeculi in his qui vocantur per gratiam ad eum qui venit legem nõ ſoluere ſed adimplere. Decem ſunt præcepta legis, & quatuor partes mundi, & quater decem fiunt quadraginta, & per gratiam Dei, ad impletionẽ decalogi vocant de quatuor partib. mũdi. Ieiũat Xps añ mortẽ carnis, quaſi clamet: Abſtinete a deſideriis ſeculi dũ eſtis in agone. Comedit poſt reſurrectionẽ. q.d. & ſi nõdũ habetis corpus immortale. ſpe immortalitatis iã paſcimini, qa dũ viã Dñi capimus, & a vanitate ſeculi ieiunare & refici debemus futuri promiſſione Quadraginta dieb. decẽ ad decalogum, quo Deum & proximum diligere iubemur refertur. Sed quia motu corporis, quod de quatuor elementis conſtat, charitas Dei & proximi violatur, ad diluenda peccata, in xl. tps pniæ ſurgit. Congrue exercet ieiuniũ in illa anni parte q contigua eſt paſſioni dominicæ, quia in ea ſignificatur hæc vita laborioſa, cui opus eſt ɔtinẽtia, vt ieiunet a mũdi amicitia. Be. Niſi ieiunaſſet, diabolo occaſio tẽtãdi nõ adeſſet, ſm illlud: Fili accedens ad ſeruitutẽ Dei ppa. ani. tu. ad tem. Quia quanto magis diabolus ſibi rebellare conſpicit, tanto amplius expugnare contendit.

*d Eſurijt.* Be. Nõ eſt ſcriptũ de Moyſe vel Elia, q poſt ieiunia eſurierint. Nõ q homines illi fortiores quam hic Deus. Sed ideo factum eſt, ne ab eo tẽtando pauens hoſtis aufugeret, q multa cæleſtia ſigna viderat in eo. Eſurit ergo humilis Deus homo: ne inimico innoteſcat ſublimis hõ Deus. Fames Dñi pia fraus eſt ne caueat diabolus tentare. Eſurit autem nõ tam cibum corporis. quam ſalutem animæ.

*e Si filius Dei.* Amb. Nouerat Dei filiũ vẽturũ, ſed veniſſe p infirmitatem corporis nõ putabat. Nã faſtuoſus in Deo humilia nõ pt credere. Aliud itaq; explorãtis, aliud tentãtis eſt & Deo pfitet ſe credere, & hoi conat illudere. Sed cũ ille tentat vt exploret, ſic explorat vt tẽtet. Dñs econtra ſic fallit vt vincat, ſic vincit vt fallat. Si.n. cõuerteret naturã, proderet creatorẽ. Ergo ſicut hõ cõe ſibi accerſit auxiliũ, vt diuinȩ lectiõis pabulo intentus famẽ corporis negligat. His armis Dñs hoiem aduerſ⁹ irritamẽta gulȩ mũit. Huic pani itẽti Moyſes et Elias famẽ plixioris nõ ſẽſerũt ieiunii: q hoc verbo nõ veſcit ñ uiuit. Greg. Trib. modis fit tẽtatio, ſuggeſtione, delectatiõe, ɔſẽſu, Xpo aũt ſuggeſtione ſola, qa delectatio pcti mẽtẽ eius nõ momordit. Nec illũ indignum eſt tẽtari, qui occidi venerat: vt ſua tẽtatione nras vinceret, ſicut ſua morte nra tulit pctã.

Scriptum

*f Scriptum eſt.* Docet magis doctrina quam miraculis pugnare, humilitate quam potentia nihil pro diaboli arbitrio, nec declarandæ virtutis conſideratione faciendum.

*g Et duxit.* Lucas, ſicut res geſta eſt exequitur, mediam ponẽs auariciam, vltimam ſuperbiam, ſecundum mores præſentis temporis, quia ſuperbia poſt omnes virtutes ſeqt. Matthæus non ſeqt ordinẽ hiſtoriæ, ſed tentationum Adæ.

*h Oſtendit.* Non q viſum eius, q oĩa videt, amplificauerit, ſed vanitatẽ humanæ pompæ quem amabat quaſi ſpecioſa oſtẽdẽs, facere amari volebat. Vel ſciens diabolus, qđ Xps ſibi regnũ tolleret, oſtendit ei oĩa regna mũdi, nõ pſas, non indos, ſed qũo in oib. terrenis regnaret, uel p gulam, vel p ſuperbiam, aut per alia, vt ſuadẽs quod volebat, cũ ſibi ſubiiceret.

*i In mo.* Amb. Be Non tam celeritas conſpectus, quam caducæ fragilitas poteſtatis exprimitur In momento enim cuncta prætereunt.

*k Tibi da.* Hæc de arrogantia dicit,

non

### CAP. IIII.

Ieſus autem plenus ſpirituſancto regreſſus eſt a Iordane: & agebatur in † ſpiritu in deſertum diebus quadraginta
a ¶In quo Adam exultauerat, nec quomodo redire poſſet, habet. Dux ergo ad erroneum accedit.
& tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & conſummatis illis * eſuriit. Dixit autem illi
¶Tentatio a gula. ¶Viui ¶Duriciam ſignificat diaboli. ¶Quia ſciuit ſcriptum. Ipſe dixit & facta ſunt.
diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic, vt panis fiat. Et reſpondit ad
a ¶In Deuteronomio. ¶Q perſuaſio tua tentatio eſt, quia agis de cibo corporis, & non de cibo mentis.
illum Ieſus: † Scriptum eſt: quia non in pane ſolo uiuit homo, ſed in omni verbo Dei. Et duxit illum diabolus
¶Tentatio de ambitione.
in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terrȩ † in momento
¶Non quia hoc poſſit.
teporis, & ait illi: Tibi dabo poteſtatem hanc uniuerſam, & gloriam il
¶Regem te faciam horum.

### NIC. DE LY. CAP. IIII.

Ieſus au. *Deſcripta prædicatione præcurſoris, hic conſequenter deſcribitur prædicatio Saluatoris, & primo deſcribitur eius prædicatio per modum amoris miracula faciendo & beneficia conferendo. Secundo per uiam timoris terrorem futuri iudicij incutiendo ca. xxi. Adhuc circa primum deſcribitur primo pdicatio Saluatoris per ſeipſum tantum. Secundo, cũ hoc pmiſſionẽ diſcipulorũ. ix. ca. Circa primũ pmittitur Xpi pdicatio. ſcdo ex hoc ſequẽs aliquorũ cõuerſio. c. ſequẽti. Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur idoneitas pdicatoris. Scdo executio pdicationis, ibi: Et regreſſus eſt Ieſus. Idonea vero diſpoſitio pdicatoris eſt maceratio carnis p ieiuniũ, p qđ carnis incẽtiuũ reprimitur, ſcdm q dicit Paulus. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutẽ redigo, ne forte cũ alijs pdicauerim, ipſe reprobus efficiar, & ſecũdo, feruor orationis in loco ſolitudinis, ubi diuina ſapientia hauritur, quæ poſtea per pdicationẽ effunditur. vnde Paulus antequam mitteretur ad prædicandum, in oratione fuit illuſtratus, ſecundum quòd habetur Act. ix. c. Ecce .n. orat. & poſtea ſubditur: Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomẽ meum, &c. Tertium eſt uictoria tentationis. Non.n. eſt ad pdicandum idoneus qui ſuccumbit tentationib. Iſta aũt tria oſtenduntur de Chriſto per hoc quòd ante prædicationem intrauit in deſertũ orationi ſolitariæ aptum, & quòd ibi ieiunauit & triplicem dæmonis tentationẽ deuicit, non quia iſtis indigeret pro ſe ſed pro nobis ad dandum exemplum prædicatoribus alijs. Ee patet ſententia prædictorum ex dictis Mat. iiij. vbi iſta ſunt expoſita exceptis paucis quæ ſequuntur.*

d Et nihil man. *Hic accipiuntur dies naturales, quia nihil manducauit de die nec de nocte.*

e Dic lap. huic ut pa. fi. *Hic accipitur ſingulare pro plurali eo modo loquendi quo dicitur Exo. viij. f. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum. unde Mat. iiij. a. dicitur. Dic vt lapides iſti panes fiant.*

f Et duxit il. dia. *Iſta tentatio quæ ponitur hic ſecunda, Matt. iiij. po-*

¶ *nitur*

### MORALITER.

* *a Ieſus autem &c.* Sequitur:

*b Et agebatur*, per hoc ſigñãs, q hoĩes ſpũales, cuiuſmodi sũt religioſi, dẽnt in aſpitate nutriri, nã acrius ſolet a dȩmone tentari. Ecc. ij. Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſticia & timore Dei, & præpara animam tuam ad tentationem. Et hoc ſignificatur, cum dicitur hic de Chriſto.

*c Et tentabatur à diabo.* Per hoc autem, quod hic primo ponitur tentatio de gula, cum dicitur:

*e Dic la. huic.* deſignatur, quòd hæc tentatio occurrit homini. Primo quoniam ab infantia. Secundo vero ponitur tentatio de cupiditate terrenorum cum dicitur:

*f Et duxit il. dia.* quia poſt tentationem gulæ ſequitur tentatio cu-

* piditatis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

non quod totus mundus ſit ſuus,ſunt enim aliqui boni.
a *Mihi tr.* Nō a diabolo eſt ptās:ſed obnoxia tñ inſidiis diaboli.Nec iō mala ordinatio ptātum,qa malo ſunt obnoxiæ ptātes.Amb: Docemur hic omnem ambitionē deſpicere,qa oīs dignitas ſeculi diabolicæ ſubiacet ptāti,ad vſū fragilis, & inanis ad fructum. Nota aūt qa oīs ptās a Deo,qa ordinatio ptātū a Deo,ſed a malo ambitio ptātis. Licet ergo diabolꝰ ſe dicat dare ptātē, oīa tñ illa ad tps permiſſa nō abnuit. Itaq; ille qui pmiſit ordinauit, nec ptās mala, ſed is,q male vtitur poteſtate,qui ambit.
b *Tu er.* Be. Dicens diabolus Saluatori,ſi procidens adoraueris me, econtrario audit, quod ipſe magis adorare eum debeat Dominū et Deū ſuū.
c *Et illi ſoli ſer.* Be. Græce latria dr̄ ſeruitus,q̄ ſoli Deo dētur Dulia q̄ ēt hominib.inuicē exhibet.Iubemur ergo per charitatem ſeruire inuicē qd̄ Græce dulium dicitur.Iubemur Deo ſeruire ſecundum quod Græce latrium dicitur.vnde hic,& illi ſoli ſerui es.
d *Et du.* Nec indignum videatur Dominum ab illo deferri, qui crucifigitur a membris diaboli.
e *Su.p.t.* In hoc ꝙ Xp̄s in altū tolli ſe pmittit,ſed monenti cadere nō obedit,oſtendit ꝙ cuiq; bona & alta imperanti obediamus,ſed p̄cipitare volenti cōtra eamus *Su.p.t.* Ita eſt iactātia,vt dū putat vnuſquiſq; ad altiora aſcēdere,ſublimium vſurpatione ad inferiora trudatur: Quia vero diabolus fortem ſentit iactantiam prætendit,quę etiam fortes decipit.
f *Si fi.De.* In omnibus tentationibus hoc agit,vt intelligat ſi filius Dei ſit. Sed Chriſtus ſic reſponſum temperat,vt ambiguum relinquat.
g *Mitte te de.* Quem nec gula nec auaricia vicit,tentat vana gloria, ſi forte illū vel ipſa victoriæ ſuæ iactantia valeat deiicere. *Mitte.* Hæc vox ei cōuenit qui omnes præcipitare ſatagit. In quo infirmus oſtēditur, q nulli poſſit nocere niſi priꝰ ille ſe deorſū miſerit.
h *Scriptum eſt.* Quia ſcripturarum exēplum prætulerat,ſcripturarum vincitur exemplis. Vtitur autem diabolus per hæreticos teſtimoniis ſcripturarum,non vt doceat,ſed vt fallat
i *Ange.ſ.* Be. Hæc prophetia nō de Chriſto eſt,ſed de ſctō uiro. Quę ēt ſi de Xp̄o eſſet,ēt qd̄ ſeqtur debuerat meminiſſe: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis,& conculcabis leonem & draconem. Sed de angelorum auxilio quaſi ad infirmum loquitur,de ſua cōculcatione quaſi tergiuerſator tacet.
k *Non ten.* Be. Suggerebatur.n.quaſi homini,ut ſigno aliquo exploraret,q̄tum apud Deū valeret,ſed pertinet ad ſanā doctrinā,qñ habet qd faciat hō,non tētare Deū. Vnde pręcipit. Si vos perſecuti fuerint in ciuitate vna,fugite in aliā. Qñ uero deficit humana prouidentia,ſi homo ſe totū diuinæ committit potentiæ,non eſt dicēda tētatio. Nūc aūt poterat Xp̄s aliter deſcēdere de tēplo q̄ p iactātiā ſe p̄cipitare. Dauid Goliā trib.lapidib.de torrēte proſtrauit: Chriſtus diabolum trib. teſtimoniis de lege. Notandum,ꝙ exempla de Deuteronomio tantum protulerit et ſecundæ legis ſacramēta cōfirmet.
l *Et conſu.* Be. Tribus tentationibus victis omnem tentationē dicit conſummatam,quia in his omnium vitiorum origo cōtinetur. Quia omne,quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcentia oculorum,& ſupbia vitæ. quæ aliis nominibus,curioſitas,gula,vana gloria nominantur. Cū tētatur homo concupiſcentia carnis,dicat: Non in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo Dei. Cum tentatur auaricia, q̄ Apoſtolus ſeruitutem ſimulacrorum nominat, Deum adoret,pro ſolis æternis illi ſeruiat. Si tentat vana gloria,quę etiā de præcedentibus victoriis ſolet creſcere,nō tentet Dominū qd̄ facit qui de ſuis virib.p̄ſumit,quaſi amplius peccare non poſſit. Nota diabolum in his vinci,in quib.vicit Adam: Quē de gula tentauit,dum de ligno vetito guſtare rogauit. De vana gloria dū dixit: Eritis ſicut dii. De auaricia,dum dixit Sciētes bonū & malū. Nota diabolū non eſſe pertinacem in ſtadio,ſed cedere vere virtuti,& ſi non deſinit inuidere, tamen formidat inſtare,ne frequentius triumphetur.
m *Et fa.e.* Non tñ a p̄ſtib.propter viſa miracula honoratur, ſed apud abſentes fama diuulgabatur, Be. Nequis putet ea q̄ pordinē ſunt exponenda,poſt ieiunium confeſtim facta,ſed poſt aliquot a Domino miracula,vel in Iudęa,vel in Galilęa patrata, quæ apud Iohannem leguntur primo aduentu facta.
n *Dicebat.* Poſt miracula ecce ſapientia qua docet,qua doctrina per miracula præcedentia magnificatur.
o *Et in.* Intrauit Xp̄s die ſabbati in ſynagogā,vt ritū legis Moſaicæ cumulo cæleſtis gratiæ adimpleret.

lorum:quia mihi tradita ſunt: & cui uolo do†illa. Tu ergo ſi†procidens
(Qui diabolum adorat,ante corruit.)
adoraueris coram me, † erunt tua omnia. Et reſpondens Ieſus: dixit illi
(In deuteronomio.) (Qui ſolus remunerat fructu ampliſſimo.)
*Scriptum eſt: †Dominum Deū tuum
(Caret ambitione deuota religio.)
adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et duxit illum in Ieruſalem,et ſtatuit eū ſupra pinnaculum templi, & dixit illi: † Si filius Dei es, mitte te hinc deorſum. † Scriptum eſt enim: quòd angelis ſuis† mandauit de te, ut conſeruent te:& quia in manibus tollent te,ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et reſpondens Ieſus, ait
(homo.) (patrem & filium,quia Ego & pater unum ſumus.)
illi. Dictū eſt. †Non tentabis Dominum Deū tuum. Et cōſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab il-
(Paſſionis,quando non tantum dolis,ſed aperte impugnauit.Sic etiam nos ille antiquus hoſtis aliquando tētare intermittit,vt quaſi ſecuros repente rediens facilius irrumpat.) (Cum iam traditus eſſet Iohannes,iterum venit in Galilæam.De primo aduentu tacet.)
lo uſq; ad tempus. † Et regreſſus eſt
(Signis miraculorum.)
Ieſus in uirtute ſpiritus in Galileam et fama exiit per vniuerſam*regionē de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorū,&†magnificabatur ab om-
(Eccleſiam,in qua ſit homo non obliuiſcitur.)
nibus. † Et uenit Nazareth, ubi erat
(Vnde illis uileſcebat.)
nutritus,& intrauit ſecūdum cōſue-
(Quando omnes confluebant ad legis monita,quieto corde meditanda.Ad publicos autem conuentus accedit,ubi doctrinæ illius a multis audiatur.)
tudinē ſuā die† ſabbathi ī ſynagogā,

## NIC. DE LYRA.

nitur tertia quæ iſtarum fuit ſecūda, & quæ tertia,certū nobis non eſt,ut dicit Aug. neque refert ad ueritatem,quia nō oportet, quòd facta ſemper eodem ordine referantur quo facta ſunt,vt frequenter dictum eſt.Sed ꝙ duo euangeliſtæ uariæ narrant ordinē pōt rō aſſignari,quia vna tentatio eſt de cupiditate principaliter,alia de elatione. Et frequenter contingit quòd unum uitium ex alio naſcitur & econuerſo,ideo Matthęus unam præponit,Lucas uero aliam.
a Quia mi.tra. *Mentitur hic diabolus,neq; mirū, qa mendax eſt & pater mendacij, vt habetur Ioh.viij f.Non.n.ptātem habet ſuper creaturas ad libitum ſuum,ſed ſolū inq̄tum Deus pmittit ſecūdū occultum iudiciū ſuum ad exercitiū patientiæ electorum: Sicut data eſt ei ptās affligendi Iob in naſtatione bonorū ſuorū,& in morte prolis,& in infirmitate ſui corporis,vt habetur Iob.i.*
c Et conſum.&c.rec. *tanquam victus.*
d Vſque ad tem. *quia appropinquante tēpore paſſionis ſuſcitauit ei perſecutionē per principes ſacerdotum.*
e Et re.eſt Ie. *Deſcripta idoneitate prædicatoris,hic conſequenter deſcribitur executio prædicationis,& primo quantum ad eius doctrinam.ſecundo,quantum ad doctrinæ cōfirmationem,ibi: Et in ſynagoga erat homo habens dæmoniū.Prima in duas.quia primo deſcribitur docuiſſe in Galilæa generaliter.Secundo in ciuitate ſua Nazaret,ſpecialiter ibi:Et uenit in Nazareth.Circa primum dicitur,* Et regreſſus eſt Ieſus. *ſ.a deſerto,quod intrauerat poſt baptiſmum, ut doceret populum.*
f in uirtu.ſpi. *i.in virtute ſigna & miracula faciendi de quo ſpiritu dicitur.iiij.Regum.ij.c.Spiritus Eliæ requieuit ſuper Eliſæum quando diuiſit aquas miraculoſe,verumtamen virtus faciendi miracula non erat in Eliſæo ſed in Deo,qui faciebat miracula ad preces Eliſæi:ſed iſta uirtus erat in Chriſto cum ſit Deus & homo.*
g In Ga. *Ibi enim primo prædicauit,ut impleretur prophetia Iſa.nono a.Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon & terra Neptalim,&c. vt habetur Mat.quarto.*
h Et magnificabatur. *propter excellentiam doctrinæ & miraculi.*
i Et uenit Na. *Hic conſequenter deſcribitur eius doctrina in Nazareth ciuitate ſua,circa quod eius doctrina præmittitur. Secundo contra eum æmulatio excitatur,ibi:Et dicebant,nonne hic eſt, &c. Circa primum dicitur:* Et uenit Nazareth ubi erat nutritus. *Hoc autem dicitur ad deſignandum,quòd alibi fuerat natus ſcilicet in Bethleem, ut ſupra dictum eſt.c.ij.*
k Et intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabba.in ſyna. *quæ erat locus orationis & doctrinæ legis,quibus Iudæi ſecundum præceptum legis uacare debebant in die ſabbati.Chriſtus autem legem obſeruare uoluit,ut dictum eſt ſupra ca.ij.*

¶ Et ſur.

## MORALITER.

piditatis terrenæ. Tertio vero ponitur tentatio de præſumptione cum dicitur
*b Et du.il.in Ie.& ſtatuit eum ſupra pin.tem.& di.il.Si filius Dei es, mitte te hinc deorſum.* Nam tentatio,qua quis de meritis ſuis præſumens exponit ſe periculis,non eſt niſi poſt plurima tempora.
*i Et uenit Nazareth,ubi erat nutritus,& intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati in ſynagogam.* Per hoc oſtendit,quòd prædicator euangelii debet diebus dominicis & feſtiuis populo prædicare & Chriſti myſteria nunciare.

*Et omnium*



a *Et ſurrexit legere.* Be. Qui non venerat miniſtrari,ſed miniſtrare,lectoris officium nō dedignatur ſuſcipere. Et prouide Lucas geſta domini ſcripturus,ab explicatione prophetiæ inchoauit, quia omnes pphetiæ ad ipſum pertinent, & in ipſo complentur, & per ipſum nobis aperiuntur. Surrexit igitur legere,vt quos noua ſignorū operatione non conuerterat, vel prophetiæ lectionis atteſtatione corrigeret.
b *Et ut re.* Librum prophetiæ clauſū accipit, ſed reuolutum legit,quia myſterium incarnationis ſuę in prophetis obſcurum, & prius ſuſcepit implendū, & poſt mortalib.aperuit intelligendū. Accipit librum, vt oſtendat ſe eſſe qui locutus eſt in prophetis,& remouet ſacrilega perfidorum teſtimonia, q aliū veteris dicunt, alium Deum eſſe noui teſtamenti. Vel qui dicunt, initium Chriſti eſſe ex vergine. Quomodo.n. cępit ex virgine,qui ante virginem loquebatur?
c *Spiritus.* Be. In ſuperioribus prophetiæ Saluator de gentium vocatione & eccleſiæ confirmatione loquens,dicebat,Ego dominus in tempore eius ſubito faciam illud. Confeſtimque intulit, Spiritus domini ſuper me,ſecundū quod homo. Vnde in pſal. Vnxit te Deus oleo lætiriæ præ conſortib. tuis. Præ cæteris ſanctis vnctus eſt ſpirituali vnctione, quando in Iordane ſuper baptizatum ſpiritus in ſpecie columbæ deſcendit, & manſit cum illo. Vnctus eſt igitur virtute cæleſti, vt paupertatem conditionis humanæ theſauro reſurrectionis rigaret æterno, captiuitatem mentis auferret, cæcitatem illuminaret animarum, confractis & contritis corde mederetur,alligando contritiones eorum & remittendo peccata, vel vt eos,qui legis pondere deprimebantur,releuaret, & in remiſſionē gratiæ ſpiritualis admitteret prædicare annum domini acceptum. Annus iubilei & veræ. liberatis tempus gratiæ, quo eccleſia in corpore verſata peregrinatur a domino. vnde Apoſtolus, Ecce nunc tempus accep. ecce nunc dies ſalutis: Et poſt annum acceptabilem prædicare diem retributionis, qñ filius hominis veniet in gloria cum angelis reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Ad hæc cuncta euangelizanda vel agenda ideo ſe dicit miſſum,quia ſpiritus domini eſt ſuper eum.
c *Et cum pli.* Be. Audientib. illis,qui aderant,legit, ſed lectum miniſtro reddit,quia cum eſſet in mundo, palam locutus eſt mundo docens in ſynagogis & in templo, ſed ad cæleſtia regreſſurus his,qui ab initio ipſum uiderant & miniſtri ſermonis fuerant,euangelizandi officium tradidit. Stans legit,quia dum nobis ſcripturas, quæ de ipſo erant, aperit, in carne dignatus eſt operari. Sed reddito libro reſidet,quia peracto diſpenſationis officio, diſcipulos doctrinæ ſuæ ſequaces elegit, ſeque ſupernæ quietis ſolio reſtituit. Sic prædicator verbi ſurgat, legat.i. operetur & prædicet. Et reſideat, ideſt, premia quietis expectet. Bed. Reuolutum legit, quia eccleſiam miſſo ſpiritu omnem veritatem docuit. Plicatum miniſtro reddidit, quia non omnia omnibus dicenda, ſed pro capacitate audientium committit doctori diſpenſandum verbum,
e *Teſtimoni,da.* Teſtabantur, vt ipſe dixerat eum eſſe de quo prophetæ cecinerant.vere ſpiritusſancti gratia perunctum,vere ſe pauperes,cæcos,captiuos,confractos,illius ſuper omnia indigere muneribus.
f *Medice.* Sicut fabri filium,ita eadem erroris dementia medicum vocant. ſed in errore illorum veritas latet. Vere enim erat filius fabri, qui per ipſum in principio omnia fecit,qui operatur in ſpiritusſancto & igni, qui in magna domo huius mundi facit vaſa diuerſi generis. Eſt & medicus,quia per ipſum omnia,quæ in cælis & quæ in terra,ſunt reſtaurata. Qui de ſe dicit, Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus.
g *Cura teipſum.* Quia in capharnaum plures te curaſſe audiuimus,cura etiam teipſum,& fac ſimiliter in tua ciuitate vbi cō ceptus es & nu-

(Si minori reuelatum fuerit, ſenior taceat.) (Ab illis qui Chriſti aduentum deſiderantes,etiam ipſius aduentus manifeſta indicia reliquerunt.)
& ſurrexit legere, Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ. Et ut†reuoluit librum, inuenit locum ubi ſcriptum erat † Spiritus domini ſuper me,eo quod unxit me: euāgelizare
(Vt,beati pauperes ſpiritu.)
pauperibus miſit me,ſanare contri
(Iudæis de Pharaone,gentibus de Diabolo.)
tos corde, prædicare captiuis remiſ
(Tam Iudęis quam gentibus.) (Vnxit, vel miſit)
ſionē,& cęcis uiſum: dimittere cō
(Iudæos lutum fabricando,gentes idolis ſupplicando.) (Annus domini quatuor habet tempora.i. quatuor euangelia.Duodecim menſes.i. duodecim apoſtolos.)
fractos in remiſſionē, prædicare an
(Prædicare.)
num domini acceptum ēt diem re
(Iudicij.)
tributionis. Et cū plicuiſſet librū, reddidit miniſtro,& ſedit. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cępit autem dicere
(Impleta eſt in hoc, quia ſicut ille prædixerat, & magna faciebat, & maiora euangelizabat.)
ad illos: Quia hodie impleta ē hęc ſcriptura in auribus ueſtris: & omnes illi teſtimonium dabant,& mirabātur in uerbis gratię, quæ proce
(Tamen.) (Scribæ & Phariſæi inuidentes.)
debant de ore ipſius: ēt dicebant:†
(Be.Magna cęcitas,eum quem verbis & tactis Chriſtum eſſe cognoſcunt,ob ſolam generis noticiam contēnunt:quia apud ſe nutritum, & per ætatum tempora pro feciſſe viderant.)
Nōne hic eſt filiꝰ Ioſeph? Et ait illis: †Vtiq; dicetis mihi hāc ſilitudinē:
(Quid prouerbium contineat aperit.ſ. Quanta.&c.)
Medice cura teipſum. Quanta audi

a Et ſurrexit le. *vt non prædicaret ſeipſum verbo ſuo tantum, ſed etiam teſtimonio ſacræ ſcripturæ.*
b Inuenit lo. *Non a caſu,ſed a propoſito,quia ſciebat paſſus ſcripturæ loquentes de eo.*
c Spiritus do. *Hoc ſcribitur Iſa.lxi.a.Sed tamē in tranſlatione noſtra mutantur aliqualiter verba:ſed ſit eadem ſententia.Lucas āt hic allegat ſcripturam prout habetur in tranſlatione.LXX.Circa quod ſciēdū,ꝙ Iudæi expectāt illa,quæ promittūtur eis Iſa.ca.prædicto,impleri per meſſiam,quem expectāt futurū, & dominatorum toti mundo temporaliter,& eductuum Iudæos de captiuitate, & poſiturum eos in maxima gloria & honore ſuper omnes gentes,ſed quia tempus aduentus Chriſti iam tranſiit, ideo Chriſtus hunc locum conuenienter de ſeipſo expoſuit. di.* Spiritus do.ſu. me. *i. me deducens: quia humanitas Chriſti organum eſt ipſius diuinitatis coniunctum. & ideo in omnibus mouebatur ſecundum diuinitatis inſtinctum.*
d Eo quod unxit me. *ab inſtanti conceptionis plenitudine gratiæ.Ex hoc enim ꝙ humanitas Xp̄i deitati coniungitur,plenitudine gratię,repletur,ſcdm ꝙ dicitur Vidimus eū quaſi vnigenitū a patre plenū gratiæ & veritatis.*
e Euangelizare pau. *i.humilibus,quibus ſua doctrina proficit,non ſuperbis.*
f Sanare con. *contritis per pœnitentiam datur gratia ſanans vulnera peccatorum.*
g Prædi.ca. re. *i. detentis in limbo, ad quos deſcendit & eos inde eripuit.*
h Et cęcis uiſum. *i. Gentilibus excæcatis p errorem veram Dei cognitionem, ſecundum quod dixit Simon ſupra. ij.de Chriſto:Lumen ad reuelationem gentium,&c.*
i Dimitte. c. *a pondere legis relaxando.de quo dicitur. Cur tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos nec patres noſtri portare potuimus?*
k Prædicare an.do.ac. *Iſte eſt annus paſſionis Chriſti, quo Deus placatus eſt humano generi ſoluta emenda primi peccati.*
l Et diem retri. *i.diem iudicij,in quo vnicuique retribuetur ſecundum opera ſua.*
m Et cum pli.lib. *Hoc fecit ad oſtēdendū,ꝙ libri ſacræ ſcripturæ ſunt reuerenter tractandi:vnde & Iudæi hanc reuerentiam faciūt libris vet.Teſt.ꝙ nullo modo ſederent iuxta illos,ſedēdo ita alte ſicut illi ſunt poſiti.Ex quo patet,qd̄ illi Chriſtiani ſunt valde reprehendēdi,qui non ſolū libros veteris Teſtamenti,ſed etiam noui,etiam ſacra euangelia ita irreuerēter tractāt & irreuerentius q̄ libros gētiliū dānatorum. Aliqui etiam theologi dicta eorū cū maiori pondere & certiori quotatione allegant in ſermonibus ſuis & in ſcholis quam dicta Chriſti & apoſtolorum.*
u Et ſedit. *vt exponeret mature qd̄ ſtando legerat reuerēter & deuote.*
o Et o.&c.oc.in.in eū. *quia in facie eius quidam fulgor diuinæ gratiæ relucebat,qui animos intuentium attrahebat.*
p Cœpit autem &c.imple.eſt. *ſcilicet in ipſo,vt patet ex prædictis.*
q Et omnes teſti.illi.da. *videlicet ꝙ illa ſcriptura in eo eſſet impleta.*
r Et mirabantur in uerbis gra. *i.gratioſis.*
s Et dicebant. *Hic conſequenter deſcribitur æmulatio contra eum. Licet.n.illi de Nazareth primo recepiſſent verba eius reuerenter & gratioſè,vt dictum eſt, tamen poſtea moti ſunt contra eum ex inuidia, deſpicientes eū pp paupertatē parētū:quia licet eſſent nobiles,vt ſupra dictum eſt ca.ij.tamen erant pauperes,vnde dicebant deſpectiue.*
t Nonne hic eſt fi. Io. *vt patet Mat. xiij. & Marc. vi. propter quod pauca miracula fecit ibi, quia erant indigni,vt ibi dicitur.Vnde & eorum inuidia intantum proceſſit, quod miracula eius dicebant eſſe falſa. Et hoc eſt quod ſubditur,*
v Vtique di.mi.hanc ſimi. *i.obiectionem a ſimilitudine ſumptam.*
x Medice cura tei. *Sicut.n. medicus uerus citius & libentius ſeipſum curat & alios ad ſe pertinētes q̄ extraneos, ita dicebāt ei: Si tu faceres uera miracula,citius faceres ea inter ppinquos tuos & ī ciuitate tua q̄ inter extraneos.Sed ipſe conſequēter reſpōdit,ꝙ nō dimittebat inter eos*

¶ *facere miracula*

## MORALITER.

*o Et o.in ſy.oc.e.int.* Nam illi,qui ſunt merito de numero fidelium,audiunt deuote verbum diuinū. Sed de indeuotis ſubditur:
*s Et dice.nonne hic eſt filius Ioſeph.* Hoc autem dicebant contemptibiliter,per quos ſignificantur illi,qui ſermonē audiunt vel lectionem non ad ſuam ædificationem,ſed ad prædicatoris uel doctoris deriſionem, propter quod arguuntur a Chriſto per duas hiſtorias ver.Teſt.quarū ſenſus moralis poſitus eſt.iij.& iiij.Re.in ſuis locis.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ceptus es & nutritus, Quod quare dñs nõ fecerit, alius euangeliſta oñdit, & excuſat dominũ, dicẽs: Quia non poterat ibi vllã virtutẽ facere, niſi ꝙ paucos infirmos curabat: & mirabatur propter incredulitatem eorũ. Nõ ergo viluerat domino patria, q amabat ciues: ſed incredulitas eorum hoc non merebatur: & patria ſe charitate ꝑualebãt deſpiciẽtes Chriſtum quaſi notum.

*a Amẽ dico uo.* Be Non ſolum dñs & caput prophetarũ, quia a Moyſe propheta nominatur, ſed & Elias & cæteri minores prophetæ minus in patria q̃ in cæteris ciuitatib. ſunt honorati: quia prope modũ naturale eſt ciues ciuib. inuidere. Nec enim conſiderant præſentia viri opera, non virtutẽ, ſed fragilẽ recordantur infantiã quaſi nõ & ipſi per eoſdem ętatis gradus ad maturam ætatem ꝑuenerint. Hinc declarat̃, ꝙ fruſtra opẽ miſericordiæ celeſtis expectes, ſi alienæ uirtutis fructib. inuides Aſpernator. n. dominus eſt inuidorum, & ab his q diuina beneficia in alijs perſequuntur, miracula ſuæ virtutis auertit.

*b In dieb. Eliæ.* Be. Q. Non eſt contrarium exemplo prophetarum, quod vobis meis ciuibus faſtidioſis diuina beneficia ſubtraho: quia ſicut tempore famis nemo in Iudęa eſt dignus repertus hoſpitio Eliæ, ſed exterę gẽtis vidua eſt quęſita, quę a tanto propheta viſitaretur: & ſicut multis leproſis ibidem exiſtentib ſolus Naaman Syrus, qui deuote quæſiuit, eſt curatus: ſic & vos modo, q me ex inuidia ſpernitis, ſuperno munere eſtis priuati, non cauſa meæ impotentiæ vel inuidiæ. *In dieb. Eliæ.* In quibus Elias eſt operatus. Vel quia diem faciebat illis qui in eius operibus lucem videbant gratiæ ſpiritualis, & conuertebantur ad dominum. Et ideo aperiebat cœlum videntib. diuina myſteria, claudebatur quando fames erat, qa nulla erat cognoſcẽdæ diuinitatis vbertas.

*c Viduam.* Bed. Vidua ad quam Elias mittitur, gentium figurat eccleſiam, quæ a ſuo conditore diutius deſerta, populum rectæ fidei neſciuit, quaſi pauperem filium egena ſtipe nutriebat, i. verbo ſecularis ſcientiæ abſque humilitatis fructu docebat, Quæ bene in Sarepta Sidoniorum fuiſſe dicitur. Sidonia enim venatio inutilis. Sarepta, incendium vel anguſtia panis interpretatur. Quibus omnibus Gentilitas exprimitur, quæ inutili venationi dedita id eſt lucris, & negotijs ſeculi ſeruiens incendium carnalium cupiditatum paniſq; ſpiritualis anguſtias patiebatur, donec Elias, i. propheticus ſermo mittitur ad eum, qui in Iudæa fame piclitabat̃. Clauſa cæli ianua, i. ceſſante ſcripturarum intelligentia pro pfidia Iudæorũ. Venit ergo propheticus ſermo ad eccleſiã, vt receptus paſceret̃ & reficeret corda credẽtiũ. Vbi prius panis ſpiritualis erat in anguſtia, ibi farina & oleũ ore ꝓphetico benedicitur, i. fructus & hilaritas charitatis, vel grã dñici corporis & vnctio chriſmatis, ĩdefectiuo verbi cęleſtis munere fœcũdat̃, & hactenus hæc munera, apud eccłiã ñ deficiũt. Hæc mulier myſticũ panẽ factura duo ligna colligit, in quo figurã crucis exprimit, ĩ qua nobis uitę ęternę ꝑparat̃ panis.

*d Naaman Syrus.* Be. Naaman qui decor interpretatur, populum ſignificat nationum, olim perfidiæ ſcelerumque lepra maculoſum, ſed ſacramento baptiſmi ab omni mentis & corporis fœditate purgatum Quia captæ cõcilio puellæ, i. ſupernæ inſpirationis gratia (quam Iudæi ſeruare nõ valentib. rapuere gentiles) commonitus, ſepties lauari iubet̃, qa illud baptiſma ſaluat qđ ſeptiformi ſpiritu regenerat. Vnde caro eius poſt lauacrum ſicut pueri apparuit, quia mater gratia, oẽs in vnã parit ĩfantiã. Vel factus eſt vt puer, i. exuto veteri hoĩe cõformatus eſt Chriſto, de quo dr̃: Puer natus eſt nobis, & filiꝰ datus eſt nobis. Partem ſanctę terrę ſecum tuliſſe dr̃, qa oportet baptizatos dominici corporis participatione confirmari.

*e Et eiecerunt.* Be. Qđ dñs de eis ſupra dixerat. hoc ipſi de ſe verum eſſe facto oſtenderunt, quia eijciunt extra ciuitatem nec ſalutem merentur, qui Saluatorem pellunt de ſuis finibus.

*f Et duxerunt.* Bed Peiores Iudæi diſcipuli diabolo magiſtro. Ille verbo ait, Mitte te deorſum. iſti facto mittere conantur. Sed illorum mente mutata ſubito, vel obſtupefacta deſcendi, qtuia

a ¶Q. Non credimus quod incerta fama uulgauit, cum apud nos nihil tale feceris, quibus conuenientius talia impendenda erant beneficia.

uimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: †Amen

¶Q. dicat: ideo non operor inter vos, quia vos incredu li, non quia patriam odeiim, cui beneficium meæ natiuitatis contuli.

dico uobis: quia nemo propheta acceptus eſt ĩ patria ſua. † In ueritate* dico uobis: multæ uiduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quãdo clauſum eſt cęlum annis tribus & menſibus ſex, cũ facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in ſarepta Sidoniæ ad mulierem uiduã. †Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſęo propheta: & nemo eorum mundatus eſt niſi Naaman Sirus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira hæc audientes. Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſupra quem ciuitas illorum erat ędificata, ut præcipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat. Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq́ue docebat illos ſabbatis, † Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſer-

dit, quia adhuc illis locum pœnitentiæ reſeruat. Et quia nondum venerat hora paſſionis, nec elegerat hoc genus mortis. Qđ capitur a paucis & tenetur, volũtatis eſt, qđ a populo nõ tenet̃, ſed trãſit, maieſtatis eſt A paucis voluit crucifigi, vt nõ multorũ eſſet ſacrilegium, ſed in autores crucis inuidia retorqueretur, & a paucis affigeretur pro omnibus moriturus. Be. Dicitur, ꝙ cũ dominus de manibus illorũ elapſus per medium illorum de rupis vertice deſcenderet, atque ſub ipſa rupe lateret, ſubito ad tactum veſtis illius ſaxum illud ſubterfugit, & ad inſtar ceræ reſolutũ quẽdã ſinũ, quo dñicũ corpus reciperet̃, effecit. Tantę vtiq; capacitatis quantæ ipſum corpus extitit quantitatis. In quo vſque hodie vniuerſa liniamenta & rugæ veſtitis q̃ a tergo dñi fuerãt: veluti diuini ſculptoris exp̃ſſa manu ſeruant̃.

*g Et aſcendit.* Bed. Nec indignatione commotus, nec ſcelere offenſus, nec iniuria violatus, Iudęam deſerit, ſed memor clementiæ nunc docendo, nunc liberando, nunc ſanando, in fide plebis corda demulcet. Qđ ſabbatis maxime ſanat & docet, ſe non ſub lege, ſed ſupra legem eſſe docet, nec ſoluitur lex ſi fit renouatio hominis iam labentis.

*h Sabbatis.* Bed. Sabbatis dominicæ medicinæ opera cæpta ſignificant ibi nouam creaturam incipere vbi vetus creatura ante deſinit: In quo etiam ſe creatorem oſtẽdit, qui opa operibus intexit & ꝓſequitur opus quod iã inceperat. Incipit autẽ a minoribus, vt ad maiora ꝑueniat. liberare a dęmone etiam homines pñt, ſed in Dei verbo reſurrectionẽ mortuis ĩperare, ſolius diuinę eſt ptãtis.

*i Quia in pote.* Be. Sermo doctoris in poteſtate fit, cum cuncta quæ docet operatur. Qui. n. facto deſtruit quod prædicat, contemnitur. Vel ſecundũ alium euangeliſtam, erat docens illos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ qui de præceptis legis docebant. ſed Ieſus quaſi autor impletor legis, vel mutabat uel augebat.

*Et in*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *facere miracula ex impotentia vel falſitate aliqua, ſed ex eorum malicia. Et ad hoc inducit ſacræ ſcripturæ exempla. Cum ſubditur:*

a In ue. &c. Mul. ui. &c. clau. eſt cæ. *orationib. Eliæ, vt habetur. iij. Reg. xvij. vbi iſta hiſtoria diffuſe tractatur qua hic breuiter ponitur,*

b Et ad n. i. *qa nõ erãt ita deuotę ſicut illa mulier gẽtilis Sareptana. Et qa Elias pſecutionẽ patiebatur ĩ terra Iſrael, q̃ debuiſſet ſibi eſſe grata.*

c Et mul. le. &c. & ne. il. mun. eſt. *propter eorum ingratitudinem erga Deum, quia regnum Iſrael declinauerat ad idololatriam delendo vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam.*

d Niſi Na. Sy. *cuius hiſtoria ponitur. iiij. Reg. v. vbi deſcribitur bonitas eius ante curationẽ, cũ dicitur: Per illũ. n. dedit Deꝰ ſalutẽ Syriæ. Et poſt curationẽ fuit adhuc melior & valde gratus deo & Eliſęo, vt hr̃ ibidẽ.*

e Et re. ſunt omnes in ſyna. ira. *quia præponebant eis gentiles, quos abominabantur ſicut canes.*

f Et eie. il. ex. *tanq̃ dignum morte, vt illũ interficerẽt, vt patet in litera.*

g Ipſe au. tran. *virtute diuinitatis, qua poterat ſic ſe ſeruare illæſum quando volebat. Dicit autem Beda, ꝙ cum dominus de manibus eorum elapſus, de vertice montis deſcenderet, & ſub rupe latere vellet, ſubito ad tactum dominicæ veſtis ſaxum illud ſubterfugit, & inſtar ceræ ſolutum quendam ſinum effecit, id eſt concauitatem, in quo dominicum corpus reciperetur. In quo loco omnia liniamenta & rugæ veſtis & veſtigia pedum in rupe apparent adhuc ſicut teſtantur qui viderunt.*

h Et deſcendit in Capharnaum. *vt impenderet alijs doctrina ſacram, qua illi de Nazaret erant indigni.*

i Et ſtupebant in doctrina eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius. *ſcilicet miracula faciendi, vt patet ex ſequentibus.*

¶ Et in ſynagoga

## MORALITER.

*e Et re.* Per iſtos ſignificantur illi, qui prædicatores veritatis perſequuntur, eo quod dicunt eis diſplicentia.

*g Ipſe autem tranſiens per medium.* non percutiens illos aut impellens, nec aliquo modo ſe vindicans. In hoc docens prædicatores euangelij, vt non quærant vindictam de iniuriis factis ſibi.

*It in ſyna*



*a Et in ſynagoga.* Bed. In ſynagoga eſt homo habens ſpiritum immundum, quia ſpiritum ſanctum amiſerat. Introierat n. diabolus, vnde Chriſtus ſpiritualiter exierat Myſtice. Homo in ſynagoga habens dæmonium, populus eſt Iudęorum qui adeo improbi, vt negent quem diabolus confitetur.

*b Et exclamauit.* Moraliter. Oĩs amaritudo, & ira & clamor, immundi ſpũs furor eſt. Fornicatio, immundicia, concupiſcentia mala, auaricia, febris illecebroſæ carnis eſt.

*c Sine.* Bed. Paululum a me vexando quieſce, cui nulla eſt ſocietas cum noſtra fraude.

*d Quid nobis & tibi.* Be. Extorta confeſſio non habet meritum, ſed eſt veluti fugitiui ſerui: qui poſt multũ tempus vidẽs dominũ ſuũ, nihil aliud niſi de verberib. deprecat̃. Sic dæmones ad ſe vindicandos dominum veniſſe credentes, præſentia illius tormentantur.

*e Ieſu Nazarene.* Bona natura q̃ Deũ confitetur, mala operatio diaboli, quę Deo aduerſatur. Nota ꝙ nomen Ieſu Nazareni ab euangeliſta diabolus primus dixiſſe inducitur, quia eſt huius impudentię, vt inter homines aliquid prius vſurpet, & ad homines quaſi nouum deferat, quo errorem ſuæ potentię incutiat In Geneſi etiam diabolus primus Deum nominauit.

*f Scio te.* Per opera potuit ꝓbari filius Dei. Sed nonne dixit apoſtolis Maiora facietis? Solutio, per opera. i. modũ operationis. Alij dicebant: In nomine Ieſu &c Ipſe dicebat Tibi dixi &c.

*g Obmuteſce.* Be. Quia p linguam ſerpẽtinã primo intrauit mors in mundum prius lingua ſerpentina occluditur, ne virus vltra ſpargat, Deinde fęmina quæ prima ſeducta eſt, a carnalis cõcupiſcentiæ febre eſt curata Tertio uir q dicta cõiugis audiuit, a lepra curatur.

*h Et cum proie.* Be Curandus permittitur a dęmone in mediũ ꝓijci, vt uirtus pateſacta piures ad ſalutẽ inuitet. Be. Marcus ait, Et diſcerpens eũ ſpũs immũdus, & exclamãs voce magna exijt ab eo. Et hoc eſt qđ Lucas ait: Et cum proieciſſet eũ in mediũ. Sed nihil nocuit illa iactatio, nec eum debilitauit, ſicut ſolẽt exire dæmones qbuſdã mẽbris amputatis vel euulſis. Vnde ẽt ꝓ tã integra reſtauratione ẽt nõ credentes ammirantur. Be. Moraliter. Homo a dęmonio liberatur, cum animus ab immunda cogitatione purgatur. Fœmina a febribus curatur, cum caro a concupiſcentiæ feruore refrenatur.

*i Et uirtute.* Non vt homines qui in verbo Dei dæmonia eijciunt, ſed propria poteſtate virtutes operatur.

*k In domum Simonis,* Domus Petri, circuncifio eſt eius apoſtolatui commiſſa. Socrus, eſt ſynagoga, quæ quodam modo mater eſt eccleſiæ Petro commiſſę. Hęc febricitat, quia inuidiæ ęſtibus laborabat perſequens eccleſiam. Sed Ieſus ſtans ſuper eã ſanat, qa vbi timor Dei ĩcipit eẽ, talis ęſtuatio ſolet recedere.

*l Et rogauerunt.* Be. Modo Saluator rogatus, modo non rogatus curat, oſtendens ſe contra vitiorum quoque paſſiones & precibus fidelium ſemper annuere, & ea nonnumquam quę ipſi non in ſe intelligunt, vel intelligenda dare, vel pie petentibus etiam non intellecta dimittere. vt Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me domine.

*m Surgens.* Be. Naturale eſt febricitantibus incipiente ſanitate laſſeſcere, & moleſtiam ægritudinis ſentire. Sed ſanitas quæ domini datur imperio, tota ſimul redit. & etiam eo robore firmat, vt ſuis adiutoribus continuo miniſtrare ſufficiat & iuxta leges tropologiæ membra, quæ ſeruiebant immundiciæ, ſeruiant iuſticiæ.

mo ipſius. Et in ſynagoga erat homo habens † dæmonium immundum, & exclamauit uoce magna dicens † Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos.

a ¶Quæ communicatio Chriſti ad Belial? ¶Nobis tormenta, & tibi gloria.

¶Res digna verbo.

Scio te, quia ſis ſanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi ab illo. Et cum proieciſſet illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq́; † eum nocuit. Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes:

a ¶Nullum membrum amputauit.

¶Vehementer opinor.

† Quod eſt hoc uerbum: quia in poteſtate & uirtute imperat immũdis ſpiritibus, & exeunt: Et diuulgabatur fama de illo in omnẽ locum regionis. Surgens autem Ieſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis. † Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illã † imperauit febri, & dimiſit illã: & continuo ſurgens miniſtrabat illis. Cum ſol autẽ † occidiſſet, omnes † qui habebant infirmos uariis languoribus, ducebãt illos ad eum: At ille ſingulis manus imponens curabat eos. † Exibant autem dæmonia a multis clamantia & dicentia: quia tu es* filius Dei. Et increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autẽ die, egreſſus ibat in deſertum locũ, & turbæ requirebant eum, & uenerunt uſque ad ipſum, & detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euãgelizare regnum Dei: quia † ideo miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

a ¶Alij euangeliſtæ non dicunt quod rogaſſent.

¶Miſericordiæ.

*n Cum ſol autem occi.* Be. Solis occubitus, paſſio Chriſti: per quam plures ſanantur dęmoniaci, quam ante uiuens in carne ægrotos ſanauerat, quia in carne viuens paucos Iudæorum docuit poſt reſurrectionem gentibus apparuit.

*o Tu es filius Dei.* Be. Cum ieiunio fatigatum diabolus videret, uerum hominem intellexit, ſed quia tentando nõ præualuit, utrum etiam Dei filius eſſet, dubitabat. Nunc ergo per ſignorum potentiam iam certior effectus, filium Dei arbitrabatur. Non ergo eũ ideo crucifigit, vt filium Dei ignoret, ſed quia eius morte ſe damnandum non præuidet Hoc enim myſterium a ſeculis eſt abſconditum, quia ſi cognouiſſent, dominum gloriæ nunquam crucifixiſſent.

*p Et increpans non ſinebat.* Be. Ideo prohibet loqui, ne dum aliquis audit uera prædicantem ſequatur errantem. Improbus enim magiſter ueris falſa permiſcet, vt ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtexat.

*q Facta autem die.* Myſtice. Manifeſta luce reſurrectionis, a credentium turmis requiritur, & in gentium deſerto inuentus ne abeat, retinetur.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et in ſynago. *Hic conſequenter deſcribitur doctrina Chriſti confirmatio per miracula Chriſti, Sicut enim illa quorum cognitio ſubeſt naturali facultati intellectus, confirmantur eſſe vera per reductionem ad prima principia, ſic veritas illorum, quæ tranſcendunt naturalem facultatem intellectus, de quibus erat doctrina Chriſti, cõfirmatur per operationem miraculorum; quæ a ſolo Deo poſſunt fieri: & ideo cum inducuntur ad confirmationẽ alicuius doctrinæ oſtenditur eſſe vera, cũ Deus teſtis eſſe nõ poſſit alicuius falſitatis. igitur ad hoc inducũtur hic duo miracula in ſpeciali. Primũ eſt de dæmoniaco curato. Scđm de ſocru Petri a febribus curata, ibi: Surgens autem de ſynagoga, Tertio multa ponuntur in generali ibi: Cum enim ſol occubuiſſet, omnes, qui habebant infirmos &c. Et patet ſentẽtia iſtarum partium vſque ad finem ca. ex dictis. Mar. i. vbi iſta poſita ſunt eodem ordine quo hic & expoſita.*

## MORALITER.

*a Et in ſynag.* Per hoc autem ꝙ Chriſtus increpauit dæmonem, qui ſuam poteſtatem confitebatur & ſanctitatem, ei ſilentium imponens, docuit nos fugere laudes turpium perſonarum, quia ſicut dicit Seneca libr. de virtutibus: Tam triſte tibi ſit laudari a turpibus, quam ſi lauderis ob turpia.

*b Socrus autem Si. &c.* Per quam ſignificatur perſona, iracundię calore aut concupiſcentiæ laborans: ſuper quam ſtans Ieſus iſtas paſſiones mitigat, & tunc ei deuote miniſtrat.

*c Cum ſol autem oc.* Per hoc ſignificauit, quod paſſio ſua in qua inſticiæ ſol occidit, futura erat medicina oĩs ſpiritualis infirmitatis.

*d Facta autem die &c.* Dans in hoc exemplum prædicatoribus reuertendi ad ſolitudinem contemplationis poſt laborem prædicationis, & vt gratias Deo agant de profectu præterito, & ſe diſponant pro futuro.

## GLOS. ORDIN. CAP. V.

Actũ eſt a. Nec tp̃e, nec loco turba à ſtudio ſanandi cohibet̃, veſper incũbit, & tamẽ ſeq̃t̃, ſtagnũ occurrit.

& turba

## CAP. V.

† Actũ eſt ãt cũ turbę irruerent in eũ, ut audirent uer

¶Conuentus turbarum, fidem deſignat populorum.

## NIC. DE LYRA CAP. V.

Actum eſt autem cum turbæ &c. *Deſcripta prędicatione Chriſti & eius cõfirmatione, hic cõſequenter*



¶ *deſcribitur*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& turba vrget:& ideo aſcendit in nauim Petri.

E *a Secus ſta.* Be. Stagnum, præſes ſeculum deſignat. Dominus autem iam non in ſtagno quaſi iam nō in carne paſſibili, ſed ſecus ſtagnum: quia in ea carne in qua paſſus eſt, ſtabilitatem perpetuæ quietis adiit.

In Luc. ma ge.c.5.li.2. 4.15.co.3.

*b Geneſareth.* A proprietate loci, quaſi generans auram, quia criſpantibus aquis de ſe auram emittit.

Ibidem. 2.Tim.2.c *c Vidit duas na.* Be. Duę naues, circūciſio & præputium: quas videt, quia in utroque populo nouit qui ſunt eius, quorum corda a fluctibus ſeculi ad futuræ vitæ trāquillitatē, quaſi ad littus miſericorditer vidēdo prouehit.

*d Piſcatores.* Doctores eccleſiæ retibus fidei comprehenſos, & de profundo ad lumen elatos terræ viuentium quaſi littori piſces ingerunt.

*e Lauabant re.* Lota rętia plicat, qui intermiſſo prædicandi officio quod alios docuit, ipſe implere ſatagit.

*f Quæ erat ſi.* Nauis Simonis, primitiua eccleſia circumciſionis, de cuius autoritate docet gentes vſque hodie. Quæ bene vna, quia multitudinis credentium, erat cor vnū & anima una. Hæc nauis apud Matthęum fluctuat, in quo attenditur principium eccleſiæ, quando trepidantibus diſcipulis Chriſtus adhuc dormit, qn̄ Petrus ſuis meritis firmus, alienis turbatur, quando Iudas ꝓditor adhuc eſt immixtus. Lucas dicit piſcib. repleri, qa ad finē eccłię reſpexit, vbi fructus exuberat, vbi pfectis ī fid̄ Xp̄s vigilat, vbi ꝑfidia proditoris ceſſat, vbi pfecta dilectio.

† 2 4.q.1.c. non turba Act.4.f Matt.8.c

vbi ſup. *g Rogauit eum.* Be. Quod primo rogat nauim à terra reduci puſillum, ſignificat vel temperate vtendū verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec à terrenis in profunda ſacramentorū recedant, vt ea pœnitus non intelligant.

F Vel prius in proximis regionib. gētib. ꝑdicādū. Sed dū dicitur Petro: Duc in altum, ad remotiores gentes, qbus poſtea prædicatū eſt, ptinet.

In Luc.l.4. c.5.titu.1. tom.2. *h Duc in altum.* Ambr. Et ſi alijs imperatur vt laxent retia, ſoli Petro dicit: *Duc in altum*, id eſt in profundum diſputationum, vt quando de æterna verbi generatione diſſeritur, quæ nō viſu ſed ſola fide attingitur: vel quando de virtute reſurrectionis: vel de ſpiritusſancti profluentibus donis inſtruitur eccleſia & armatur.

Vbi ſup. *i Lax.r.* Be. Retia ſūt verborū ꝯplexiones & qdā orōnis ſinus & diſputationū receſſus, q quos capiūt n̄ amittūt. vn̄ & retia quaſi retinētia ſūt vocata, quæ captos nō perimūt, ſed reſeruāt.

Ibidem. *k In uerbo autem tuo.* Be. Niſi in verbo gratiæ laxata fuerint inſtrumēta diſputationū, fruſtra ꝑdicator vocis ſuę iaculū mittit, qa fides populorum nō in ſapiētia verbi cōpoſiti, ſed diuinæ vocationis munere prouenit. O vacua pręſumptio, O humilitas fructuoſa. Qui nihil ante cæperāt, magnam in verbo concludunt multitudinem. Rumpitur rete pro multitudine piſciū, qa modo cū electis tot reprobi intrant, qui ipſam eccleſiā hæreſibus ſcindunt. Rumpitur rete, ſed non labitur piſcis, quia dn̄s ſuos ſeruat, etiā inter perſequentium ſcandala.

Boni & ſi perſequutio nem patiun tur, à boni non ſeruan tur. 1 Ioan. 2.c *l Rumpebatur.* In eccleſia circumciſionis rumpitur rete, quia non tot intrant de Iudæis quot apud Deum ad vitam erant præordinati. Alia ergo nauis, i. eccleſia de gentibus ſuccedit, quæ electos ad ſalutem colligit. Qui non intrant niſi rupto reti: qn̄ ante Iudas ꝓditor, an̄ Simon magus, an̄ Ananias & Saphira, ante multi, quos Iohānes antichriſtos vocat, abierunt retrorſū, q̄ Paulo vel Barnabæ cōmittatur apoſtolatus gētiū.

Vbi. ſup. *m Et impleuerunt.* Be. Hæc impletio vſq; in finē ſeculi creſcit. Sed impletæ mergūtur, i. in ſubmerſione premunt̄, nō tn̄ periclitantur ſic vt mergātur. Mergi.n. eſt hoīes ad prauitatē ſeculi, de qua elati fuerāt, redire. Quales & Petrus adhuc ī infirmitate poſitus hoc loco demonſtrat. vn̄ ſeqt̄, *Quod cum vidiſſet Si. Pe.* qa carnales in eccłia ſpūalib. rectorib. in quib. perſona Xp̄i eminet, honorē qdē exterius deferūt, & ſpecietenus humiliantur ſub illis: Sed tamen moribus non voce contradicunt, & nolunt ab illis gubernari, quorum vita & prædicatio ipſorum contraria eſt voluntati. G

*n Stupor.* Excuſat Petrū n̄ ſtudio maliciæ ſed ex humano defectu hoc dixiſſe. Admirabat̄ aūt diuina dona, & quo plus meruerat, hoc p̄ſumebat minus. Et talis hūilitas meret̄ piā dn̄i ꝯſolationē.

Vbi ſup. *o Noli t.* Be. Non recedit, ſed ad littus producit, & viuificandi ptātē tribuit. In quo ſignificatur, ꝙ ſpūales viri & ſi peccatis turbarū commoti, non tn̄ debent ha-

¶Qui magna fecit in terra, tranſit ad mare, vt & ibi faciat, & dominus maris terræque appareat. ¶Legem.

a bum Dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnū a

b Geneſareth. Et uidit duas naues b

c ¶Legem.

d ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores au- c

¶A naui in litus.

e tem deſcenderant, *& lauabant retia. Aſcendens autem in unā nauim d

f quæ erat Simonis, rogauit eum a

g ¶Ab amore terrenorum.

terra reducere puſillum. Et ſedens docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simo-

a ¶Ad Chriſtum aſcendentem in altum. b ¶Quia boni & gentiles parati erant accipere legem.

h nem: † Duc in altum, & laxate retia e

i ueſtra in capturam. Et reſpondens

¶Sicut humilis.

Simon dixit illi: † Præceptor per to- f

¶Per veterem legem laborantes nullum duximus ad vitam.

tam noctem laborantes nihil cepi-

k mus: in uerbo autem tuo laxabo re- g

te. Et cum hoc feciſſent, concluſe-

¶Piſces ſunt, qui hanc vitam enauigant.

runt piſcium multitudinem copio-

¶Moraliter. Rumpitur qui diuitias & paupertates non ſuſtinet.

l ſam. Rumpebatur autem rete eorum, & annuerūt ſocijs, qui erant in h alia naui, ut uenirent & adiuuarent

m eos. Et uenerunt & impleuerunt

a ¶Quia eccleſiam & ſynagogam conuertit.

ambas nauiculas, ita ut † pene mergerentur. Quod cum uideret Si- i mon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi a me domine, quia ho k

n mo peccator ſum. Stupor enim l circundederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piſcium

¶Circundederat ſtupor.

quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedei, qui erant ſocij Simonis. † Et m

o ait ad Simonem Ieſus: Noli timere; n

## NIC. DE LYRA.

¶ *deſcribitur cōuerſio aliquorum ad ipſum. Et primo deſcribitur eorum vocatio ad diſcipulatum Chriſti. Secūdo, eorum promotio ad apoſtolatum, ſequēti capitulo, ibi: Factū eſt autē in diebus illis. Prima in duas, quia primo deſcribitur vocatio Petri cum alijs adiunctis ſibi. ſecundo, vocatio Matthæi, ibi Et poſt hæc exiuit & vidit Ieſus publicanū. Circa primum primo deſcribitur diſcipulorum vocatio ſeu conuerſio. ſecundo, conuerſorum confirmatio ibi: Et factum eſt, cum eſſet in vna ciuitatum. Circa primum dicitur ſic:* Factū au. cum tur.ir.in eum. *præ nimia deuotione audiendi ipſum.*

a Et ipſe ſta. *lacus magnus eſt per quem tranſit Iordanis fluuius. Et quia ibi extenduntur aquæ in latitudine magna, aliquando vocatur ſtagnum, aliquando lacus, et aliquando mare ſecundum modum loquendi Hebraicum: quo omnis congregatio magna aquarum vocatur mare, ſecundum illud Gene. Congregationeſque aquarum appellauit Maria.*

c Piſcatores autē deſc. & la.re. *amouētes immundicias vt retia plicarēt: qa nullos piſces ceperant, vt patet ex ſequentibus.*

d Aſcendens autē in unā nauim. *vt populi plauſum declinaret, & de naui populum ſedentem in littore cōuenientētius doceret.*

H e Duc in al. *hoc eſt ad locū aquę magis profundum, qui eſt cōuenientior ad piſcandum.*

f Præceptor p totā no. labo. nihil cepi. *q̄uis diligentiam magnam adhibuimus.*

g In uerbo autem tu la.re. *i. confidens in virtute verbi tui.*

h Rumpeba. autem rete eorum &c. *Ex quo patet duplex miraculum: quia non ſolū ceperant magnam multitudinem piſcium ſupra modum ſolitum & poſſibilem per viam humanam, ſed etiā illa multitudo tenebatur in rete rupto: ideo ſubditur:*

i Quod cum ui. Simon pe. proci. ad ge. Ie. *p p prædicta miracula facta*, dicens:

†Matt.4.d Mar.1.b k Exi a me do. quia homo peccator ſu. *Reputabat enim ſe indignum præſentia tam ſanctæ perſonæ.*

l Stupor enim circundede. eum. *id eſt admiratio magna propter facta Chriſti inſolita.*

m Et ait ad Simonem. Ie. *ipſum conſolando.*

n Noli. ti. ex h. *i. de cætero.*

¶ Ex hoc iam

## MORALITER.

✱ *b Et ui. du. na.* Be. Duæ naues myſtice circumciſionem & præputium ſignificāt, quas vidit dominus: nam in vtroque populo nouit qui ſunt eius, & ad futuræ vitæ tranquillitatem quaſi ad littus videndo hoc eſt miſericorditer viſitando prouehit.

*e Duc in al. & lax. re.* Amb. Myſtice aūt nauis Petri ſm̄ Matth. fluctuat, ſecundum Lucam repletur piſcib. vt & principia fluctuantis eccleſiæ, & poſteriora exuberantis agnoſcas. Non turbatur iſta quæ Petrum habet, turbatur illa, quæ Iudam habet, in utraque tamen Petrus, ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus ergo proditorem, ne per eum plurimi fluctuemus.

*k Exi a me domine.* Per Petrum, qui cum ſocijs per totam noctem laborans nihil ceperat & in verbo Chriſti cepit multitudinem piſcium copioſam, & tamen ſibi non attribuit niſi culpam, dicens: *Exi a me domine, quia homo peccator ſum.* ſignificatur prædicator euangelii, qui proprie innitens virtuti nihil proficit, ſed innitens diuinæ virtuti, facit magnum profectum, tamen non debet attribuere ſibi niſi defectum, & tunc a Deo confortatur dicente.

*n Noli time.* & maior profectus ſibi promittitur, cum ſubditur,

✱ *Et hoc im-*



dent hr̄e volūtatē dimittēdi eccleſiaſticū munus & ſecuri⁹ &

A trāquillius viuāt. Nemo de ſuæ cōſcia culpæ tremens, vel de aliorum innocentia ſtupēs, ſanctitatis iter formidet aggredi.

In Lu. enm ge.c.5.li.1. c.15.m.5. *a Ex hoc iam.* Be. Hoc ad ipſum Petrū ſpāliter pertinet, cui exponit̄ qd captura ſignificet piſciū. Sed ſicut tunc per retia piſces, ſic per verba aliqn̄ capiet hoīes, in quo Petro eſt Typus totius eccłiæ.

Myſtice Ibidem. *b Relictis omnibus.* Bed. Myſtice finem ſeculi ſignificat, quo ab huius mundi ſalo, qui Chriſto inhęſerint, pœnitus ſunt receſſuri.

*c In una c.* Hic duo aduētus in capharnaum notantur. Primus incarcerato Iohanne, quando fecit continue illa tria miracula. Secundus, quando deſcendit de monte electis apoſtolis quando fit iſtud miraculū de leproſo.

†Mat.8.a Mar.1.d

Vbi ſup. Gen.1.b *d Vir plenus.* Amb. Bed. Quarto ſigno ex quo in Capharnaum venit, iſte ſanatur. Nam ſicut quartum diem ſole illuminauit, & clariorem cæteris fecit diebus cum illuceſcerent elementa mundi, ſic & hoc clarius opus debet exiſtimari. Secundum Matthęū, poſt nouum Teſtamentum in mōte datū, hic primus a dn̄o ſanatus īducitur, vt ille, qui excludebatur a lege, purgari ſe domini poteſtate præſumens, non ex lege ſed ſupra legē eſſe grām īdicaret, q̄ leproſi maculā poſſet abluere.

† De pœn diſt.1.c.volu iſſent

*e Et proci.* Sicut humilis & vitæ ſuæ maculas erubeſcens, & cōfeſſionem verecundia non reprimens, ſed detecto vulnere remedium quærens.

Vbi ſup. li. 5.m.1. *f Domine ſi uis po.* Ambro. Be. Sicut in domino poteſtatis autoritas, ita in iſto fidei conſtantia declaratur.

*g Tetigit.* propter humilitatem, vt nos doceret nullum ſpernere pro aliqua corporis maculatione. Tangit, nō dedignatus, imperat non diffiſus, adhibet operis teſtimonium. Volo, dicit,

B ꝓpter Fotinum, imperat propter Arrium, tangit propter Manichęum. Be. Tetigit non quin ſine tactu ſanare poſſet, ſed vt indicet ſe non ſubiectū eſſe legi, ſed dominum legis oſtendens, qui non timet contagium.

Hæreſes tres hic per imuntur.

Vbi ſup. *h Et confeſtim le. &c.* Ambr. ſuper hūc locum. Vides ꝙ dubitari non poteſt: quia voluntas Dei, poteſtas eſt. Beda

Vbi ſup. Vbi leproſus mundatur, nō exprimit̄ locus, vt oſtendatur nō vnus populus alicuius ciuitatis ſpecialis, ſed omniū populos fuiſſe ſanatos. Be. Typice Leproſus, genus humanū ſignificat, plenum lepra, qd̄ extēta manu, i. verbo Dei humanā contingente naturam, a priſci erroris varietate mundatur, vt diu abominabiles & ſequeſtrati, iam queāt templo reddi. Templū Dei ſanctū eſt, quod eſtis uos. Et ſacerdoti offerri. De quo dicit̄, Tu es ſacerdos in æternū ſm̄ ordinē mel. Et offerāt pro emūdatione, corpora ſua hoſtiam viuam, ſanctam, Deo placētē.

1.Cor.3.d Pſa.109.a Rom.12.a

*i Præcepit illi.* Be. Taceri iubet, nec taceri poteſt. Nō quod aliquid voluerit & non potuerit, ſed dat exemplum vt ſui in magnis, quæ faciunt, latere velint, ſed ut proſint alijs, probantur inuiti. Hilarius. Docet non uulgāda noſtra beneficia, ſed premenda, ut non ſolum a mercede abſtineamus pecuniæ, ſed etiam gratiæ. Iactantia vitata facit, ne lepra poſſit tranſire in medicum. Iō etiam imperatur ſilentium, quia meliores putabat q fide magis ſpōtanea q̄ q ſperatis beneficijs credidiſſent.

*k Oſtende te ſacerdoti.* Bed. Vt intelligeret ſacerdos non legis ordine, ſed gratia Dei curatum.

*l Offert pro.* Non ſoluit legem ſed implet, qui ſecundum legem gradiens, ſupra legem ſanare eos, quos remedia legis non ſanauerant, videtur.

*m Sicut præcepit Moyſe.* Lex ſpiritualis eſt, ideo videtur ſacrificium ſpirituale mandaſſe, vt ſit in teſtimonium illis, ſi Deo credant, ſi impietatis lepra diſcedat.

Mar.1.d *n Et conueniebant turbæ &c.* Be. Sanatio huius multas ad dn̄m cogit turbas. Vt.n. ipſe interius & exterius ſe ſanatū doceret, ꝓceptū beneficiū & iuſſus nō tacet. Sed & Marcus ait, euangelico functus officio, mox egreſſus, cępit ꝑdicare & diffamare ſermonē, ita vt nō poſſet manifeſte ī ciuitatē ītroire, ſed foris in deſertis locis eſſe: & conueniebant ad eum vndique. C

Vbi ſup. *o Et orabat &c.* Quando orat, theoricam vitam, qn̄ ſanat, actiuam informat. Be. Sanat vt Deus, orat vt hō. In vrbe miracula facit, in deſerto orat, vt & actiuæ & cōtēplatiuæ documēta mōſtret ne qs pro cura proximi amorem Dei, vel pro amore Dei quamuis ſit ſuperior, curam dimittat proximi. In deſertum ſecedit & orat, qui exurgentem ſtrepitum uitiorum premit, & quoddam ſibi cū domino intra ſe ſecretum, quærit, (vt illo exteriore tumultu ceſſante) per interna deſideria ſilenter loquat̄.

Mat.9.a †Marc.2.a Matt.9.a Marc.2.a *p Et fa. eſt. &c.* Be. Vbi ſedens docuerit Lucas breuiandi gratia prætermiſit, ſed Matthęus in ciuitate ſua, Marcus in Capharnaū hoc eum feciſſe teſtat̄. Sed ciuitas Chriſti dicitur Galilæa, in qua erat Nazareth & Capharnaum, ad diſtinctionē regionis tranſmarinæ Geraſenorum, de qua transfretando venerat Galilæā, ſicut Matthæus ſcribit. Vel ipſa Capharnaum ciuitas Chriſti eſt, quā nō naſcendo, ſed virtutibus illuſtrādo ſuā fecerat.

Vbi ſup. *q Et erant Pha.* Amb. Inter cæterorū remedia debilium, cōuenietib. ex oī pre doctoribus hęc paralitici ſanatio deſcribit̄, vt magna & magnæ rei ſignificatiua. vn̄ oraſſe p̄mittit̄, n̄ pp ſuffragiū ſed pp dādū exēplū. i quo docet unuſquiſq; æger petendæ ſalutis pręcatores adhibere, p quos vitę nr̄ę compago

a ¶Nondum eligitur in apoſtolatum, ſed prædicitur quod aliquando ſit eligendus.

a †Ex hoc iam eris hōmines *capiens. a

a ¶Quia adhuc habent voluntatem redeundi.

b Et ſubductis ad terrram nauibus re- b lictis omnibus ſequuti ſunt eum.

a ¶Alias veniſſet in vnam ciuitatem.

c † Et factum eſt cum eſſet in unā ciui- c

d tatum, & ecce uir plenus lepra. Et ui

e dens Ieſum, & procidens in faciem

a ¶Be. Amb. Voluntati poteſtatem tribuit, nec quaſi incredulus dubitat, ſed ſuæ colluuionis conſcius non præſumit.

f ſuam, rogauit eum dicens: Dōmine, ſi uis potes me mūdare. Et extēdens

a ¶In hoc humilitas. Be. Non quod ſine tactu ſanare non poſſet, ſed vt indicet ſe non ſubiectum eſſe legi.

g manum, tētigit eum Ieſus, dicens:

a ¶In hoc pietas. ¶Eo genere ſanat quo obſerratur. Si vis po. me mun. b ¶In hoc maieſtatis potentia. c ¶Quia dixit & facta ſunt.

h † Vōlo: Mūndare. Et cōnfeſtim

a ¶Amb. Nihil medium inter præceptum & opus: quia in præcepto eſt opus.

i lēpra diſceſſit ab illo. Et ipſe præce

a ¶Non erat neceſſe, vt ſermone inſtaret quod corpore præferebat. b Mittit ad ſacerdotes propter humilitatem, & ut videntes credant ei, vel non credentes inexcuſabiles ſint.

pit illi, ut nēmini diceret: ſed uāde,

a ¶Non debent auferri ſigna priuſq̄ veniant ſignificata.

k oſtende te ſacerdoti, & ōffer pro e-

l a ¶Pro emundatione offerebant tortam panis, turtures duos, & ſextarium olei.

m mūndationē tua ſicut præcepit Moyſes in teſtimonium illis. † Perambulabat autem magis ſermo de illo,

¶Sanitatis & doctrinæ

n & conueniebant turbæ multæ, ut audirent, & curarentur *ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autem ſecedebat in de- d

o ſertum, & orabat. Et factum eſt, e

p in una dierum, & ipſe ſedebat do-

q cens: Et erant Phariſæi ſedentes, & legiſdoctores, qui uenerant ex omni caſtello Galilææ & Iudææ & Ieruſalem, & uirtus domini erat

† ex hoc nunc, i. e. po ſthac *vi uos

* ab eo

## NIC. DE LYRA.

¶ a Ex hoc iam eris ho. *per ſanam doctrinam trahendo ad uitam beatam. Verbū enim Dei hamo piſcatoris comparatur, quia ſicut hamus non capit piſcem, niſi ab ipſo capiatur, ſic nec verbum Dei capit hominem ad vitam æternam, niſi ipſum verbum mente ipſius capiatur.*

†Matt.4.d Marc.3.a Ioan.6.a

D b Et ſubductis &c. ſe. ſunt. *ſ. Simon petrus & alij, qui erant cum eo. Et licet Andreas hic non nominetur, tamen intelligitur ibi fuiſſe, ſecundum quod dicit Aug. vt habetur ex verbis Mat. iiij. & Mar. i. Dicunt tamen aliqui, quod iſti non ſecuti fuerunt Chriſtum, tunc ei totaliter inhærendo ſed cauſa reuerentiæ aliquantulum ſecuti ſunt eum aſſociando: ad propria tamen reuerſuri. Sed poſtea vocati ſunt, non reuerſuri amplius ad propria. De qua vocatione loquitur Matthæus & Marcus. Alij vero dicunt, quod iſta vocatio, de qua hic loquitur Lucas, eſt eadem cum illa, de qua loquitur Matthæus & Marcus: quia vocati ſunt ſimpliciter ad ſocietatem Chriſti: & hoc videtur verius: quia hic dicitur, relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Qui modus loquendi proprie non conuenit niſi adhærentibus Chriſto totaliter. Item quia hic dicitur Petro a Chriſto:* Ex hoc iam eris homines ca. *i. de cetero vacabis prædicationi. Et tali modo loquendi vtuntur Matthæus & Marcus, qui ſecundum alios deſcribunt vocationem eorum ſimpliciter adhærendo Chriſto abſque reuerſione ad propria.*

c Et factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur vocatorum confirmatio per opera miraculorum. Et deſcribuntur hic duo miracula. Primum eſt de leproſo ſanato. ſecundum de paralytico curato, ibi: Et factum eſt in vna dierum. Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. viij. & Mar. infra, excepto quod ſequitur:*

d Ipſe autem ſecedebat &c. *Ad oſtendendum, quod prædicator verbi diuini debet fugere populi applauſum & retrahere aliquando ſe a multitudine vt vacet orationi.*

e Et fa. eſt. *Hic deſcribitur de paralytico curato miraculū, quod factū fuit in capharnaum, vt habetur Mar. ij. Et patet ſententia huius partis q̄tum ad curationem paralytici ex dictis Mat. ix. & quantū ad præſentationē dicti paralitici Mar. ij. q̄ omittūtur ī Mat. & a Mar. ſuppletur.*

¶ Et poſt hæc

## MORALITER.

✱ *a Ex hoc iam homines &c. Et factum eſt cum in una eſſet &c.* Bed. Typice autem leproſus humanum genus languidum peccatis deſignat plenum lepra, quoniam omnes peccauerunt & egent gratia Dei. vt ſcilicet extenta manu, ideſt verbo Dei, humanam cōtingente naturam, a priſtini erroris varietate mundentur, & offerant pro ſua emundatione corpora ſua hoſtiam Deo viuam. vbi ſup.



✱ *Et ecce viri*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

compago reſoluta, actuumq; noſtrorum clauda veſtigia verbi cęleſtis remedio reformentur.

Allego. *a Viri portantes. Allego.* id eſt, erigentes ad ſuperiora animũ hominum, quamuis exterioris hominis debilitate torpẽtem, quorum rurſus adminiculis, & attollere & humiliare, ſe facilius ante Ieſum locetur, domiĩico dignus videri aſpectu. Humilitatem.n. reſpicit Deus.

In Lu. euan ge.c.5.li.2. c.16.10.5. *b Et quærebant &c.* Be. Deſiderant offerre, ſed turba interpoſita recluduntur: quia ſæpe anima poſt infirmi corporis deſidiam ad Deum reſpiciẽs, & diuina gratia innouari deſiderans, priſtinæ cõuerſationis obſtaculo retardatur. Sæpe dum cum Deo in orationib. colloquiĩ, turba cogitationũ interueniẽs, aciẽ mẽtis, ne Chriſtus videatur, ĩtercludit. Sed non eſt exterius in infimis, vbi turbæ tumultuantur, remanẽdũ, ſed tectũ domus, in qua Chriſtus docet aſcẽdẽdũ.ſ. ſacræ ſcripturæ ſublimitas eſt appetenda, & lex Dei nocte dieq; meditanda: quia in cuſtodiendo ſermones Dei corrigit iunior viã ſuã. Et patefacto tecto, .i. reſeratis ſcripturis, eger ſubmittitur, quia ad Chriſti humilitatẽ fidei pietate deſcẽditur, & ad Chriſti notitiã veniĩ.

Ibidem. *c Et per tegu.* Be. Domus Ieſu tegulis tecta deſcribitur quia ſub contemptibili litterarum velaminę ſi aſſit doctor, qui reſeret diuina, ſpũalis gratię virtus inuenitur. Quod cum lecto deponitur, ſignificat ab homine adhuc in iſta carne cõſtituto Chriſtum debere cognoſci.

Ibidem. *d Quorum fi.* Be. Multum valet fides propria cuiuſque, cum per alienam fidem homo interius & exterius ſit ſaluatus.

Ibidem. Be. Hęc curatio paralytici ſignificat ſaluationem animæ ſuſpirãtis ad Deũ de F diuturna illecebra carnalis inertiæ, quę indiget bonis doctoribus, qui eum ſubleuent: & Chriſto offerant, & pro ea intercedant. Qui apud Marcum quatuor fuiſſe leguntur, propter quatuor euãgeliorũ libros, ſeu propter quatuor virtutes, quibus ad promerendam ſoſpitatẽ mentis fiducia erigitur, quæ ſunt, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia.

*e Homo remittuntur &c.* Tu homo peccator, ego Deus, qui peccata remitto, qui aliorũ merito tibi peccata relaxo. Qui ergo peccatis grauatur, adhibeat eccleſiã, quæ pro eo precetur. Quia pro culpa animæ etiã corpus infirmabatur: iõ ſanaturus corpus prius ſanat animam.

*f Quis poteſt dimittere &c.* Nemo dimittit peccata niſi Deus, qui per eos quoq; dimittit, quibus poteſtatẽ dimittẽdi dedit. Cum ergo Chriſtus dimittat, vere Deus probatur. Verum teſtimonium Deo reddunt, ſed perſonam Chriſti negando falluntur. Perfidia enim confiteri põt, credere non poteſt. Itaque teſtimonium non deeſt diuinitati, fides deeſt ſaluti. Deus aũt volẽs ſanos facere peccatores, & occultorũ cognitione ſe Deum eſſe demõſtrat, & admiratione factorum illis reſpondens: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Eadem maieſtate & potentia, qua cogitationes veſtras intueor, poſſum hominibus delicta dimittere. Ex vobis intelligite quid paralyticus conſequatur. Sed quia ſpũalem grãm nõ cognoſcitis, nec creditis qđ interius factũ eſt, pbeĩ ſigno viſibili qđ nõ minoris cõſtet eſſe potẽtiæ, vt in filio hoĩs latẽtẽ cognoſcatis potẽtiam maieſtatis, qua p̃t pctã dimittere vt deꝰ.

In Luc. li.5. c.5. titu.4. potu.1. Leuiti.13.a *g Vt autem co. &c.* Ambro. Magnus ſacerdos leprã videbat in cordib. Iudęorũ, & peiores oſtendit illo leproſo, cui purgato

ad ſanandũ eos. †Et ecce uiri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt

¶Diuinitatem cognitam.

ſupra tectum, & per tegulas † ſubmiſerunt eum cum lecto in me-

a ¶Non paralytici qui ſenſu carebat.

dium ante Ieſum. Quorum fidem ut uidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare ſcribæ & phariſæi dicentes: Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? † Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Vt autem cognouit Ieſus cogitationes eorum, reſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis †mala in cordibus ueſtris? Quid eſt

a ¶Dicto facere. ¶Quod ſolus noui, qui dimitto.

facilius dicere: dimittuntur tibi

a ¶Quod vos etiam videre poteſtis. ¶Innuit reſurrectionem omnium.

peccata: an dicere: ſurge & am-

¶Quia idem eſt filius hominis & Deus.

bula? † Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait

a ¶Vt quod fuit teſtimonium infirmitatis, ſit probatio ſanitatis.

paralytico: Tibi dico ſurge, tolle

a ¶Ne chriſtiana fide curatus, moreris in perfidia iudæorum.

†lectum tuum, & uade in domũ

a ¶Be. magna virtus, vbi ſine mora ſalus imperium comitatur: vnde merito qui aderant relictis blaſphemiis ſtupentes ad laudem conuertuntur tantæ maieſtatis.

tuam. Et confeſtim conſurgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abijt in domum ſuam † magnificans Deum. Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore dicentes: quia uidimus † mirabilia hodie † Et poſt hæc exijt,

a ¶Non tam corporeo quam miſerantis intuitu.

& uidit Ieſus publicanum nomi-

a ¶Leui additus vel aſſumptus, quia diuina eum electio aſſumpſit, & in numero apoſtolorum addidit. b ¶Pertinaciter lucris inhiantem. ¶Telos

ne Leui ſedentem ad telonæum,

græce, vectigal. a ¶Ambro. non greſſu corporis ſed mentis affectu. ¶Amodo. b ¶Non lucra.

& ait illi: Sequere me. Et reli-

a ¶Non leuitate ductus, ſed virtute operum & diuina potentia intus operante, ſequitur tam corpore quã mẽte.

ctis omnibus ſurgens ſecutus eſt eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: Et erat

a ¶Be. viderant publicanum a peccatis ad meliora conuerſum, locum inueniſſe pœnitentiæ: & ob id

turba multa publicanorum

etiam ipſi non deſperant ſalutem.

& aliorum, qui cum illis erant

a ¶Dupliciter errant, quia & ſe iuſtos putant cum ſint ſuperbi, & illos reos cum iam pœniteant.

diſcumbentes. †Et murmurabant

¶Vel uerunt.
a ¶De ieiunio gloriantes.

Phariſæi & ſcribæ eorum, dicẽtes ad diſcipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et reſpondens Ie-

purgato iuſſit ſe offerre ſacerdoti. Sed G hos ſummus ſacerdos repudiat, ne alios quoque eorum lepra contaminet.

Vbi ſup. †Matt.9.a Marc.2.a *h Tibi dico ſu* Be. Surgere, eſt aĩam a carnalib. deſiderijs abſtrahere. Lectũ tollere, carnem a terrenis deſiderijs ad voluntatẽ ſpiritus attollere. Domũ ire, ad paradiſum redire, vel, ad internã ſui cuſtodiã, ne iterum peccet. Ecce p remiſſionẽ pęnę, remiſſionẽ culpæ intellige.

*i Et ſtu.* Amb. Spectãt ſurgẽtẽ increduli, mirantur abeũtẽ, & diuini opis miracula malũt timere, q̃ credere. Nã ſi crederẽt, nõ timerẽt, ſed diligerent. Perfecta enim dilectio foras mittit timorem.

*k Leui.* Be. Idem Leui qui & Mattheus Sed Lucas & Marcus pp honorẽ euangeliſtæ nomẽ vulgatũ tacẽt. Mattheus ãt ĩ ſermonis principio, accuſator ſui factꝰ Mattheũ ſeu publicanũ noĩat, ne qs a ſalute deſperet p immanitate pctõrũ, cũ ipſe de publicano in apoſtolum, de teloneario in euãgeliſtam ſit mutatus. Be. Amb. Reliquit propria, qui rapiebat aliena. Nec ſolũ lucra reliquit vectigaliũ, ſed & periculũ cõtẽnit, qđ poterat venire a pricipib. ſeculi: qa rõnes vectigaliũ incõpoſitas reliquerit. Et quia in nullo prorſus huius vitæ reſpectũ vel cogitationũ ſibi reſeruauit, dñicorum talentorũ fidelis diſpẽſator eſſe meruit. Be. Per Matthæi electionẽ, fides gẽtiũ, quæ prius mundanis inhiabãt, ſed nũc corpus Chriſti ſedula deuotione reficiunt, exprimitur. Per ſuperbiam Phariſæorum inſinuatur Iudęorum inuidia, quæ de gentium ſalute torquetur.

Vbi ſup. tit.6. *l Quare cũ p.* Amb. Oĩs quæſtio ex lege quæ tenax iuſtitiæ, nõ habet miſericordiã. Oẽs ergo declinauerũt, ſed eius auſteritatem miſſus filius Dei gr̃a euãgelica tpauit. Pro uocat ergo ad pñiam pec- H catores, cuius cibus & potus & ambulatio & omnia quæ geſſit ſaluti ſeruiunt.

Ibidem. Ambro. Beda. Qui domicilio Chriſtum recipit interno, maximis exuberãtiã paſcitur delectationibus voluptatũ. Itaq; dominus ingreditur, & in eius q credidit re-

NIC. DE LYRA.

¶ b Et poſt hæc exiit. *Hic conſequenter deſcribitur vocatio Matthæi: & primo deſcribitur iſta vocatio, ſecundo deſcribitur murmurãtiũ confutatio, ibi: Et murmurabant. ſententia primæ partis patet ex dictis Mat. ix.*

d Et mur. *Hic conſequenter deſcribitur malignantium confutatio, & hoc in tribus caſibus: Secundus ponitur ibi: At illi dixerunt. Tertius, in principio ſequentis capituli. Primus caſus eſt: quia Phariſæi mur-* ¶ *murabant*

MORALITER.

✱ *a Et ecce uiri &c. para.* Paraclytus eſt peccator operib. meritorijs priuatus, ſed iacet in lecto, qñ tenet eũ pctĩ conſuetudo. Ipſum autem portantes, ſunt iuſti pro eo deprecantes, & ſic ponunt eũ ante Ieſum, qui eum reſpicit quando preces eorũ exaudit. Et tunc lectum ſuum tollit, qñ a pctõrũ conſuetudine recedit, & uadit in domum ſuam, qñ bonis actibus feſtinat ad patriam cęleſtẽ, & populus Deũ magnificat de tali mutatione, quã eſt dexteræ excelſi.

*b Et poſt hæc ex. & ui. Ie.* Sequitur,

*c Et fecit ei conui. ma. Le.* Chriſ. Xp̃s quodlibet genus remedij exhibebat, & nõ ſolũ diſputãdo, & p̃ſtãdo ſanitatum remedia, vel etiam redarguendo ęmulos, ſed etiam comedendo nõnullos errantiũ dirigebat. Inde nos inſtruens, ꝙ quodlibet opus & tp̃s poteſt nobis vtilitatem afferre. Et publicanorũ participationem non vitauit, pp vtilitatem ſequentem, more boni medici qui ✱ niſi ſanien-



i *Non eſt.* Arbor bona uel mala, non natura, quæ a Deo in omnibus bona creata eſt, ſed bona uel mala uolūtas: Fructus, opera: quæ nec bona malæ uoluntatis poſſunt eſſe, nec mala bonæ uoluntatis.

k *Neq; ar.* Si ueram uis habere iuſticiam & non fictam, quæ uerbis oſtendis, factis imple, ut ſis bona arbor, & bonis fructibus orneris: Quia & ſi fingat hypocrita, non eſt bonus qui facit opera mala: & ſi reprehendit inſontem, nō ideo malus eſt qui facit opera bona. Et nota, quod de manifeſtis hic agitur.

l *Vnaqueq;.n.arbor ex fru.ſuo.* Mali ſuo fructu noſcuntur, dū bonos opprimunt, & Deum ſi non uerbis, blaſphemāt factis: Et maxime per impatientiam dinoſcuntur in tempore aduerſitatis. Ieiunia.n. & oratio. & huiuſmodi ſunt ſimulatis ut & bonis: Sed non debent oues pelles ſuas deponere etiam ſi aliquando lupi eis ſe contegant.

m *Cognoſcitur.* Non a ueſte, ſed ab operibus, quæ fiunt ab eis cognoſcuntur. Quia ut ſpina non facit uuam, ſic bona arbor bonum,

a ¶Non tantum in largitate beneficiorum ſitis miſericordes, ſed etiam in iudicando.

a Nolite iudicare, & non iudicabimini. † Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur uobis. Menſuram bonam & † confertam & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. † Eadem quippe menſura, qua mēſi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & ſimilitudinem. † Nunquid poteſt cœcus cœcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? † Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. † Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, ſine eijciam feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui. † Non eſt enim arbor bona, quæ facit † fructus malos: neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquęq; enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. Neq; eñ de ſpinis colligūt ficus, neq; de rubo uindemiant uuā. † Bonus homo de bono theſauro cordis.

Interlinear glosses: ¶A Deo. — a ¶Iniurias. ¶Et quædam aperta. — a ¶Peccatum veſtrum. b ¶Beneficia. c ¶Vita ęterna. — a ¶Vtilem. b ¶i. plenam. — a ¶Conquaſſatam. — a ¶Erunt cauſa vt Deus det, quia occaſio promerendi fuerūt. — ¶Stultus ſtultum docere. — ¶In perditionem. — a ¶Apoſtolus homo fragilis. b ¶Chriſtū Deū omnipotētē. — a ¶Leuius crimen, vel quicquid turbat oculum mentis. — ¶Grauius crimen. ¶Intentione. — ¶Non poteſt minus, vt iram in fratre emendare, donec maius vt odium, vel inuidiam pepuleris de corde tuo. — a ¶Non enim eſt prius doctor alij idoneus mederi, qui nondum ſe ſanauerit. — ¶Voluntas. — ¶Opera. ¶Voluntas. — ¶Opera. — ¶Sed. — a ¶Intentione cogitationis.

bonum, mala malum: & non econuerſo.

n *Neq;.n.de ſpinis.* Non de ſpinis.i. ſolicitudinibus mundi. ficus.i. dulcedo reſurrectionis, neq; de rubo.i. punctione uitiorum, uua.i. fructus animæ, Quæ ſicut uua ꝓxima terrenis, corrumpitur, in ſuperioribus maturatur. Vel de carne, quæ generat ſpinas & tribulos, non uindemiamus Chriſtum, qui ſicut uua pependit in ligno. Spina & rubus hæreticis, a q bus nullus ſapiētium ſanctitatem uel uirtutem poterit inuenire: ſed cōſcindunt & cruentant approximātes. Vel ſpinæ, & rubi, curæ ſeculi & punctiones uitiorū. Vua & ficus, dulcedo nouæ cōuerſationis quā Chriſtus in nobis eſurit, & feruor dilectionis, qui lætificat cor homines. Non de ſpinis & rubis uua uel ficus, quia mens adhuc hominis ueteris preſſa conſuetudine, poteſt quidem ſimulare, ſed non ferre fructum noui hominis. Quod ſi quando facta uel dicta malorum proſunt bonis, non hoc faciunt mali, ſed fit de illis conſilio Dei.

¶ Profert

## NIC. DE LYRA.

¶ a Nolite iu. *Qualiter autem iudicium ſit peccatum dictum fuit Matth. vij.*

b Date & da. vo. *ſ. bonum naturæ. fortunæ, gratiæ & gloriæ, dum tamē datio fiat ex charitate. ideo ſubditur:*

c Menſuram bo. *quantum ad bona fortunæ, quæ aliquando conferuntur propter opera pietatis.*

d Et cō. *quantum ad bona naturæ, ſicut ſanitas: & huiuſmodi, quæ etiam aliquādo conferuntur propter opera pietatis.*

e Et coagita. *quantum ad bona gratiæ.*

f Et ſu. *quantum ad bona gloriæ: & ideo dicit Apoſtolus. Pietas ad omnia valet: promiſſionem vitæ quæ nunc eſt habens & futuræ.*

g Eadem quippe men. &c. *quia ſecundum ꝙ opera pietatis ſunt maiora, et retributio diuina. Iſta tamen maioritas non eſt attendenda ſemper ſecundum magnitudinem operis exterioris, ſed magis ſecundum magnitudinem interioris affectus. Vnde & vidua quæ miſit duo minuta in gazophylacium ſecundū teſtimonium Saluatoris dicitur plus miſiſſe quàm multi diuites qui magna dona miſerāt.*

h Dicebat autem il. *Hic conſequenter inducit Saluator exemplum ad virtutes perficientes intellectum quę ſunt ſapientia de diuinis, & ſcientia de humanis. inquantum ordinantur in Deum. Et iſtæ virtutes potiſſime requiruntur in prælatis & rectoribus aliorum, cuiuſmodi futuri erant apoſtoli, & alij Chriſti diſcipuli, & eorum ſucceſſores. ſ. epiſcopi & ſacerdotes curati. & hoc eſt quòd dicitur:*

i Nunquid poteſt cœcus &c. *Id eſt carens ſcientia & ſapientia.*

k Cœcum ducere. *i. ignorantem dirigere. quaſi dicat. Non, ideo ſubditur:*

l Nonne ambo in foueam cadunt. *i. in traſgreſſionem & peccatum. quaſi dicat. Sic: Vnde Gregorius in paſtorali. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt vt grex ad præcipitium ſequatur. ideo ſequitur:*

m Non eſt diſcipulus ſuper magiſtr. *& ideo non eſt mirum, ſi ipſum ſequatur: vnde ſequitur:*

n Perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. *quia ſi aſſimiletur bono magiſtro, erit perfectus ſecundum veritatem. Si autem malo, erit perfectus ſecundum quandam tranſſumptionem eo modo loquendi, vt dicitur quinto Metaphiſices. Sic autem transferentes & ad mala, dicimus calumniatorem perfectum, & latronem perfectum: quoniam & bonos dicimus ipſos, & latronem bonum, & calumniatorem bonum: & quia prælatus & rector malus non habent frontem corrigendi, ideo ſubditur:*

o Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: trabem au. quæ. *hoc expoſitum eſt Matth. vij.*

p Bonus homo de bono. *Qui theſaurus eſt ſcientia & virtus.*

¶ Profert



a *Profert bo.* Diligit inimicū. Oī petēti tribuit, & huiuſmodi.

b *Profert ma.* Odit amicū: aufert aliena, nō dat ſua: & hmōi q Deus iudicat ſm intētionē cordis: Et vere, qa de bono vel malo corde procedit, bonus vel malus dēt iudicari fructus, quia.

c *Ex ab.* qđ interius latet *loquitur os.* i. ꝓcedit exterius effectus tā in verbis q̄ in factis. Hoc eſt quantū ad diuinū examē, cui loquit̄ os cordis: quia ex qua intentione verba procedunt non ignorat: Quia ēt verba q̄ exterius bona videntur, qa ex mala radice ꝓcedūt, nō bona eſſe iudicat. vnde ſubdit: *Quid aut. voca. me do.* Q. Quid folia rectæ cōfeſſionis vos germinare iactatis, qui nullos boni operis fructus oſtēditis? *Ex abun.* Per oris loquutionē vniuerſa, quæ actu vel cogitatu de corde ꝓferūtur, dñs ſignificat, Nā & verbum pro facto ſolet poni. Vnde, Non fuit verbum, quod non oſtēderet eis.

d *Quid.* Hæc vocatio videt̄ fructus bonæ arboris: ſed qa non ꝓcedit de pinguedine charitatis, Deus nō bonū iudicat. Quæ āt bonorū malorū vel fructuum vera diſcretio ſit, ſub alia figura ſupponit; Omnis qui ue. &c.

e *Omnis qui ve.* Poſtquam de aperte malis: de vere & ſimulatis bonis diu diſputauit, bonos auditores uerbi ſibijpſi, malos diabolo aſſimilat. Quia ſicut Chriſtus varijs hoīm pſonis vnam eccleſiam conſtruit, erudit, gubernat, in vitā ęternā pducturus: Sic bonus auditor varijs virtutibus ſupernam ſibi māſionem ędificat in futuro cum Chriſto de dedicatione lętaturus, Et ſicut diabolus obedientes ſibi de cœlis ad terrena & ad peccata trahit, vbi non eſt fundamentum, quia malum eſt ſine ſubſtantia, & ſp in deteriora præcipitat: ſic malus auditor ſiue ſit initiatus myſterijs Chriſti, ſiue ex toto alienus, quaſi in puteum ſine fundo pcipitatus, nō inuenit ubi ſe retineat. ſed cū uenerit in profundū malorū, cōtēnit.

f *Fodit in.* Fodit in altum qui pręceptis humilitatis terrena oīa de ſuorū cordibus funditus eruit, ne ꝓpter aliquod fluxibile Deo ſeruiat, ut inconcuſſam in eis habeat māſionē.

g *Poſuit fun.* Fundamēta pluraliter, doctores: ſingulariter fundamētū, doctor doctorū Xp̄s. Moraliter. Fundamēta domus, intentiones bonæ conuerſationis: quas per humilitatem chriſtianam exhauſtis ſuperuacuarum cogitationum ruderibus perfectus auditor in ſe inſerit. hoc in ſe ſpiritualiter agens, quod Chriſtus in uniuerſa eccleſia generaliter agit.

h *Inundatione.* Hanc inundationē alibi portas inferi appellat. Et portæ inferi nō pręuad. eā. Hæc inundatio tribus modis fit: qa tētat̄ q̄ſq; à ꝓpria ꝯcupiſcētia, vel falſorū fratrū improbitate, uel a pta exteriorū impugnatione.

Matt. 16. a

i *Illiſum.* Poteſt per impetū fluminis, extremi iudicii diſcrimen intelligi, quando eccleſia utraque eſt conſummata: Omnis, qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Infr. 14. c

k *Domui illi.* Singulæ noſtrę domus, quotidie, uel immūdorū ſpirituū uel improborū hoīm: uel ſuę ipſius mētis uel carnis inquietudine pulſantur. Et quātum propriis uiribus fidunt, inclinatur: quantum inuictiſſimæ petrę adhęrent: labefactari nequeunt.

l *Supra ter. &c.* Diabolus mundū, qui in maligno poſitus eſt, ſuper terrā ędificat: quia ad terrenorū amorē trahit. Sine fundamēto ædificat, quia peccatum in propria natura non ſubſiſtit, quia malum ſubſtantia non eſt, quod tamē ubicūq; fit in bona natura coaleſcit uel ſine fundamento. i. ſine fundo. Sicut ergo qui in puteo mergitur, putei in fundo retinetur, ſic aīa lapſa quaſi in quodam loco fundi cōſiſtit, ſi in aliqua peccati menſura ſe retinet. Sed cū peccato, in quo labitur, nō pōt eſſe contenta, dum ad deteriora quotidie ducitur, quaſi in puteo, quo cōcidit, fundum quo figatur, non inuenit:

m *Concidit &c.* Omnis cōſcientia, quę ſpe fixa in Deū nō pmanet, in tentationibus nō ualet perſiſtere, & tanto plus a . it, quāto plus in illis q̄ mundi ſunt, a ſuperioribus diſiungitur: Et uere omnes mali uel ficte boni ingruente qualibet tentatione. peiores fiunt.

a ¶Prouentum operis.

ſui profert bonum, & malus homo de malo theſauro * profert malum. † Ex abundantia.n. cordis os loquitur. Quid autem vocatis me Domine Domine: et non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me & audit ſermones meos & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamenta ſupra petram. Inundatione autem facta illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat ſupra † petram. Qui autem audit & non facit, ſimilis eſt homini, qui † ædificat domum ſuam ſupra terram ſine fundamento: in qua illiſus eſt fluuius: & continuò concidit & facta eſt ruina domus illius magna.

Interlinear glosses: ¶Theſaurus cordis idem eſt quod radix arboris: quod de corde profertur, idem eſt quod arboris fructus. — a ¶Quaſi ex theſauro. b ¶Deo & ſi non hominibus. — ¶Per fidem. ¶Cum deuotione. — a ¶Ipſi Chriſto mediatori. — ¶Eccleſiam, i. n qua perpetuo manet. — a ¶Petra erat Chriſtus, cuius fidei & dilectioni eccleſia ſancta nihil præponit. ¶Non in terrenis. b ¶Perſecutione inſurgente. — a ¶Vniuerſæ impulſiones. b ¶Edificationi virtutum. ¶Fluminis impetus leti. c. dei, ſan. ta. ſu. al. Deus in me. c. non commouebitur. — a ¶Poteſt intuere ſed non diruere. ¶Quod ſtat: non ſibi: ſed Deo tribuitur. — a ¶Quæ ergo cadit non ædificatur in Chriſto. — a ¶Exterius & ideo non habet excuſationem. — ¶De quo dicitur: Inimicus homo hoc fecit. — a ¶Quia monita ſalutis contempſit. ¶Vt in ignem ęternum.

*cordis ſui.* — 1. Ioan. 5. d — *Super terram ædificans, ſine fundamento ædificas.*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Profert bonum. *per doctrinam ſanam & vitam exemplarem.*

b Et abun. *quia ſecundum quod dicitur. 1. Perihermenias. Voces ſunt not. c. i. ſigna earum paſſionum, quæ ſunt in anima. Et quia mali rectores dicunt ſe eſſe vicarios Chriſti. ideo ſubditur:*

Philoſ.

c Quid au. *q. d. talis autoritas non cedet vobis ad vtilitatem, ſed magis ad damnationem.*

d Omnis. *poſtquam Saluator præmiſit ſuam inſtructionem, hic conſequenter inducit ad eius conſeruationē & patet litera ex dictis Mat. vij.*

## GLOS. ORD. CAP. VII.

a *Cum au. im.* Pulchre vbi pcepta cōpleuit, formā docet ſuorum exequendi præceptorū. Nā ſtatim gētilis centurionis ſeruus dño ſanandus offertur, in quo Gentiles qui mundana ſeruitute ęgri tenebantur, beneficio Dei ſaluandi exprimuntur.

b *Intrauit.* Nō añ intrauit q̄ verba terminaſſet, & ſi ſtatim poſt hæc verba non intrauit. Priuſquam.n. intraret, in ipſo interuallo mundatus eſt leproſus, vt Matthæus ponit.

c *Miſit.* Diuina prouidentia ſeniores Iudæorum mittuntur, & eis præſentibus lāguidus ſanatur, ut inexcuſabiles ſint ſi credere noluerint. Cēturio amicos mittit, ne pñtia ſua uerecūdiā dñi grauare uideret̄, & officiū officio ꝓuocaſſe. Significat aūt, qa nos q de Gētibus credimus ad dñm nō ipſi uenire poſſumus, quē in carne uidere nō poſſumus, ſed ad reſidētē in dextera pr̄is. Gētilis ppl̄s quaſi cēturio ſtipat̄ milite uirtutū & ſpūaliū pfectione q̄ incētū ſignificatur, Sublimis nihil terrenū a dño ſibi ſuiſq; requirēs, ſed ſola æternæ ſalutis gaudia: Et hi pro ſeruis. i. pro his qui adhuc ſpiritu

## CAP. VII.

a ¶Stans in loco campeſtri.

Cum autem † impleſſet omnia verba ſua in aures plebis intrauit Capharnaū. Centurionis aūt cuiuſdā ſeruus malè habēs erat moriturus, qui illi erat precioſus. Et cum audiſſet de Ieſu miſit ad eū ſeniores Iudęorū, rogans eum

Interlinear glosses: a ¶Ad quam deſcenderat. b ¶De cacumine montis. — a ¶Niſi fide precantis Deum, & miſerantis Chriſti pietate fuiſſet vitę redditus. In quo notatur ꝙ ſic inimicos dilexit: vt morti eriperet: & ſpem ſalutis perpetuæ daret.

† compleſſent.

## NIC. DE LYRA. CAP. VII.

Cum au. im. *Poſtquam deſcripta eſt Chriſti inſtructio, hic conſequēter ponitur eiuſdem inſtructionis confirmatio. & primò ſigno ſenſibili. ſcđò facto inuiſibili, ibi: Rogabat aūt illū. Prima in duas quia primo deſcribūtur q̄dā miracula facta corā turbis. ſcđò. corā diſcipulis Ioānis, ibi: Et annūciauerūt Ioanni. Circa primū ponūtur duo miracula. primum eſt de ſeruo centurionis ſanato, ſecundum de filio viduæ reſuſcitato, ibi: Et factū eſt deinceps. Sentent ia primæ partis patet ex dictis Matth. viij. exceptis quæ ſequuntur.*

c Erat moritu. *ex illa infirmitate niſi per Chriſtum fuiſſet ſanatus.*

d Qui illi erat precioſus. *i. charus & dilectus & ꝓ hoc vocatur eius filius, Ioh. iiij. ſecundum Chryſ. Alij autem dicunt, quod fuit aliud miraculum ab iſto: & etiam alia pſona curata hic et ibi, vt ibidē plenius dicetur.*

e Miſit ad eum ſe. Iu. *Mat. viij dicitur qđ ipſemet acceſſit ad Ieſum Sed nō eſt intelligēdū in pſona ꝓpria, ſed qa acceſſit ꝑ amicos & nūcios. Qđ.n. ꝑ amicos facimus, facimus ¶ quodammo-*

## MORALITER.

* a *Cum autem im. om. uerba ſua.* Sequit̄:

b *Centurionis autem cu. ſeruus male.* per iſtum centurionem ſignificatur ratio vel intellectus, cuius ſeruus eſt appetitus ſenſitiuus, qui debet obedire rationi, vt dicitur. 1. Ethicorum. ſed ex corruptione naturæ, infirmus eſt ad obediēdum, propter quod homo per rationem cognoſcens hanc infirmitatem in ſuo appetitu ſenſitiuo per ſe & per alios rogare debet Deum, vt ſanet ſeruum ſuum. Et quoniam humilitas rogantis pro ſe plus aliquando placet Deo, quàm preces aliorum. ideo ſubditur:

Philoſoph.

* Nec in

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

huc ſpiritu ſeruitutis in timore præmuntur,dño ſupplicant,vt eis paulatim ad ſuperiora ꝓuectis,perfecta dilectio foras mittat timorem.Matthæus dicit,cẽturionem acceſſiſſe,quod per fidem intelligendũ eſt,Per fidẽ.n.vere ad Deũ acceditur,quæ in cẽturione a dño cõmẽdatur.Non inuenit.t.fi.in Iſrael.Porro Lucas ordine quo geſtũ eſt exequitur,vt intelligere cogeremur,quomodo eum acceſſiſſe dicit Matthæus.

*a Gentem no.*Myſtice.Gentilis populus (cuius figuram geſtat centurio)non lõge habet a domo Ieſum:tametſi ſub tecto inuitare non audet, quia prope timentes eum ſalutare ipſius.Qui naturali lege recte vtitur,ut bona quæ nouit operatur,eo illi qui vere bonus eſt appropiat.At illis,quos errore gentilitatis crimina vinxerant, aptari poteſt, quod alibi dicitur: Quidam.n. ex his de longe venerunt.

*b Ieſus au.ibat* Solo verbo potẽter curaturus, ad humilitatis commendationem viſitare dignatur languentem,& qui ad ſanandum reguli filium ire noluit,ne diuitias honoraſſe videretur, ad ſeruum vadit,ne ſeruilem cõditionem ſpreuiſſe putaretur. Elucet fides in operibus dum ſanat; ſed plus operatur humilitas in affectibus,dũ vadit.

*c Non ſum ar.* Propter vitæ gentilis cõſciẽtiam: grauari ſe magis dignatione putauit domini quam iuuari:nec poſſe habere hoſpitẽ Chriſtum,cuius & ſi fide præditus:nondum tamen ſacramentis imbutus.Sed quia quod infirmitas humana non præſumit,diuina gratia dare nouit, in figuram gentilis populi,& ſuam fidem nondum cathezizatus a Domino laudari & famulum ſanari promeruit.

*d Nam & ego.* Si ego homo ſub alio poſſum imperare minoribus: quanto magis tu qui ſuper omnia habes famulantes angelos,potes per eorũ miniſteria ſine corporis præſentia dicere infirmitati vt recedat & recedet: & ſanitati vt veniat,& veniet.

*e Nec in Iſ.a.*Fides iſtius etiam electoribus & Deum videntibus antefertur. Etiam in iſto vno fides gentium præfertur Iſraeli.

*f Et re[illegible].*Matthęus planius explicat, eo dicente Domino: Sicut credidiſti fiat tibi:ſanatus ſit puer. Sed mos eſt B.Lucæ ab aliis plane expoſita breuiare,vel etiã de induſtria prætcrire quæ breuiter dicta ab aliis:vel omiſſa ſolertius dilucidare.

*g Inuenerũt ſer.* Credente dño ſanatur ſeruus: quia poteſt meritum dñi etiã ſeruis ſuffragari:non tantum fidei merito:ſed etiam ſtudio diſciplinæ.

*h Et factum eſt &c.*Poſt ſanatum infirmum ſuſcitat mortuum,quia infirmitas præcedit mortem.

*i Quæ vo.Naim.* Naim eſt ciuitas Galileę in ſecundo miliario a Thabor contra meridiem iuxta Endor qui eſt vicus grandis. Naim autem interpretatur fluctus vel commotio.

*k Cum au.ap.porta ci.&c.*Be Cũ verbũ caro factũ,gẽtilẽ ppłm p portas fidei ad cęleſtẽ Ieruſalẽ induceret,ecce Iudaicus populus minor,pp perfidiã defunctus effertur:quẽ mater eccleſia nil in mundo quaſi propriũ poſſidens,multis populorum turbis circumſepta:pio affectu plorat:& ad vitã piis lachrymis reuocare laborat.Quod & interim in paucis Iudæorum conuerſis:& tandem in plenitudine impetrat.

*l Ecce de.eff.&c.* Defunctus, qui coram multis extra portam effertur: ſignificat criminaliter peccantem:& peccatum non cordis cubili tegentem,ſed iudicio operis vel locutionis, quaſi per oſtia ſuæ ciuitatis aliis propalantem: Quem ſicut vnicũ defiet mater eccleſia,quæ licet ex multis collecta pſonis:vna eſt tamẽ virgo mater eccleſia, ſinguli autem filii: Porta,qua effertur,aliquis eſt de ſenſibus,quo aliquis in peccatum corruit: Vt qui videt ad concupiſcendum, qui autem ocioſis vel turpibus audiendis:qui linguam commodat litigiis.

*m Filius vni.*Ambr.Adam de terra portatur a quatuor elemẽtis,vnde homo conſtat.Tangitur loculus a Deo.i.lignum crucis,quia periit Adam per lignum Paradiſi. Homo a terra portatur qñ ſola terrena cogitat vel qñ æger eſt,& ambulare nõ poteſt.Ab aqua portatur,qñ luxuriari cogitat, vel qñ præ nimio frigore corpus tangi non poteſt. Ab aere portat, qñ omnia ꝓ laude humana facit, vel quãdo pro ęgritudine ſtare non põt. Ab igne portatur, quando auariciam cogitat, vel quando pro nimia febre tangi non poteſt.

*n Et tur.* Multi cum Domino, multi cũ vidua: vt viſo miraculo multi Dei laudatores & teſtes fiant.

*o Tetigit lo.* Loculus quo effertur, ſecura deſperati peccatoris eſt conſciẽtia,quem fert ſepeliendũ:vel immunda deſideria vel adulãtium blandimẽta, quæ quaſi agger terræ peccãtes obruunt. Sed dño tãgẽte conſciam peccatoris, futuri metu iudicii turba carnalium voluptatũ,& iniuſtarũ laudationũ coercetur,& mẽs ad ſe reuerſa, Deo vocanti ad vitam occurrit,& rñdet obediẽdo ſaluatori. Loculus quo defertur,corpus eſt humanum. Portatores,ſunt mali mores, qui ipſum corpus ad mortẽ trahũt.Sed Ieſus loculũ tangit,cũ fragilẽ naturã in ligno crucis erigit. Tunc ſtant funeris portatores,quia non valẽt ſicut prius,ad mortem trahere, tũc loquitur Ieſus.i. monita ſalutis infundit.Quo verbo audito languidus ad vitam erigitur,& loquitur de eo bonis actibus:& ſic redditur matri.

vt veniret, & ſanaret ſeruum eius. At illi cum veniſſent ad Ieſum,rogabant eum †ſollicite dicentes ei:Quia † dignus eſt vt hoc illi præſtes: Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autem ibat cum illis. Et cum iá non longè eſſet à domo, miſit ad eũ cen-

a ¶Militari tumore depoſito,reuerentiam ſumit,ad fidem facilis,ad honorificentiam promptus.

turio amicos,dicens:†Dòmine,noli uexari. Non enim ſum dignus, vt ſub tectum meum intres: propter quod & meipſum non ſum arbitratus dignum, vt venirem ad te: ſed

¶Magna fides quę Dei dicere credit eſſe facere.

dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit: &

¶Ita angeli tibi ſeruiunt.

alio ueni,& venit: & ſeruo meo fac hoc,& facit.†Quo audito Ieſus mi-

a ¶Quod ſuam intelligit maieſtatem. ¶Non vt turbati animi,ſed docentis nos,quos opus eſt moneri de huiuſmodi mirari.

rãtus eſt*: & conuerſus ſequentibus ſe turbis dixit: † Amen dico vobis:

a ¶Præſentis temporis. Inuenit enim in antiquis.
b ¶Et ſi a prophetis edocti.

nec in Iſrael tántam fidem inuẽni. Et reuerſi qui miſſi fuerãt domum, inuenerunt ſeruum qui languerat, ſanum. Et factum eſt deinceps, ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum illo diſcipuli eius, *& turba copioſa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitates, ecce defunctus efferebatur filius † uni-

a ¶Vidua eſt eccleſia quæ ſponſi morte redempta,ab ipſo peregrinatur tempore ſui incolatus.

cus matri ſuæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cũ uidiſſet Dominus, miſeri-

a ¶Miſericordia mouetur.Ecce imitandæ pietatis exemplum. Poſtea ſuſcitat. in hoc fides mirandæ poteſtatis aſtruitur.

còrdia motus ſuper eã,dixit illi:No-

a ¶Mortuum quem mox reſurgere videbis.

li flere. Et acceſſit & tetigit lòculum.

## NIC. DE LYRA.

¶ *quodammodo per noſt[ṛ]os.*

a Vt ve.& ſa.*Centurio non rogabat,vt veniret ad ſanandum,vt patet ex litera ſequẽti:ſed ſeniores Iudæorum miſſi hoc petierunt præter cẽturionis intentionem credentis qđ ſolo verbo poſſet eum curare abſq; præſentia corporali.*

b Diligit.n.*Id eſt Iudæos:Ex quo patet,qđ erat gentilis poſitus ibi ad cuſtodiam terræ à principibus Romanis.*

c Et ſynago.ipſe ædi.*Licet.n.haberẽt vnũ locum tantum ad offerendum ſacrificia & oblationes.i.templum quod erat in Ieruſalẽ, tamen in ſingulis ciuitatibus & caſtris habebant loca, in quibus conueniebant cauſa orationis & audiendi verbum Dei: quæ ſynagoga vocabantur.*

e Inuenerunt ſeruum qui lan.ſa.*ex verbo Chriſti abſentis vt habetur Mat.viij.*

f Et factum eſt deinceps. *Hic conſequenter deſcribitur miraculum de filio viduæ reſuſcitato.*

g In ci.quæ vo.Naim.*Ciuitas parua eſt in Galilæa prope montem Thabor.*

h Et ibant cum illo diſcipuli eius & turba.*Hoc factum eſt,vt euidentius eſſet miraculum coram multis factum.*

i Ecce defunctus efferebatur filius unicus ma.*ad ſepeliendum. Antiquitus enim loca ſepulturæ erant extra ciuitates, ne ex cadaueribus interficerentur habitatores ciuitatum.*

k Miſericordia motus ſuper eam dixit. *Tum quia erat vidua: Tum quia non habebat alium filium à quo poſſet in ſenectute ſuſtentari.*

l Noli flere. *Quaſi dicat,Cito conſolata eris.*

m Et acceſſit & tetigit loculum. *id eſt feretrum. Ad hoc.n. tetigit, vt oſtenderet, quod corpus ſuum diuinitati vnitum erat inſtrumentum diuinitatis etiam in miraculis faciendis. De modo autem cooperandi ad hoc dictum fuit. Mar.v.*

¶ Et cœpit

## MORALITER.

* d *Nec in.*Et ſic puer eius ſanatur.

*f Et factum.*Sequitur:

*l Ecce de.*Per iſtũ defunctũ ſignificatur mortuus p mortale peccatum.Eius mater eſt eccleſia. Portitores huius funeris,ſunt facto vel verbo fouentes hominem in peccatis. Porta per quã effertur mortuus, eſt exterior ſenſus peccati manifeſtatiuus.Iſa.iij.b.Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt,nec abſconderunt.Talis enim mortuus per peccatum mortale ſuſcitatur miſericorditer à Deo per preces eccleſiæ.

* *Et nuncia-*



*a Et re.* Tres mortuos ſuſcitauit Dñs. Filiã archiſynagogi in domo.i. in cogitatione. Filium vnicũ matris in porta.i. in verbo Lazarum in monumento.id eſt in opere.

*b Viſitauit.*Dum & verbũ ſemel incorporari cõſtituit,et quotidie ſpũ ſanctũ in corda hoĩm,vt ſuſcitentur mittit.

*c Et nun.*Ambro.Non ſimplici corde, ſed inuidia ſtimulãte.Vnde alibi q̃rũt dicẽtes:Rabbi q erat tecũ trans Iordanẽ cui teſtimoniũ phibebas,ec.hic ba. & oẽs ve.ad eũ.Quibus tũc rñdit Ioãnes:Quia nõ põt homo accipere quid quã,niſi fu.ei da.de cœlo.Quibus verbis ſe purũ hoĩem, & Ieſum Dei filiũ declarabat.Amb. Sed quia inuidia adhuc expelli nequibat,mittit eos ad Ieſum,vt hac occaſione videãt ſigna, & correcti credant in Ieſum & magiſtro interrogãte ſibi dicãt: Tu es q venturus es?Be.Gregorius.Nõ ait,q veniſti: Q Cũ ab Herode interficiẽdus,& ad inferna ſim deſcenſurus, debeo te nũciare inferis qui nunciaui ſuperis? An conueniat filio Dei mori,an alium ad hęc ſacrã miſſurus es? Potuit.n. vates pius quẽ vẽturũ pdixerat nõ credidiſſe moriturũ, nec fide ſed pietate dubitauit:quia lapſus amoris fidẽ nõ impedit.talis.n.lapſus eſt religioſus. Alleg. Ioãnes figura eſt legis,q̃ pnũcia Chriſti,pectoribus perfidorũ quaſi carceribus lucis vacuatis incluſa tenebat, ne plenũ teſtimoniũ dñicæ diſpẽſationis ſine euãgelii atteſtatione ꝓferret.Mittit ergo diſcipulos ad Chriſtũ, vt ſupplemẽtũ ſcię aſſequãtur:qa plenitudo legis eſt Xp̃s:vt qa plerumq; nutabant dicta ſine factis, eo fides plenior geſtorũ teſtificationibus q̃ verborũ ſpõſionibus exhiberetur: & q̃ tunc in pectoribus Iudæorum velut obſcurata lege nutabat,eo ipſo ſpectaculo dominicæ crucis,& pleno reſurrectionis teſtimonio pãderetur. Qđ ergo lex dubie Chriſtum venturum nunciat, euangelium vbi tot miraculorum exhibitionem veniſſe certiſſime confirmat.

*d Et re.*Sciens Ieſus neminẽ ſine euãgelio plene poſſe credere,quia ſicut fides a ueteri incipit Teſtamento,ita impletur in nouo,interrogatus de ſe, nõ verbo aliquo, ſed factis ſe eſſe ſignauit,nõ reſpondens ad ea,quæ interrogabantur, ſed ad ſcandalum nũciorũ.

*e Cęci vi.*Ecce plenum teſtimoniũ,qđ ſit filius Dei.Hæc.n.ante euangelium vel rara uel nulla. Vñ Tobias oculos cepit,& hoc fuit angeli, non hominis medicina.Elias mortuũ ſuſcitauit, ipſe tamen rogauit & fleuit. Eliſæus leproſum mundari fecit,non tamen ibi valuit præcepti autoritas, ſed myſterii figura.Sed quia adhuc iſta ſunt dominicæ teſtificationis parua exempla, addit poſt ſupradicta de cruce,& obitu,& ſepultura,quod eſt plenitudo fidei.Nullum .n.maius diuinæ perſonæ eſt teſtimonium, quàm toto ſe vnũ obtuliſſe pro mundo,hoc ſolo,plene dominus declaratur, ſicut etiam a Iohanne declaratus eſt.Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi.

*f Beatus.* Q. mira quidem facio ſed abiecta pati non dedignor,& cauendum eſt hominibus, ne in me deſpiciant mortem,qui ſigna venerantur.

*g Qui non.*Greg.Qui de potentia diuinitatis non dubitauerit. Hoc non contra Iohannem,quem mox a Deo commendat, ſed non credentes a pfidia reuocat,& Iohanni exponit quod quærebat:quia Deus ſaluos faciendi,& Domini Domini ex. mortis.Viſis tot ſignis & virtutibus fidelis non potuit de morte eius dubitare,ſed admirari:ſed infidelium mens ſcandalum in illo pertulit,cum & poſt miracula morientem vidit.

*b Quid.* Vbi monuit diſcipulos Ioannis in crucem dominicã eſſe credendum conuerſus ad turbas, ad uirtutem pauperes prouocat,ne exaltati corde,mente inſtabiles,conſilio infirmi, ſpecioſa vtilibus,æternis caduca præferrent, ſed crucẽ potius q̃ mundi phaleras tollant. Et ideo laudat perſonam Iohannis,qui poſthabito amore vitę etiam iuſticiæ formam nec mortis timore mutauit. Deſerto mundus comparatur, quia adhuc incultus & ſterilis, in quem non eſt ita prodeundum, ut homines mente carnis inflatos, & uirtutis uacuos, & de fragilis mundi gloria iactantes, putemus eſſe imitandos.

*i Arundinem uen.* Bed.Per arundinem carnalis animus, qui cum fauore uel detractione tangitur, in quamlibet partem inclinatur. Sed Iohannes nõ eſt arundo uento agitata, quia illum nec gratia blãdum, nec cuiuſlibet ira faciebat aſperum,nec proſpera erigebant,nec aduerſa inclinabant.

*k Quid exi.*Bed.Quomodo in deſerto Iohannem uidere cupiebant,qui erat clauſus in carcere? Totus ergo hic ſermo ſpiritualiter eſt intelligendus.

*l Mollibus veſt. in.* Per ueſtem, corpus humanum intelligitur Prophetico ergo exemplo ad uirtutem ſubeundæ uirtutis hortatur: Ecce qui in ueſte præcioſa. Quibus fluida diuitiis membra ſoluuntur.

Hi autem, qui portabant ſteterunt: & ait: † Adoleſcens,tibi dico,ſurge.

a ¶Interna compunctione reuiuiſcens.

Et rẽſedit qui erat mortuus:& cœpit

a ¶Eis qui peccatum ſuſerant, vitam reducere indicans.
b ¶Sacerdotali iudicio, ſociatus communioni eccleſiæ.

lòqui:& dedit illum mãtri ſuæ. Ac-

¶Quanto deſperatior mors animæ ad vitam reuocatur, tanto plures eodem corriguntur, & pietas Domini maior intelligitur.

cepit autem omnes timor,& magnificabant Deum dicentes:Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebem ſuam. † Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo & omnem †circa regionem. Et nunciauerunt Iohanni diſcipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Iohan-

¶Hoc dicite.

nes,& miſit ad Ieſum,dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem veniſſent ad eum viri dixerunt:Iohannes Baptiſta miſit nos ad te dicens: Tu es qui venturus† es,an alium expectamus? In ipſa autem hora curauit multos à languoribus & † plagis. & ſpiritibus malis, & cęcis multis donauit uiſũ. Et reſpondens dixit illis: Euntes† renunciate Iohanni quę vidiſtis & audiſtis:†Quia cęci vident,claudi ambulant,leproſi mundantur, ſurdi au

a ¶Spiritu vel operibus illum nantur, vt in prædicatione nulla ſit diſtantia inter pauperes & diuites.

diunt, mortui reſurgunt, pàuperes euangelizantur: & beatus eſt † qui

¶In hoc nuncios percutit.

non fuerit ſcandalizatus in me. Et cũ diſceſſiſſent nuncii Iohannis, cœpit

a ¶Ne turbæ Iohannem liuore motum ſuſpicarentur, & vt ſciant eum quæſiſſe,non ſibi ſed diſcipulis. b ¶Quę neſciebant myſterium interrogationis eius.

dicẽre de Iohanne ad turbãs: Quid exiſtis in deſertum videre: arundi-

¶Qui omni vento agitatur,vt leuitate mentis de me ambigat quem prædicauit.

nem vento agitatam? Sed quid

a ¶In vana gloria ductus lucra quærit,pro dapibus vel ueſtibus,qui locuſtis viuit,& pilis camelorum induitur.

exiſtis videre? Hòminem mollibus veſtimentis indutum. Ec-

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et cępit. *vt manifeſte appareret, quod erat vere reſuſcitatus, & non apparenter tantum. Vnde & de Simone mago legitur, quod apparenter reſuſcitauit quendam mortuum qui tamen loqui non poterat:per quod apparuit illam reſurrectionem fuiſſe tantum apparenter.*

b Quia propheta magnus ſurrexit in nobis.*Id eſt, ille magnus propheta,de quo dicitur Deute. xviij. c. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum &c. Quod intelligitur de Chriſto in lege & prophetis promiſſo,& ideo ſubditur:*

c Et quia Deus viſitauit plebem ſuam. *mittendo eis ſaluatorem.*

d Et nunciauerunt Iohanni. *Hic conſequenter ad confirmationem doctrinæ Chriſti ponuntur miracula coram diſcipulis Iohannis facta, cum ſubditur.*

e In ipſa autem hora curauit multos.*& per hoc reſpondit quæſtioni Iohannis oſtendens quid ipſe eſſet verus Chriſtus per miracula ſoli diuinæ virtutis poſſibilia,ideo ſubditur:*

f Et reſpondens dixit illis &c. *Conſequenter ponitur Iohannis commendatio, cum dicitur:*

h Et cum diſceſſiſſent. *Magis enim voluit Iohannem commendare in abſentia diſcipulorum eius, quam in præſentia. vt eius commendatio non ex fauore humano, ſed amore veritatis procedere videretur. Cætera autem patent ex dictis Matthæ.xi. vſque ibi:*

¶ Et omnis

## MORALITER.

* *d Et nunciauerunt Iohanni diſcipuli eius de omnibus his.* Per Iohannem qui ſupra.iij. cap. dixit de Chriſto: Veniet fortior me poſt me, ſignificatur vetus Teſtamentum, quod in prophetis denunciauit Chriſti aduentum. Per Chriſtum autem ſignificatur nouum, quod eſt veteris impletiuum. De Chriſto verò dicitur. Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me. Sequitur: Vt mederer contritos corde &c. Et hæc oſtendit Chriſtus diſcipulis Iohannis eſſe completa dicens:

*g Euntes.*In hoc etiam informauit prædicatores euangelii et doctores,vt non ſolum uerbis doceant,ſed etiam factis.

*h Et cum.* Per hoc docuit nos fugere notam adulationis in commendatione aliorum & maximè magnorum in eorum præſentia: talis erat Iohannes Baptiſta ſicut dicitur poſtea.

* *Maior*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E bra ſoluuntur: exteros cęleſtis regni, ſub iure diabolorum (q ſunt reges tenebrarum) intra habitacula huius mundi conſeneſcunt. Alleg. Ioannes non fuit mollibus indutus, qui vitam peccantiũ non blandimentis fouit, ſed aſpere increpauit. Gregorius. Nota. Rigida vita & p̃dicatio, dẽt palatia mollium declinare, quæ frequentant mollibus induti adulantes. Nemo putet in fluxu & ſtudio veſtium peccatũ deeſſe, alioquin de aſperitate veſtiũ nõ laudaret. Officiũ ꝓphetę eſt vẽtura p̃dicere, nõ ẽt demõſtrare. Maior ꝓpheta in quo finis ꝓphetarũ.

Allegor. Hom. 6. in euang. 2. 2.

*a Pluſquam pro.* Quia angelus, non natura ſed officio, qui ſupernum iudicem nunciare mittitur.

*b Dico autem.* In hoc non præfertur patriarchis et cunctis hominibus ſed ęqualis cæteris ſanctis oſtenditur.

†excellentiorẽ propheta

*c Quian.* Omnis ſanctus qui iam eſt cũ Deo, maior eſt eo, qui adhuc eſt in mundo. Vel, Ego: quem minorem facit multorum opinio, in eccleſia ſanctorum illi prelatus ſum. Vel nouiſſimus angelus cęli, melior eſt quouis homine.

†Mala. 3. b Matt. 11. b Marci. 1. a *ego Mat. 3. b

*d Et oĩs po.* Si hoc a dño dictũ eſſe intelligit: Audiẽs Ioãnẽ, populus intelligit eſſe deſignatus: Si ab euãgeliſta dr̃ interpoſitũ, Audiẽs ipſum dñm, de Ioannis magnitudine diſputantem, reſtat intelligi.

*e Iuſtifi.* Iuſtificatur Deus p baptiſmũ, dũ hoĩes propria peccata confitẽdo ſe iuſtificant. ſicut ſcriptum eſt: Dic tu iniqtates tu. vt iuſti. Et iuſtificatur in eo, qui nõ p contumaciam confutatur, ſed per iuſticiã Dei munus agnoſcitur. Iuſtus. n. dñs & iuſticias dilexit. In eo ergo iuſtificatio Dei eſt ſi nõ ad indignos & noxios, ſed ad innocentes p ablutionẽ factos, ẽt ad iuſtos videat̃ ſua munera cõtuliſſe. Qui ergo ꝯfitet̃ Deo peccatũ, iuſtificat Deũ, cedẽs ei vincẽti, & ab eo gratiã ſperãs, In baptiſmate ergo iuſtificatur Deus, in quo eſt confeſſio & venia peccatorum. F

Iſa. 43. d †Mat. 11. b Pſal. 10. b

*f Cui er. &c.* Laudato Iohaane: tranſit ad increpãdum illos, qui nec prædicatione Ioannis moti ſunt, uel ipſius Chriſti prædicationem deſpiciunt.

*g Similes ſunt pu.* Pueri, doctores ſunt ſpiritu humiles: Forum, ſynagoga, vel ipſa Ieruſalem: in qua iura præceptorũ Dei condebantur, quia contribulibus ſolebant exprobrare, qđ nec pſalmis allecti ad laudes Dei aſſurrexerũt corde deuoto, mẽbrorum agilitate (quod notat ſaltus) nec Threnis (.i. lamentationibus prophetarum pro excidiis iam factis vel faciendis) ad pœnitentiam ſunt conuerſi.

*h Cantauimus.* Nuptiale carmen, vbi verbo anima, ſpiritui caro nubit. In his nuptiis Dauid nos voluit ludere dicens: Exultate Deo adiutori noſtro, iubilate Deo Iacob. Su. pſal. & da. tym. Quaſi: In ipſo actu nupt arũ poſitus ꝓpheta quadã læticia ſaltat. Sed nõ audiuit populus meus uocem meam, & Iſrael non in. m.

†tibijs Pſal. 80. a *vobis Ibidem. c

*i Venit fi. ho. man.* Venit ſicut tunc, ita & nunc vtramq; viam ſalutis reſpuitis. Lamentauimus ad Ioannem, cantauimus ad Chriſtum.

*k Iuſtificata eſt ſa.* Oſtendit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo nec in manducando eſſe iuſticiam: ſed in æquanimitate tolerandi inopiam & temperantia non ſe corrumpendi per abundantiam. Non eſt regnum Dei eſca & potus. Quorum non vſus, ſed concupiſcentia reprehẽditur. *Iuſtificata &c.* Quid quid me putetis, ego tamen Dei virtus & Dei ſapientia iuſte facere intelligor ab apoſtolis, quibus pater reuelauit, quæ prudentibus abſcondit.

Rom. 14. c

*l Roga.* Sicut propoſuerat verbis, ita factis etiam aſtruit iuſtificatam ſapiẽtiam ab omnibus filijs, quia etiam a Maria pœnitente poſt culpam.

¶Qui ponunt puluinaria ſub cubito, qui vitam peccantium palpant non pungunt.

ce qui in ueſte precioſa ſunt, &

¶Vbi aliquid venentur.

in delicijs, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Vtique di-

a ¶Qui me uenturum non tantum prædixit, ſed etiam digito demonſtrauit.

a co vobis, & † plus quàm prophetam. Hic eſt, de quo ſcri-

¶In Malachia.

ptum eſt: † Ecce † mitto an-

¶Nuncium. a ¶Manifeſtationem.

gelum meum ante faciẽm tuam

a ¶Per uia reddat tibi corda auditorum per pœnitentiam prædicando & baptizando.

qui præparãbit viam tuam an-

a ¶Vt ſummam virtutum eius comprehendam.

b te te. Dicõ enim vobis: ma- a

a ¶Non virginis. nulla enim collatio cum filio Dei.

ior inter natos mulierum propheta Iohanne Baptiſta ne-

a ¶Tempore.

c mo eſt. † Qui autem minõr

a ¶Dignitate.

eſt in regno Dei, mãior eſt illo.

d Et omnis populus audiens & b c

e Publicani iuſtificauerũt Deum, d baptizati baptiſmo Iohannis. Phariſæi autem & legiſperiti

¶Quo mũdum per paſſionem Chriſti ſaluare decreuit.
a ¶Vel contra: quia qui gratiam Dei reſpuit contra ſeipſum facit. Vel, ad ſeipſos miſſum Dei cõſilium, ſtulti & ingrati reſpuerunt.

cõnſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab

f eo. Ait autem Dominus: Cui e f ergo ſimiles dicam homi-

a ¶Tot monita ſalutis reſpuentes. b ¶Iudaicæ.

nẽs generationis huius, & cui

a ¶Monitoribus.

g ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris

a ¶Vbi lex & iura promuntur.

ris ſedentibus in forõ, & † lo-

a ¶Ad illos, quos monent.

quentibus ãdinuicem, & di-

h centibus: Cantauimus vobis † tibijs, & non ſaltaſtis: lamen-

a ¶Vt conuerteremini in toto corde veſtro in i. &c. ſed ſtultus populus me non cognouit.

tàuimus, * & non ploraſtis. † Venit enim Iohannes Baptiſta

a ¶Exemplo abſtinentiæ ſuæ pœnitentiam vobis indicens, & noluiſtis humiliari cum illo.

nẽque manducans panem neque bibens vinum, & dicitis:

i dæmonium habet. Venit filius

a ¶Cibo & potu læticiam futuri ſeculi præſignans: & noluiſtis cum illo gaudere, ſed calumniati eſtis.

hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo † deuorator, & bibens vinum, amicus Publicanorum & peccatorum. Et

k iuſtificata eſt ſapientia ab omni-

l bus filijs ſuis. Rogabat autem g

¶i. iuſtis, & poſt iuſticiam pœnitentibus.

m illum quidam de phariſæis, vt

*m Quidam de pha.* Myſtice. Phariſæus de falſa iuſticia prẹſumẽs Iudaicum populũ ſignat, qui dñm ad conuiuiũ inuitat, quia quẽ veniẽtẽ nõ credidit, vẽturũ ſperare nõ deſijt. Sed adhuc cũ voto dicit: Excita potẽtiã tuã, & veni. Domus phariſæi, lex & prophetæ, in quibus ille populus manſionem habere gloriabatur. Quam domum in carne apparens ingredit̃, qa nõ venit legem ſoluere ſed adimplere. Diſcũbit, qa in maieſtate ſua non intellectus, per formã ſerui viſibili eſt factus. Cognoſcit aũt gentilitas immũdis actibus dedita per famam apoſtolici ſermonis, ꝙ miſit Deus fi. ſu. fa. ex mu. fa ſub le. Non vt phariſęus, qui tantũ literã attẽdit, iuſtificetur. Sed domus. i. nos qui gratiam ſpiritus in lege ſequimur, qui non vituperamus, ꝙ peccatores recipit: ſed laudamus, ꝙ peccatores iuſtificat. G

Myſtice Pſal. 79. a Mat. 5. b Gal. 4. a

*In domo*

## NIC. DE LYRA.

¶ b Et omnis po. *Vbi poſt Iohannis commendationem ponit euangeliſta phariſæorum & legiſperitorũ confutationem. Et primo verbis populi: ſecundo, verbis Chriſti, ibi: Cui ergo. Circa primum dicitur:* Et omnis po. *id eſt ſimplices & vulgares.*

c Et publi. *id eſt mundanis & publicis negociationibus occupati.*

d Iuſtificauerunt Deum. *Ex hoc. n. ꝙ audierunt Chriſtum tam excellenter commendantẽ Iohannem, cęperunt laudare & glorificare Deũ tanquam iuſtum & glorioſum de hoc ꝙ erant baptizati à tanto & tali, & ad pœnitentiam uocati. Et per hoc apparet confutatio phariſæorum, qui de ſua ſcientia ſuperbientes, ſpreuerũt baptiſmum Iohannis à Deo inſtitutum. & hoc eſt quod dicitur:* Phariſæi autem & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt.

f Cui ergo ſi. *Hic cõſequẽter ponitur confutatio phariſæorum & legiſperitorum ex verbis Chriſti. Et patet ſententia ex dictis Matt. xi.* H

g Rogabat au. *Deſcripta confirmatione doctrinæ Chriſti ſigno viſibili, hic conſequenter deſcribitur eiuſdem confirmatio facto inuiſibili. videlicet per remiſſionem peccatorum mulieris peccatricis. vbi primò deſcribitur locus, cum dicitur:*

¶ Et ingreſ-

## MORALITER.

✱ *a Maior inter natos mulie.* Seqitur: *Et omnis po.* Ita modo contingit frequenter, ꝙ ſimplices & illiterati gratiam Dei conſequuntur, à qua mundi ſapientes & ſuperbi Dei iudicio priuantur.

*e Ait autem. Cãtauimus uo. ti.* Per iſtos ſignificantur inuidi, qui non gaudent de proſperitate bonorum, nec triſtantur de aduerſitatibus eorum.

*g Rogabat.* per mulierem peccatricem ad Domini pedes accedẽtem, ſignificatur quælibet perſona verè de peccatis pœnitens & contrita: Ad quod requiritur, ꝙ ſicut Deũ offendit per culpam, ita ſeruiat ei per pœnitentiam. Roma. vj. d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete nunc ſeruire iuſticiæ in ſanctificationem. Et ſic fecit mulier iſta. Vnde dicit Gre. Liquet fratres ꝙ illicitis actibus prius mulier intenta, vnguẽtum ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuit. Quod ergo ſibi turpiter exhibuerat, hoc iã Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, ſed hos iam per pęnitentiam conterens flebat. Capillos ad compoſitionẽ vultus exhibuerat, ſed iam cum capillis maculas tergebat. Ore ſuperba dixerat, ſed pedes Domini oſculans, hoc in redemptoris ſui veſtigia figebat. Quot ergo in ſe habuit oblectamenta: tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad virtutum munera numerum criminum, vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia quidquid ex ſe Deum contempſerat in culpa.

†Mat. 14. Hom. 33. in euang. †odor

✱ *Videns*

*Qui-*



*a In do.* In cuiuſcunque domo interiore cognoueris ſapientiã & iuſticiam recumbentem, recurre ad pedes. i. ad extremam ſapientiæ partem, inquire lachrymis confiteri peccata, expande capillos id eſt ſterne ante eum cunctas corporis tui dignitates: oſculare. i. nihil niſi ſapientiam loqueris. E

*b Attulit.* Quot habuit in ſe oblectamẽta, tot de ſe inuenit holocauſta. Moraliter. Affert vnguẽtum, quia bona opera agit, quibus eccleſiam odore bonæ opinionis reſp̃git. Vnde dicitur, Chriſti bonus odor ſumus Deo &c. Hier. Alabaſtrum vnguenti. i. corpus cũ fide, ſtans retro. i. poſt aſcenſionẽ dñi, ſecus pedes i. apoſtolos, lachrymis rigabat. i. charitate interna in Deo: capillis tergebat i. ſuperfluos cibos & veſtimenta dat: oſculatur, cum omnibus pacem habet. Debebat denarios quingentos, hæc ſunt peccata gentium quinq; ſenſib. commiſſa, alius quinquaginta id eſt peccata Iudæorum.

Moraliter 2. Cor. 2. d

*c Secus pedes.* Contra pedes ſtat, qui in peccatis poſitus itineribus domini renititur. Sed qui ad p̃ęnitẽtiam poſt peccata conuertitur, iam retro ſecus pedes ſtat, dum veſtigia domini, quæ impugnabat, ſequitur. Lachrymis pedes rigat, qui ſanctorum tribulationibus compatitur, qui triſticiam illorum putat eſſe ſuam, qui ultimis membris Chriſti inclinatur per affectũm compaſſionis. Capillis (qui corpori ſuperfluunt) pedes, quos rigauerat, tergit, qui de terrena ſubſtantia quæ ſuperfluit ſanctis, quibus ex charitate cõpatitur, incipit miſereri. Pedes oſculatur qui ſtudioſe diligit illos, quibus ſua largitur, ne ſit grauis tribuenti neceſſitas proximi. Vnguento vngit, qui bene operando bonæ opinionis odore alios reſp̃git, & ad bene operãdum exemplo ſuo inducit. Vel poteſt per pedes, caro Chriſti ſignificari, quam oſculamur, dum myſteriũ incarnationis eius diligimus. Vngimus, dum ipſius humanitatis potentiam ſacri eloquij bona opinione prædicamus. Sed phariſęus hoc vidẽs inuidet, quia cum Iudæi gentiles uident prædicare Deum, ſua malicia tabeſcunt, Quibus dominus bona gẽtilitatis enumerat, vt cognoſcat in quibus malis ipſi iaceãt. F

†Fleus

*d Cœpit riga.* Maria ſoror Lazari bis eodem functa eſt officio, Semel in Galilęa cum primo accedit cum humilitate & lachrymis, ubi & remiſſionẽ pc̃tõrũ accepit Scđo, in bethania, nõ iã peccatrix nominata, ſed caſta, & ideo deuota, Ibi pedes, hic caput inũgit. Moraliter. Sic quoque fidelis aĩa prius ad pedes dñi humiliata a pc̃tis abſoluenda incuruatur, poſt creſcẽtib. meritis fragrãtia lętę fidei. dño quaſi caput odore p̃fundit aromatũ. Sic ẽt vniuerſalis eccleſia in præſenti, Chriſti incarnationis (q̃ pedũ noĩe ſignatur) myſteria celebrãdo, deuota redemptori reddit obſeq̃a. In futuro ẽt humanitatis ei⁹ gloriã & diuinitatis ęternitatẽ (qa caput Chriſti eſt Deus) ſil̃ intuẽdo, ꝑpetuis ꝯfeſſionũ laudib. quaſi piſtica nardo glorificabit. Myſtice. Duo debitores, duo populi ſunt, q Deo creatori dẽnt nummũ. i. animã ſuã, regis imagine ĩſignitã, & ad ſeruãdũ ſibi commiſſam. Vtriuſq; debitũ populi p quinariũ multiplicatur qa quinq; ſenſus ſunt, quibus in hac uita vtimur, q̃bus imaginẽ conditoris, quam accepimus, extollere debemus. Sed minus dẽt Iudæus, cui decalogus legis p ſeruũ dat̃: plus dẽt Chriſtianus, cui per filiũ gratia vitę cõmmittit̃. Ideo Iudęi p denariũ, Chriſtiani p cẽtenariũ numerũ fœnus accumulant. Sed qa neuter ſuis virib. ſed gratia Dei per fidẽ ſaluatur, recte dr̃, *Nõ habentib. illis un. red. do. utriſq;*. Plus ergo diligit eccleſia gentium q̃ Iudæus, qa ei ſi ſ̃m præſentem ſtatum maior ei gratia confertur, & ſecundum præteritum de maiori fœditate extrahitur, plus debet qui plus accepit. Nullus poteſt tantum diligere, q̃tum ea, quæ in pluribus diligit.

Luc. 7. f Ioan. 12. a Vter eſt Moraliter Exiſtimo Myſtice

*Is cui plus.*

manducaret cum illo. Et ingreſ- a ſus domum Phariſæi diſcubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciui- b

¶Iam pœnitens.
a ¶In domo Phariſęi peccatrix meretur veniam, quia cognitio peccati per legem, ſic lex mittit ad gratiam.

tate peccatrix, ut cõgnouit quod

a Ieſus accubuiſſet in domo Pha-

a ¶Prætendit præripere gratiam hoſpitis.
b ¶Genus eſt marmoris, in quo incorrupta ſeruantur vnguenta.

b riſæi, attũlit alabãſtrum vn-

c guenti: & ſtans retro ſecus pe- c

a ¶Oculos quibus terrena concupierat, iam per pœnitentiam conterens plorat.

d des eius, * lãchrymis cœpit ri- d

a ¶Quos ad compoſitionem vultus exhibuerat.

gare pedes eius, & cãpillis ca- e

a ¶Lachrymas. b ¶Ore, quo ſuperba dixerat.

pitis ſui tẽrgebat, & oſcũlaba- f

a ¶Quod ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuerat.

tur pedes eius, & ungũento un- g

a ¶De falſa iuſticia ſuperbus, nulla compaſſione naturæ motus, ſuæ fragilitatis oblitus.

gebat. Videns autem Phãri- h

ſæus, qui uocauerat eum, ait in- i

¶Medicum reprehendit, quia ſubuenit.

tra ſe, dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret utique quæ & qua- k

a ¶Vnguentum eius vitare deberet.

lis eſt mũlier, quæ tangit eum

a ¶Ægram reprehendit de ægritudine.

quia pẽccatrix eſt. Et reſpon- l

¶Conuincens ſuperbum & ſub ſpecie mulieris commendans eccleſiæ meritum.

dens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille: Magiſter, dic. Duo m debitores erant cuidam † fęneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utriſque. † Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon, di- n

e xit: † Aeſtimo quia is cui plus do-

f nauit. At ille dixit ei: Recte iu-

¶Per miſericordiam.

dicaſti. Et conuerſus ad mulie-

a ¶Corporaliter quidem vides, ſed myſterium non vides.

rem, dixit Simoni: Vidẽs hanc

¶Iam olim intrauit cum legem dedit.

g mulierem? Intraui in domum o

h tuam: aquã pedibus meis nõ dediſti. Hęc aũt lachrymis rigauit pedes meos, & capillis † ſuis terſit. Oſculũ mihi non dediſti: hæc p

*e Is cui plus.* Secundum hoĩes plus fortaſſe offendit, qui plus debuerit Sed per miſericordiã domini cauſa mutatur, vt amplius diligat qui amplius debuit, ſi tamen gratiam cõſequat̃. G

*f Recte iudicaſti* Sua ſententia phariſæus conuincitur, quia ſicut freneticus funem portat ex quo ligetur.

*g Intraui in domum.* Intraui carne aſſumpta in populum Iudæorum.

*h Aquam pe.* Aqua extra nos eſt humor lachrymarũ intra nos. Infidelis autem populus, nec exteriora pro domino incarnato tribuit. Conuerſa gentilitas nõ ſolũ ſubſtantiam, ſed & ſanguinem pro domino fudit. Oſculum, dilectionis eſt ſignum, & infidelis populus ex dilectione ei ſeruire noluit, cui tamen ex timore ſeruiuit. Sed gentilitas veſtigia oſculari non ceſſat, quia in eius amore cõtinue ſuſpirat. *Oleo caput meum non un.* Et ſi populus ille in Deum ſe credere & non in hominem fatebatur, tamen ipſam potentiam diuinitatis, quæ per miracula apparebat digna laude pręſdicare neglexit. Sed gẽtilitas dũ myſteriũ incarnationis credit, ſumma laude etiam infima eius prædicat. *Aquam pedibus.* Enumerantur bona peccatricis, & mala falſi iuſti.

*Remittuntur*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ingreſ. *Legitur autem Chriſtus manducaſſe cum peccatoribus, vt eos ad pœnitentiam prouocaret, vt habetur Mat. ix. Item cum amicis familiaribus, vt eorum deuotionem nutriret, vt dicitur Ioh. xij. de Martha & Maria. Item cum cognatis pauperibus, vt eorum inopiam suppleret, vt habetur Io. ij. de nuptijs: vbi deficiente vino, Chriſtus aquam vertit in vinum. Item cum phariſæis ſuperbientibus, vt eorum ſuperbiam confutaret, prout hic habetur, vt videbitur proſequendo.*

b Et ecce mu. *de peccatis ſuis plene & perfecte contrita.*

c Et ſtans retro. *quia præ verecundia ſui peccati non audebat ſe anteponere.* H

d Lachry. &c. *Ex quo patet magnitudo contritionis, ex qua tantum fleuit, quod poterant lauari pedes vnius hoĩs nudis pedib. incedentis.*

e Et ca. *quibus ante ad compoſitionem uultus ſui fuerat abuſa.*

f Et oſcu. *vt totum Deo ſeruiret in pœnitentia, quidquid ex ſe Deum contempſerat in culpa, ſecundum quod dicit Greg.* † creditori

g Et unguento. *Ad refrigerium caloris & mitigationem doloris ex labore itineris.* Hom. 33. in euãge. 10. 2.

h Videns autem. *Hic conſequenter ponitur phariſæi indignatio. vnde ſubditur:*

i Ait intr. &c. pro. *verus ſciens occulta.*

k Sciret u. *Et per conſequens non permitteret ſe tangi ab ea.*

l Et reſpon. *Ad confutationem illius. Per hoc . n. ꝙ reſpondit ad eius cogitationem, quæ ſoli Deo nota eſt, oſtendit ſe plus quam prophetam.*

m Duo debito. *Parabola eſt, vt conuenientius concludatur contra phariſæum de ſua reſponſione. Quæ ſubditur, cum dicitur:*

n Reſpondens &c. *quia amor in humanis plærunque cauſatur ex præcedentibus donis, et per conſequens maior amor ex maioribus donis. Conſequenter eum Chriſtus redarguit ex triplici defectu pietatis, cum dicitur.*

o Intraui in do. *qui tamen erant feſſi & dolentes ex labore itineris, & lutoſi ſeu puluerizati, eo quod ſine calciamentis incedebat. Secundo, ex defectu charitatis, cum dicitur:* †capitis ſui.

p Oſc. m. *qđ ẽ amicitiæ ſignũ. Tertio, ex defectu hilaritatis ſuę læticiæ*

¶ *quæ*

## MORALITER.

✱ *b Videns autem.* Per iſtum, qui Chriſtum notauit de ignorantia, & mulierem de immundicia, ſignificatur hypocrita de ſua falſa iuſticia præſumens & alios contemnens, quia ſicut dicit Iohannes os aureũ: Vera iuſticia compaſſionem habet, falſa uero indignationem, pp qđ iſte phariſæus arguitur de pietatis omiſſione in modicis reſpectiue, & mulier cõmendatur de maiorib. valde, cum dr̃: *o Intra. & c.* propter quod ſibi dicitur: *Remittuntur ti.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Remittuntur ei peccata.* In domo Phariſæi.i. in cuſtodia legis & prophetarum: non phariſæus incredulus, ſed peccatrix pœnitens glorificatur, quia ardor charitatis, in ea rubiginem delictorum combuſſit.

b *Et cœperunt qui ſimul.* Sanata altera, de ſalute eius alij ægrotát.

c *Fides tua te ſaluam fecit.* Fides ſaluam fecit, quia quod petijt, poſſe accipere non dubitauit: quia iam ſpecie ab illo acceperat, a quo ſalutem quærebat.

autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur † ei ᵃ peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem † minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur* tibi peccata. Et ᵇ cœperunt qui ſimul accumbebant dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui ᶜ

a Quia intelligunt hoc opus eſſe ſolius Dei.

etiam peccata dimittit? Dixit autem

a Confortans ſanatam per pietatis ſententiam.

ad mulierem: Fides tua te ſaluam fe- ᵈ

a Ne a uia ueritatis in uiam ſcandali ulterius labaris.

cit: Vade in pace.

†eim †parum *tua

## NIC. DE LYRA.

Pſal.44.b ſ *quæ nomine olei deſignatur, vt dicitur: Propterea vnxit te Deus Deus tuus &c. Tria autem dicta requiruntur in hoſpitalitate gratioſa. Et econtra laudat mulierem de triplici perfectione oppoſita, vt patet in litera. Et ideo concluditur:*

a Remittuntur ei peccata multa &c. *Videtur autem, quod deberet dici contrarium quia primo prædixerat donum eſſe cauſam amoris, hic autem econtrario infert amorem eſſe cauſam doni. Dicendum ad hoc, quod primo in parabola loquebatur modo humano, vbi amor ex dono cauſatur. Sed in applicatione parabolæ ad propoſitum conuertit ſe ad loquendum de amore Dei erga nos, qui non procedit ex bonis meritis noſtris, ſed magis cauſat bonum in nobis. & ideo conuenienter concludit dicto modo. Vel aliter poteſt dici, quod in peccato ſunt duo remittenda.ſ. culpa & pœna. Culpa autem ex Dei liberalitate remittitur, cum nullum bonum meritorium poſſit eſſe in nobis ſine gratia, quam non habemus ante culpæ remiſſionem, ſed habita gratia, & culpa dimiſſa, adhuc remanet pœna remittenda. ad cuius remiſſionem facit bonum opus noſtrum charitate informatum. Et de hac remiſſione loquitur dominus. Vnde ſequitur:* Cui autem minus dimittitur, minus diligit. *Remiſſio autem culpæ, aut nulla eſt, aut totalis ſimul: ſed remiſſio pœnæ fit per partes & non tota ſimul, de communi curſu, licet aliquando fiat tota ſimul propter feruorem pœnitentis & ex liberalitate Dei: & hoc fuit in propoſito in hac muliere. Ideo ſequitur:*

b Remittuntur tibi pecca. *Non ſolum quantum ad culpam, ſed etiam quantum ad pœnam ex vehementi amore Dei & horrore peccati* F *præteriti.*

c Quis eſt hic qui &c. *Hoc dicebant, quia videbant tantum humanitatem exterius apparentem: ſed ignorabant Deitatem interius latentem, quæ poteſt peccata dimittere.*

d Fides tua ſaluam te fecit. *Quia iſta fides fuit formata charitate, & ideo fecit habentem dignam vita æterna. De iſta muliere peccatrice dubitabant aliqui doctores vtrum fuerit Maria ſoror Lazari vel alia: De quo dictum eſt, quid ſentiant doctores: Iohan. xij. Ibi enim hoc poſui: quia prius ſcripſi ſuper Iohannem quam ſuper Lucam.*

In cap. vij. vbi dicitur in poſtilla: Videtur autem, quod deberet dici contrarium, quia primo dixerat donum eſſe cauſam amoris.

### *ADDITIO.*

*Stant ſimul, quod donum ſit cauſa amoris: & amor cauſa doni, etiam loquendo de amicitia modo humano. Quod ſic patet: Nam amicitia humana ſecundum philoſophum in. viij. Ethicorum triplex eſt, ſcilicet vtilis, delectabilis, & honeſta Sed conſtat, quod amor in amicitia vtili, cauſatur ex dono ſeu vtilitate ab amate habita ſeu ſpectata. In amicitia vero honeſta, cauſatur amor ex virtute amantis, qua amatum diligit, non propter donum vel vtilitatem habitam vel conſequendam, ſed propter virtutem ipſius amati; ex quo amore cauſatur, quod vult amato bonum, & bonum operatur ei quantum in ſe eſt, vt verus amicus, & ſic in amicitia honeſta amor eſt cauſa doni. Vnde nulla contrarietas in hac parabola, nec in eius applicatione ſane intellectis reperitur, etiam loquendo vtrobique ſecundum modum humanum. Nam primo in parabola Chriſtus loquitur modo humano ſecundum amicitiam vtilem, vbi amor ex dono cauſatur. Vnde rectificat iudicium Simonis dicentis, quod is cui plus donauit, plus diligit. Secundo vero in applicatione loquitur etiam modo humano ſecundum amicitiam honeſtam, quæ procedit ex virtute ſeu meritis amantis & amati: ſecundum quam amans certificatus de amicitia, quam amatus habet erga amantem (quæ quidem amicitia ſecundum philoſophum vbi ſupra, eſt virtus, vel non ſine virtute pronocatur ad amorem ſui amati: & per conſequens ad impendendum ei bona. Et de hac amicitia loquitur, cum dicit: Remittuntur ei peccata multa &c. Quod autem ſequitur: Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Poteſt vno modo intelligi ſecundum amicitiam vtilem, & ſic correſpondet principio huius altercationis vbi dicebatur, quod is* G *cui plus donauit, plus diligit &c. Alio modo poteſt intelligi de amicitia honeſta, de qua vltimo loquitur, vt ſit ſenſus. Cauſa autem, quare alicui minus dimittitur, eſt, quia minus diligit. Et ſic eſt amor cauſa doni. Vnde nulla contrarietas in huiuſmodi reperitur, cum de diuerſis amicitiæ ſpeciebus loquantur, & vtrobique ſecundum modum humanum. Non eſt enim veriſimile, quod Chriſtus loqueretur illi phariſæo de amore diuino, qui pertinet ad prædeſtinationem, vel de remiſſione culpæ & pœnæ, quorum ſcientia pertinet ad eos, qui iam perfecti ſunt in fidei rudimentis. Iſte enim phariſæus adhuc erat infidelis & ſatis etiam ignarus, vt ſatis patet. Et notandum, quod proceſſus Chriſti circa informationem phariſæi, de his amicitijs eſt connaturalis homini. Incipit enim ab imperfecto & magis noto ad perfectum & minus notum. Amicitia enim vtilis eſt hominibus magis nota: & eſt imperfecta, tanquam deficiens a ratione veræ amicitiæ ſecundum Philoſophum ubi ſupra. Vnde iſtam amicitiam tantummodo rudis cognoſcebat. Chriſtus vero tradidit ſibi noticiam perfectioris amicitiæ: ſcilicet honeſtæ, quæ habet veram rationem amicitiæ ſecundum Philoſophum. Item notandum quod ſecundum vtramque amicitiam Chriſtus phariſæum conuincit, oſtendendo ei, quod illa mulier erat dignior ad recipienda beneficia Chriſti quam ipſe phariſæus. Nam ſecundum primam, ſcilicet amicitiam vtilem ſibi oſtendit, quod plures vtilitates ſeu obſequia habuit ab illa muliere quam a phariſæo: & hoc cum dicit: Intraui in domum tuam &c. Secundum vero amicitiam honeſtam, ſimiliter oſtendit ei, quod erat dignior: & hoc cum dicit: Quia dilexit multum. In quibus bene conſideratis nos docet, quod verus pœnitens debet habere exteriora opera pia & deuota, & interiora amore feruentia ſecundum doctores.*

Amoris cã, quæ & quæ ſit donũ, & econuerſo

### REPLICA.

In capitulo. vij. vbi in parabola Chriſti innuitur, quod more humano loquendo amor oritur ex dono, cum dicitur: Quis plus diligit? Reſponſum eſt: Eſtimo cui plus donauit. Et ſequitur verbum Chriſti: Recte iudicaſti. Poſtillator exponit hoc de humano amore, in quo amor oritur ex dono, ſed in applicatione parabolæ Chriſtus conuertit ſtilum ad loquendum de amore Dei erga nos, qui non eſt ex meritis noſtris, ſed magis cauſat bonum in nobis, & eſt donatiuus: ideo dixit, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, vt ſic amor non ſit ex dono, ſed donum ex amore. Sed Burgen. hic vult abſoluere contrarietatem, quæ videtur in litera, per amorem vtilem & inhoneſtum, utrobique dicendo more humano. Secundum primum dictum rectificatur iudicium Simonis, vt ex vtili ſurgat amor. Iuxta ſecundum ſit applicatio, quia dilectione ex meritis & virtute impenduntur ei bona. Hæc autem applicatio Burgen. laborat in æquiuocis, quia amor concupiſcentiæ, & amor amicitiæ, ſunt æquiuoce amor, quia diuerſis rationibus. Non eſt autem veriſimile Chriſtum amorem æquiuocaſſe, nec eſt neceſſarium amorem honeſtum eſſe cauſam doni, prout Burgen. vult: quia ſtat illum amorem eſſe rectum ſine omni dono dato vel ſperato, alias eſſet amor mercenarius, per conſequens non honeſtus. Vnde enim diligitur propter ſe, per conſequens virtuoſe ſine reſpectu ad donum. Quod autem Burgen. dicit non eſſe veriſimile, quod Chriſtus ſit locutus phariſæo de amore pertinente ante prædeſtinationem & remiſſionem pœnæ & culpæ, hoc eſt contra beatum Auguſtinum in ſermone de Maria Magdalena ſic exponentem hunc paſſum & contra beatum Bernardum ſuper Can. ſermone. xxij. ante medium. Et uide de hac materia ſanctum Thomam prima ſecundæ. q. xxvj. articu. iiij. Ratio autem Burgen. ad ſic dicendum non valet, quia propter ruditatem vel infidelitatem phariſæi Chriſtus non voluit prætermittere ea, quæ fidelibus ad inſtructionem poterant valere. Sæpe enim dixit coram perfidis, quæ ipſi non intellexerunt: tamen eccleſiæ prodeſſe non ceſſat, cui datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, intelligentes non intelligant. Quamuis enim phariſæus modo non intellexit, imo impugnauit veritatem dicendo intra ſe, Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Nihilominus Chriſtus dixit coram eo de remiſſione peccatorum quo ad culpam & quo ad pœnam quantum ad liberalitatem Dei præcedentem mulieris dilectionem, quæ in peccato exiſtens diligere non poterat, & quo ad pœnam debitam, propter mulieris primam dilectionem. Vnde dixit: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. H



## GLOS. ORDIN. CAP. VIII

A E T *factum eſt.* More aquilæ prouocantis ad volandũ pullos ſuos paulatim dñs diſcipulos ſuos in nido fidei plumis virtutũ induit, qb poſtea ſublimius volare, & alios inſtruere valeant. Prius docet in ſynagogis, miracula facit, famam vbique diſpergit, turbas ſuſcipit, curat, inſtruit. hic diſcipulos facit, ex quibus duodecim elegit, quos primo præſente turba docet, & miſeris ſolita pſtat beneficia, iam vero ſolos ipſos ſecũ retinet, vt eum familiarius audiant: ſolis illis occultiora exponit myſteria, & ſic demum virtutum ſuarum oſtenſione quaſi alarum protectione firmatis: dat ipſis poteſtatem curandi & mittit prædicare regnum Dei

b *Maria quæ vocatur Magdalena.* Cum Maria iter faceret cum domino, & ei miniſtrare cõmemoratur: celebri eam vocabulo Magdalenam vocat: Vbi eãdẽ peccatricẽ deſcribit reuerenter eam generali nomine mulierẽ dicit: ne nomen tantæ famæ, quod hodie veneramur, priſci erroris nota fuſcaret. Maria, amarum mare propter inſitum pœnitentiæ rugitũ: quo ipſa vel nos ſingula mala deflemus.

†De pœn. d. i. c ſunt plures.

c *Magdale.* i. turrenſis, a Magdalo, i. turri de qua dicitur: Tu es ſpes mea, turris fortitudini.

Pſal. 60.a d *Demonia ſeptem.* Eãdem eccleſiã de gentib. a ſordib vitiorum mundatã, quã Maria ſignat: ſignificat & Iohanna prius cultib. idolorũ deditã: ſed iã Xp̃i pietate redẽptã: & gratia impletã, quæ quaſi vxor erat prius diaboli.

Mat.13.a Mar.4.a

e *Et Iohanna &c.* Iohanna, dominus gratia eius vel dominus miſericors, cuius eſt omne quod viuimus.

f *Procuratoris Herodis.* Cum quilibet B malignus ſpiritus pro regno diaboli ad decipiendum laborat, quaſi Herodis impiiſſimi procurator exiſtit.

g *De facultatibus &c.* Antiquus mos erat Iudæorũ, nec ducebatur in culpã, vt mulieres ſua ſubſtantia paſcerent & veſtirent doctores Hic quia hoc in gẽtib. ſcãdalũ poterat facere, Paulus ſe memorat abſtinuiſſe. Miniſtrabãt ergo dño carnalia: cuius metebãt ſpiritualia, vt formam daret prædicatorib. q victu & veſtitu deberent eſſe contenti: accipiendo a plebibus.

1.Cor.9.b

h *Cum autem turba &c.* Quotiens in euangelio turbæ vocabulum interſeritur, ſicut diuerſitas hoĩm, ita etiam diuerſitas intimatur volũtatum. Nõ enim omnes eadem voluntate, ſed diuerſis ex cauſis Chriſtus ſequebantur: Quidam pro bono, quidam pro malo, omnibus tamen dominus beneficia præſtat, docendo, alendo, ſanando.

i *Exijt qui ſeminat &c.* Exijt filius Dei de ſinu patris, quo creaturæ non erat acceſſus. vt ſeminaret ſemen ſuũ: venit in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati. Vnde ſecundum alios euangeliſtas hanc parabolam dicturus de domo exijſſe: mare adijſſe nauem conſcendiſſe memoratur, idipſum ſitu corporis, quod proceſſu ſermonis inſinuans.

Mat.13.a Mar.4.a k *Secus uiam.* Via, eſt cor ſedulo malarũ cogitationum tranſitu atritũ & arefactũ: ne ſemen verbi poſſit accipere vel geminare, ſed a peſſimis cogitationibus conculcatur, & a dæmonibus rapitur. Qui ideo volucres cæli dicuntur, quia cæleſtis & ſpiritualis ſunt naturæ, vel quia per aerem diſcurrunt.

l *Supra petram.* Petra, indomitũ cor nullo veræ fidei vomere penetratũ, in quo nõ eſt verus amor & perſeuerantiæ uirtus.

m *Centuplum &c.* Cum denarius pro perfectione ſoleat accipi (qa in decem legis præceptis cuſtodia continetur.) centenarius qui per multiplicatum denarium ſurgit, pro magna perfectione ponitur. Cor igitur centuplum facit factum, quod per amorem proximi actiuam, & per amorẽ Dei cõtẽplatiuã adipiſcitur vitam, & ſpũalium ornatur perfectione: virtutũ.

n *Qui habet aures.* Vbicũq; hæc admonitio interponitur: myſticum eſſe quod dicitur & attentius quærendum oſtendit.

*Interro-*

## CAP. VIII.

ᵃ E T factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per * ciuitates & caſtella prędicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & ᶜ mulieres aliquæ, quæ erant curatæ ᵈ a ſpiritibus malignis & infirmitatibus. † Maria, quæ uocatur Magda- ᵉ

a Vitia uniuerſa quibus plena fuerat, in figura eccleſiæ de gentibus ſordidæ.

lenæ, de qua dæmónia ſeptem exierant, & Iohanna uxor Chuzæ pro-

* Lilium propter odoriferum celeſtis vitæ candorem.

curatoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Cum autem turba plurima conueniret, & de * ciuitatibus properarent ad eum, dixit per

a Parabolam. b Cuius eſt declarare voluntatem patris.

ſimilitudinem. † Exijt qui † ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus uiam, & con-

a Vt nec in memoria mens teneat, quod opere exercere neglexit.

culcatum eſt, & uolucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra

a Vbi non eſt altitudo terræ, id eſt ſtudium diſciplinæ.

pétram, & natum aruit, † quia non

a Ad nutriendas lampades virginum.

habebat humorem. Et aliud cecidit

a Corda ſollicitudinibus agitata.

inter ſpinás, & ſimul exortæ ſpinæ, ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit

a Mitte cor & docile.
b Cum perfecta bonorum operum plenitudine creſcit.

dit in terrám boná, & ortú fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat:

a Intelligentiam mentis.
b Spiritualiter hæc verba intelligat.

bat: Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabát autem eũ diſcipuli eius quæ eſſet hæc parabola. Quibus

o *Interrogabant.* Non mox finita parabola, ſed (vt Marcus ait) C cum eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi, qui cum eo erãt Marc.4.b duodecim parabolã, In quo moraliter inſtruimur: vt ſi intelligentiã diuinorũ verborũ aſſeq volumus: ſepoſitis terrenorũ tumultuum curis, donum Dei .i. occulta ſcripturæ penetralia, orando & meditando intremus, dicentes: Reuela oculos meos &c. Pſal.118.c

p *Hæc parabola.* Nota hãc eſſe primã parabolam, quæ cũ interpretatione ſua poſita ſit. Et cauendũ eſt vbicũq; dñs rogatus a diſcipulis intrinſecus ſermões ſuos differit, ne vel aliud vel plus vel

*ſingulas

## NIC. DE LYRA. CAP. VIII.

E T factum eſt &c. *Deſcripta inſtructione Chriſti facta apoſtolis principaliter: hic conſequenter ponitur einſdem inſtructio facta apoſtolis per turbas communiter. Et primo præmittitur quaſi quædam præfatio. Secundo ſubditur dicta inſtructio, ibi: Cum autem plurima turba. Circa primum dicitur.*

b Ipſe iter faciebat per ciuitates. *In quo apparet Chriſti diligentia in opere prædicationis.*

c Et duodecim cum illo. *i. duodecim apoſtoli, de quorum electione dictum eſt ſupra. vi. c. non tamen ibant cum illo ad prædicandum, ſed magis ad audiendum: vt poſſent conuenientius prædicare, ad quod miſſi ſunt poſtea, vt patebit cap. ſe.* *ſingulis

d Et mulieres ali. *Ideo ſequebantur eum.*

e Maria quæ uoca. *Sic nominata a Magdalo caſtro: & iſta eſt, de qua eſt ſermo factus capitulo præcedenti. Ratio tamen ſui cognominis diuerſimode aſſignatur a doctorib. diuerſis. Illi n. q dicunt, q iſta fuit ſoror Lazari, dicunt, quod nõĩata eſt Magdalena, eo q Magdalum caſtrum cecidit in partem ſuam de hæreditate paterna. Fuit enim pater eius magnus homo & nobilis, habens* D *dominium in pluribus locis, inter quæ erat dictum caſtrum. Alij vero qui dicũt q iſta non fuit ſoror Lazari, ſed alia eiuſdem nominis, dicunt quod nõĩata eſt Magdalena a Magdalo caſtro, eo quod erat inde oriunda.* †ſeminabat

f Quæ mini &c. *Apud Iudæos erat cõſuetum, q mulieres ſanctæ & deuotæ miniſtrabãt doctorib. neceſſaria ex deuotione. Et iõ quia Chriſtus docebat & prædicabat inter Iudæos: hoc modo acipiebat neceſſaria ab eis. Paulus autem, qui prædicabat gentilib. inter quos non erat talis conſuetudo, non habebat mulieres ſequentes ipſum & ei miniſtrantes: vt habetur .i. Corin. ix. ne forte ex hoc gentiles ſcandalizarentur.*

g Cum autem. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti doctrina ſeu inſtructio. Et primo deſcribitur dicta inſtructio. Secundo inſtructionis confirmatio, ibi: Factum eſt autem. Prima in duas: quia primo deſcribitur parabola ſuæ prædicationis. Secundo feruor prædicantis ibi: Venerunt ãt ad illũ. Prima adhuc in duas: qa primo pabola proponitur Scdo, exponitur, ibi Interrogabãt aũt. Sñia aũt iſtarũ duarum partiũ patet ex dictis Matth. xiij. Excepto qđ ſequitur in parte ſcđa.* Diuiſio

Nemo

### MORALITER.

* a *Et fa* Sequitur.

d *Et mulieres &c.* quæ miniſtrabant ei neceſſaria de facultatibus ſuis tanquam gratæ de ſuis curationibus & factæ ſibi deuotæ, Hoc etiam conſuetum erat fieri prædicatoribus Iudæorum.

b *Exijt qui ſeminat &c.* Semen iſtud poteſt dici eleemoſyna: De cuius ſeminatione dicitur: Qui parce ſeminat, parce & metet &c. Huius ãt ſeminis cadit pars ſecus viam & diabolus tollit illud: Et hoc eſt qñ recipiẽs eleemoſynã, in illicitis cõſumit eã. Et aliud ſupra petrã: quod fit: qñ recipiẽs de beneficio nõ eſt gratus hoĩ neq; Deo. Et aliud cadit inter ſpinas, per quas ſignificãtur ſolicitudines vitæ præſentis. Et hęc pro parte ſunt bona eccleſiæ, data clericis & religioſis. q de illis uiuũt carnaliter & pompatice, & implicantur ſecularibus in negocijs, cũ tñ illa bona ſint data ad ſeruiendum Deo deuote, & ad miniſtrandum pauperib. in ſua neceſſitate. 2.Cor.9.b

i *Et aliud ce. in terram bonam: & ortum fecit fructum cent.* Iſtæ ſunt eleemoſynæ receptæ ad victũ & veſtitũ neceſſariũ Deo ſeruiẽtiũ.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E plus vel minus intelligere velimus, quam ab eo expoſitum eſt. Ideo autem hanc parabolam per ſeipſum dignatur oſtendre, vt ſe figurate loqui innoteſceret, & rerum ſignificationes etiam in his, quæ exponere noluit, quærendas eſſe doceret.

a *Videntes.* Doctores iudæorum, qui cum merito peruerſitatis ſuæ exæcati ſunt, mendaciter ſe videntes putant.

b *Quod. au.* Secus viam ſeminantur: qui nulla fide, nullo intellectu, nulla ſaltē tentante utilitatis occaſione percipere dignantur. Porro ſuper petrā & in ſpinis ſeminantur, qui audiunt quidem & utilitatem verbi probant & deſiderium guſtant, ſed ne perueniant ad id quod geſtiunt, vel per aduerſa terrēdo, vel proſpera blandiendo retardāt. His tribus generibus quicūque uerbum auditum non faciunt deſignantur.

† Mat. 13. b
Marc. 4. b
† myſteria

c *Ad tempus cre.* Multi audientes diſputationem cōtra auariciam vel luxuriā: dīt contēptores ſeculi & caſtos homines eſſe beatos: ſed vbi ſpecies cōcupiſcibiles eorum obtutib. pſītanī: mox recedūt ab eis qcquid recte cogitauerāt.

Recidiuum patiuntur plurimi: ... bonæ voluntatis
† quia

d *Et diuitiis.* Diuitiæ & ſi delectare videntur, tamen poſſeſſoribus ſuis ſpinæ ſunt, cum aculeis curarum mentes eorum confodiunt: quæ auide quæruntur, ſollicite ſeruātur. Vnde ab alio euangeliſta fallaces diuitiæ vocantur: quia mentis inopiam nō implent, nec diu manent. Et nota, quod diuitijs duo iungit ſollicitudinem & uoluptatem, quia & per curam mentes opprimunt & per affluentiam reſoluunt.

Mat. 13. c

e *Suffocantur.* Quia uoluptates & diuitiæ ſuis importunis cogitationibus guttur mentis, ne bonum deſiderium ad cor poſſit intrare, quaſi aditum uitalis ſtrangulant flatus.

f *In terram bonam &c.* In bonos auditores, qui verbum audire ſatagunt: & in ventrem memoriæ recondunt: & ſic oportuno tempore fructum operationis proferunt: inter proſpera & aduerſa ſeculi patientes. Et bona terra cū patiētia fructum reddit: quia bona agit: & mala proximorum equanimiter tolerat: & dum humiliter flagella ſuſcipiūt poſt flagella in requiem ſuſcipiuntur. F

† Mat. 10. c
Mar. 4. c
† propatulū, apertū.

g *Nemo au.* Hæc verba ponuntur ſm ſimilitudinem humanæ conſuetudinis. Myſtice autem docent fiduciam prędicandi vel patiendi.

Myſtice
† Mat. 13. b
Mar. 4. c

h *Supra can.* Quia dixerat apoſtolis: Vobis datum eſt noſſe myſte. reg. Dei cæ. a. in p. Nunc oſtendit per eoſdem apoſtolos: aliquando & cæteris idem myſteriū eſſe reuelandum, & oēs q domū Dei eſsēt ītraturi, flamine fidei illuſtrādos: Q. Vobis pādo myſteria: in uobis accēdo lumē fidei. vos āt hāc candēlucē alijs pādite: nec timore carnaliū icōmodorū abſcōdite. Vaſis noīe vel lecti deſignaī caro, in qua anima continetī & quieſcit. Per lucernā, verbū dei. Qui aūt metu carnali occultat verbū Dei, ipſam carnē præponit manifeſtationi veritatis, & ille quaſi occultat verbū, qui prædicare trepidat. Sup candelabrū ponit verbū, q corpus miniſterio Dei ſubijcit, vt ſuperior ſit pdicatio veritatis: & inferior ſeruitus corporis, p ipsā tn̄ corporis ſeruitutē excelſior luceat doctrina, q̄ officio linguæ & cæterorū membrorū inſinuaī.

† Mat. 12. d
Marc. 3. d
† ad

i *Non enim &c.* Q. Timor carnalium nō vos retardet ſed nec mala opinio, quæ de vobis modo habetur apud incredulos, quia & ſi viles apparetis, quandoque claritas veſtra apparebit, cum dominus illuminabit abſcondita tenebrarum: tunc & uos coronabimini, & punientur veſtri aduerſarij

k *Qui enim habet &c.* Hęc ſpāliter aplis: qb. ex charitate noſſe myſteria daī: & pfidis Iudęis (q p parabolas qđ nō intelligunt audiunt) dicta videtur. Poteſt & generaliter accipi: qa & ingenioſus, negligendo, ſapientia vera ſe priuat: & ſimplex ſtudioſus laborādo deguſtat. Quia qui amorē verbi hēt, dabitur & ſenſus intelligēdi qđ amat. Sed q nō hēt amorem audiendi, etiam ſi naturali ingenio vel labore ſtudioſo ſe intelligere putat, nullam tamen veræ ſcientiæ dulcedinem guſtabit. G

Ingenioſis negligentibus nonnunquam ſimplices ſtudioſi præferuntur

l *Et quicumque non.* Ideo deſidioſus ingeniū accipit ſæpe, vt de negligētia iuſtius puniaī: q ſcire cōtēpſit qđ ſine labore aſſeq potuit: & aliqn̄ ſtudioſus tarditare ītelligētię pmiī, vt eo maiora pmia īueniat: quo ſtudioſi' elaborat.

m *Venerunt.* Quod dixerat in verbo, oſtendit in myſtico facto. ſ. q Iudæi ſolā literā ſequentes: etiam quod videntur habere perdūt. Nā mater, ſynagoga, & fratres populi iudęorū, de qb. eſt Chriſtus ſecundū carnem: ipſo interius docēte nequeūt intrare: qa eius dicta ſpiritualiter negligūt intelligere. Sed præoccupans turba domū ingrediī, quia tardante Iudęa, confluit ad Chriſtum gentilitas & illuminatur.

† Mat. 12
Mar. 4. b

n *Foris ſtant.* Foſtis ſtantes, volūt Deū videre, qui ſpiritualem ſenſum in lege non quærentes, ad cuſtodiam literæ ſe ſe fixerunt: & quaſi Chriſtum ad carnalia docenda potius cogunt exire, q ſe ad diſcenda ſpiritualia conſentiant intrare, merito ergo non agnoſcuntur. Quo exēplo & nos informamur q nō agnoſcemur ſi foris ſteterimus. Non aūt iniurioſe negligit matrē, nec mater negatur, quæ ēt de cruce agnoſciī. Sed religioſiores copulę mentiū mōſtranī quam corporum

† 19 dic. 1. ſ. gibus.

a Quia fideles eſtis: ſed & Phariſæis incredulis ſancta non ſunt danda.

ipſe dixit: † Vobis datum eſt noſſe

a Intelligentiam ſcripturarum de quo regno alibi dicitur: Auferetur a uobis regnum Dei. b Qui foris ſunt, vt Marcus ait, qui neque intueri, neque cognoſcere curant ueritatem.

† miſterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, † ut uidentes non uideāt, & audientes non intelligāt. Eſt autem hęc parabola † Semē eſt uerbum Dei. Quod autē ſecus uiā hi ſunt, qui audiunt, deinde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Nam † quod ſupra petram, qui cū audierint, cū gaudio ſuſcipiūt uerbum, & hi radices nō habēt, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. † Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audierūt, & a ſollicitudinibus & diuitijs & uoluptatibus uitę eūtes ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam, hi ſunt, qui in corda bono & optimo audientes uerbū retinēt, & fructū afferunt in patientia. † Nemo autē lucernam accedens: operit eā uaſe aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrū ponit, ut intrātes lumē uideant. † Non enim eſt occultum quod non manifeſtetur: nec abſcōditum, quod nō cognoſcatur, & in

Studioſe audite.

† palam ueniat. Videte ergo † quid

a Vt & in veſtro pectore continue ruminetis: & aliena ruſtua re ſufficiatis.

audiatis, † Qui enim habet, dabitur illi, & quicunque nō habet: etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. † Venerunt autem ad illum

Cognati.

mater & fratres eius, & non pote-

a Gentium ad fidem Chriſti confluentium.

rant adire † eum præ turbā. Et nun-

a Synagoga. b Populus iudæorum.

ciatum eſt illi: Mater tua & fra-

a Qui non habent ſpiritualem intelligentiam.

tres tui foris ſtant, uolentes te

NIC. DE LYRA.

¶ a Nemo autem lucernam &c. *Per lucernam ſaluator hic intelligit doctrinam euāgelicam, quæ non eſt occultanda: nec in latebris tantum docenda, ſicut doctrinæ ſuſpectæ & malæ: ſed in palam coram omnibus.*

b Non eſt enim occultum &c. *quia licet Chriſtus aliquando docuerit diſcipulos ſecreto: voluit tamen quod per eos talia publice docerentur. vnde dicit Matth. ix. c. Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Ideo ſubditur:* H

† Matt. 10

c Videte ergo quid au. *vt conſtanter per orbem prædicetis.*

d Qui enim ha. &c. *Hoc ſubditur ad oſtendendum præmium prædicationis apoſtolorū: Qui enim prædicant ex fide formata charitate, merentur, vt ſibi detur augmentum gratiæ in præſenti: & præmium gloriæ in futuro.*

e Et quicumq; non ha. *videlicet fidem charitate formatam.*

† ſermonis.

f Etiam quod putat &c. *quia gratiæ gratis datæ non valebunt ei ad ſalutem: ſed magis cedent ad damnationis ſuæ augmentum, inquantum abuſus fuerit eis. Aliter exponitur de legiſperitis & ſacerdotibus Iudæorum, qui fidem Chriſti non habuerunt: & ideo noticia legis & prophetarum non ualuit eis ad ſalutem, ſed magis nocuit eis ad augmentum ſuæ damnationis, ſecundum quod dicitur infra. Seruus qui ſciuit voluntatem domini ſui & non fecit, uapulabit multis.*

g Venerunt au. *Hic conſequenter deſcribitur feruor Chriſti prædicantis ex hoc quod propter aduentum matris ſuæ, etiam expectātis foris, non interrupit prædicationem: licet eā ſumme diligeret & honoraret, ſed reſpōdēs nūciāti ſibi aduētū, dixit:*

¶ Mater mea

MORALITER.

* a *Nemo au.* Hęc lucerna dicitur ſacra ſcriptura. Pſ. cxviij. o Lucerna pedib. m. ver. t. &c. Hanc autem lucernam operit vaſe, qui verbis curioſis & extraneis exponit eā ad iactātiam ſuæ famæ. Ille vero ſubtus lectū ponit, qui ignem hęreſis ex ſua expoſitione peruerſa accēdit: ſicut lucerna ſub lecto poſita accēdit ſtramina. Et de hac accenſione dicit Hie. & habetur in decretis, xxiiij. q. iij. ſecundæ. Arrius in alexādria una ſcintilla fuit: ſed qa nō ſtatim fuit oppreſſus, eius flāma totū orbem depopulata eſt. Illi āt ponūt ſup cādelabrū, q p bonā vitā faciunt efficax verbū ſuū: ſicut econuerſo illi uaſe operiunt, qui per malā vitā doctrinā ſuā contemptibilē reddūt.

b *Et n.* Secundum ſenſum literalem malicioſe fuit ei nunciatum: vt ſi per aduentum matris & fratrum prædicationem dimitteret, argueretur homo purus, vtpote affectione carnali motus. propter quod rationabiliter impoſuit nuncianti ſilentium, dicens.

* Mater mea



A quam corporum, & corporali neceſſitudini præſcriptorum cæleſtium forma præfertur. Figurat etiam, iudæis (de qb. ſm carnē) eccleſiā de gētib. q̄ credidit, anteferēdā. Moraliter. Magiſter pręcepturus alijs, qui non reliquerit patrē & matrē, nō eſt me dignus, ſententiæ ſuę ipſe primus ſe ſubijt, non refutās officium maternę pietatis, ſed paternis ſe miniſterijs amplius quam maternis affectibus debere cognoſcit. Itaq; qui ſe intelligit propter diuinū myſteriū in terras veniſſe, & propter cōuētū eccleſiæ relictis parentib. aſcēdit in nauem.

Moraliter

a *Et aſcenderunt* Moraliter. Cum Ieſu nauim aſcendit, qui ſigno dominicæ crucis imbutus, ſeculum relinquere diſponit.

Moraliter
† Mat. 8. c
Marc. 4. d

b *Obdormiu.* In hoc facto verus homo monſtratur qui dormit, & verus Deus qui furorem coercet maris.

c *Et comple.* Merito turbatur nauis, in qua proditor eſt cum bonis, & qui ſuis meritis firmi fuerant, turbātur alienis.

d *Suſcitauerunt.* Aduerte neminem ſine tentatione de hac vita trāſmigrare, cū ēt apłos (qb. dominus adeſt) tētationū ſeculariū ſæpe procella perturbet. Sed cum ſimus ſubiecti procellis ſpiritualis nequitiæ, excitemus gubernatorem q imperat ventis, qui imperat mari, qui & ſi iam nō dormiat corporis ſui ſomno, caueamus tamen, ne noſtri corporis ſomno dormiat & quieſcat.

e *Et ceſſa.* Nota, quod omnis creatura ſentit creatorem. Imperat, increpat, ſētiunt imperantem, non quod ſecundū hæreſim quorundam ſint animantia, ſed maieſtati conditoris ſunt ſenſibilia, quæ apud nos ſunt inſenſibilia. Alleg. Mare vel ſtagnū: tenebroſus eſt & amarus mundi æſtus. Nauicula, arbor crucis, cuius beneficio fideles adiuti, emerſis fluctibus mundi, obtinent litus B patriæ cæleſtis. Aſcendunt diſcipuli amoniti cum eo. vnde ipſe ait: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Diſcipulis nauigantibus. i. ſeculum fidelibus calcantibus, & futuri ſeculi quietem animo meditantibus: & per ſanctiſpiritus flatum, uel etiam per ppri regiminis conatum infidos mūdi faſtus certatim poſt terga iactantib. ſubito obdormit domin'. i. aduenit tēpus dñicę paſſionis. Vnde & Marcus, nocte hoc factum memorat ut ueri ſolis occubitum ſignificaret. Deſcendit procella, quia domino ſomnum mortis in cruce ſubeunte, fluctus perſecutionum dæmoniacis ſlatibus excitati aſſurgunt: quibus non ipſius patientia, ſed diſcipulorū imbecillitas concutitur & trepidat. Suſcitant, ne eo dormiente pereant, quia cuius mortem uiderant, reſurrectionem optant, quæ ſi differretur, ipſi in perpetuū periclitarentur. vnde *Surgens increpa. uen.* quia celeri reſurrectione, per mortem deſtruit ſuperbiā diaboli, qui habebat imperiū mortis. Tēpeſtatē ēt aquæ facit ceſſare, qa rabiē Iudæorū morti eius inſultantiū reſurgens labefacit. Arguit eos, q ſe preſente timebant, cū perire nō poſſit qui firmiter adhæret ei: Quaſi ipſo geſtu nauigationis diceret, qđ poſt reſurrectionē etiā voce dixit: O ſtulti & tardi corde ad credendū in oīb. q̄ locuti ſunt pphetę. Nonne opor. pa. Chriſtum ſoporari, vndis nauem (in qua quieſcebat) hinc inde vexantibus, & ſic ex templo tumidis gurgitib. ſedatis, patefacere cunctis potentiam ſuæ diuinitatis?

† Mat. 8. c
Marc. 4. d
† aquæ
Allegorice
† Aliqui libri nō hñt donaui
Infr. 9. e
Marc. 8. d
† Mat. 8. d
Mar. 5. a
Marc. 4. d
Infra 24. d

f *Mirati ſun.* Non diſcipuli, ſed nautæ & alii, qui in naui erāt mirantur. Vnde Matthæus, Porro homines illi mirati ſunt, dicentes, Qualis eſt hic. Quod ſi diſcipulos dicimus miratos fuiſſe, merito & ipſi homines ſunt appellati.

Mat. 8. d

g *Ad regionem Geraſenor.* Geraſa ciuitas Arabię iuxta mōtem Galaad in tribu Manaſſe, non longe a ſtagno Tyberiadis, ſignificat gentes, quas poſt paſſionem & reſurrectionem dominus prædicatores viſitauit. vnde Geraſa ſiue Gergeſi colonū eiiciens i. diabolum, a quo prius incolebatur, vel aduena propinquans, qui longe erat in tempore.

h *Occurrit illi uir.* Cum Lucas vnum: Matthæus duos occurriſſe memorat, in figuram eiuſdem gentilis populi eſt, quia cum Noe tres filios genuerit, & familia ſolius Sem in poſſeſſione Dei abſciſſa eſt: ex duobus alijs diuerſarum nationum populi pullularunt, qui idolis ſeruierunt. Et nota hunc vnum fuiſſe celebrioris perſonæ & maioris inſaniæ, de quo regio illa maxime dolebat. *Occurrit ergo uir.* i. ipſe gētilis populus, qui multis temporibus i. ab ipſo pene mundi exordio vexabatur a dęmonio, nec vtebatur veſte naturę ſuæ i. virtutibus fide & charitate, quibus primi parentes poſt culpam nudati leguntur: hæc ſtola redeunti filio offertur. Neque in domo conſcientiæ quieſcebat, ſed in mortuis operibus corporis quaſi in ſepulchris manebat. C

Mat. 8. d

i *In monumentis.* Quid aliud ſunt perfidorum corpora, niſi quædam defunctorum ſepulchra, in quibus non habitant Dei verba?

k *Ieſu fili Dei.* Arrius contendit eſſe creaturam, quem dæmon confitetur eſſe filium Dei. Iudæi dicunt: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia, quem dæmonia negant aliquid ſecum commune habere. Tormentum eſt diaboli ab hominis læſione ceſſare:

† receſſerunt
† complebuntur

uidere. Qui reſpondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi

a Id eſt qui dicto, uel facto, uel exemplo, in cordibus proximorum generant Deum. b Voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt.

ſunt, qui uerbum Dei audiūt, & faciunt. † Factū eſt autem in una dierum, & ipſe aſcendit in nauiculā, & diſcipuli eius, & ait ad illos: Trāſfretemus trans ſtagnum. Et † aſcenderunt. Nauigantibus autem illis obdormiuit, & deſcendit procella uenti in ſtagnum, & † complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicētes, Præceptor, perimus. At ille † ſurgēs increpauit uentum & tempeſtatē aquæ, & ceſſauit, & facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi eſt fides ueſtra? Qui timentes mirati ſunt ad inuicem, dicētes: † Quiſpu

a [illegible]

tas hic eſt? Quia & uētis imperat

a Mundanæ motioni. Velint nolint.

& † mari, & obediūt ei. Enauigauerunt autem ad regionem Geraſenorum, quæ eſt contra Galilæam. Et cum † de naui egreſſus eſſet ad terrā occurrit illi uir quiddā, * qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & ueſtimēto non induebat neq; ī domo manebat, ſed ī monumētis. Is ut uidit Ieſū, procidit anī illū: & exclamās uoce magna dixit: † Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? Obſecro te ne me torque

† experrectus

NIC. DE LYRA.

¶ a Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui uerbum Dei audiunt & faciunt. *q. d. ille eſt mihi propinquus, qui ſpiritualibus operibus eſt magis intentus. In hac etiam reſponſione Chriſtus confutauit illum, qui ei nunciauit aduentum matris ſuæ: quia ſecundum doctores noſtros malicioſe hoc fecit, vt ſi ex hoc prædicationem dimitteret, argueret ipſum eſſe hominem purum carnali affectione motum. Aduertendum tamen quod fratres Chriſti hic dicuntur cognati ſui Germani, ex modo loquendi, quo apud hebræos, fratres dicuntur illi, qui ſunt de eadem cognatione. & hoc modo vocauit Abraham Loth nepotem fratrem ſuum, vt habetur Gene. xiii.*

b Factum eſt au. &c. *Hic conſequenter deſcribitur doctrinæ Chriſti confirmatio, quæ proprie fit per miracula, ſecundum quod dicitur Mar. vlti. d. Sermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et primo deſcribitur miraculum factum in mari. Secundo factum in terra, ibi: Et cum de naui egreſſus eſſet ad terram. Sententia primæ partis patet ex dictis Matthæi. viii. Hoc excepto.* D

* e ciuitate

c Transfretemus transſtagn. *Matth. viii. vocatur mare: modo loquendi hebraico, quo omnis congregatio aquarum in notabili quātitate vocatur mare, ſecundum illud. Congregationeſque aquarum vocauit maria. Secundum veritatem aquæ Iordanis fluuij extenduntur ibi in magna latitudine, ideo frequenter vocatur mare, & aliquando lacus, & aliquando ſtagnum, ſicut hic.*

Gen. 1. b

e Et cum &c. *Hic deſcribitur miraculum factum in terra. Et primo de curatione dæmoniaci Secundo, de ſuſcitatione filiæ Archiſynagogi, ibi. Factum eſt autem. Sententia autem primæ partis patet ex dictis Mat. viij. & Mar. v. Hoc excepto quod ſequitur:*

f Et ueſtimento &c. *Amentes. n. & dęmoniaci multa poſſunt ſuſtinere, quæ non poſſunt alias ſuſtinere, ſicut patet de Nabuchodonoſor qui per ſeptem annos habitauit cum feris, fœnum quaſi bos comedens.*

Dan 4.

¶ Ipſe autem

MORALITER.

* a *Mater mea &c.* Et in hoc docuit prædicatorem euangelij rationabiliter reprimere volentes eum malicioſe impedire.

b *Factum eſt autem &c.* Per quam ſignificatur corpus humanum in quo ſecundum platonicos, anima eſt ſicut nauta in naui. In hac autem nauicula anima gubernat ſecundum partem rationalem. Iraſcibilis autem & concupiſcibilis, ſenſus interiores & exteriores ſunt in corporalibus organis, & ſic debent per rationem, quæ non eſt uirtus organica, gubernari, Deus tamen principalis eſt gubernator. Turbatur autem nauis iſta corporis infirmitatibus, & mens interior, dæmonum tētationibus. Et Deus qui principalis eſt gubernator, dormire dicitur, dum ab eo talia permittuntur: Excitatur autem deuotis precibus partis rationalis, quæ ad optima deprecatur & tunc iubente domino turbatio quietatur.

d *Enauigauerunt autem ad regionem Geraſenorum quæ &c.* Per hominem obſeſſum a dæmone, ſignificatur populus gen-



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ne ceſſare, & quantum diutius poſſederat, tantum difficilius dimittit. Caueat ergo aliquis leſus a diabolo, vt cito eius iugum dirumpat, quia tanto facilius quanto citius eius dominium euitatur.

*a Vinciebatur.* Catenę & compedes, duræ & graues ſunt gẽtium leges. quibus & in eorum republica cohibebantur peccata. His tamen legibus ruptis, ad ea ſcelera cupiditate ducebantur, quæ uulgarem conſuetudinem excedebant.

Act. 4.f Gen. 11.a *b Quia intrauerunt.* Multa dæmonia, quæ vnum præmunt, ſignant multos cultus idololatriæ in vno gentium populo. Econtra dicitur: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Vnde bene in Babylone unitas linguarum ſciſſa, in Ieruſalẽ eſt adunata.

†Mar. 5.a *c Et roga.* Sciebant dæmones per aduentum domini ſe aliquando in abyſſum mergendos. Non ipſi futura præ diuinantes, ſed prophetarum de ſe dicta recolentes.

*d Grex por.* Porci, ſunt homines, uocis & rationis expertes, lutulentis actibus dediti, in monte ſuperbiæ paſcentes. †Mar. 8.d Mar. 5.b Et niſi quis more porci uixerit, diabolus in eo poteſtatem non accipit, uel ad probandum tantum, non autem ad perdendum accipit.

*e Et rogabant eum.* Aduerte clemẽtiam domini. Nullum prius ipſe condemnat, ſed vnuſquiſque ipſe ſibi mali autor eſt. Nõ mittunt i porcos dęmones ſed ipſi petunt: qa cęleſtis luminis claritatẽ ferre nõ poterant. Vnde & ante tẽpus debita ſibi tormẽta formidant.

*f Et permi.* Permittit, vt per interfectionẽ porcorũ, detur occaſio ſalutis hominibus. Paſtores autem uidentes ſtatim nunciant. In quo notãdum, ꝙ nec porcis niſi pmiſſa dæmonia nocere poſſunt, multominus hominibus, niſi occulta tamen iuſticia Dei permittãtur.

F

Allego. *g Abijt grex.* Allego. Liberato populo gentium a dominatione dæmonum, increduli in abditis agunt ſuos ritus ſacrilegos, cæca & profunda curioſitate ſubmerſi, & impetu feruntur in pceps, quia nullius meriti contemplatione reuocantur, ſed ad inferiora per improbitatis procliue detruſi ſuffocantur, in terclufo vitali commeatu ſpiritus in aquis uolupeatum huius mundi.

*h Fugerunt &c.* Paſtores fugerunt, quia nec philoſophi gentium, nec principes ſynagogæ pereuntibus poſſunt conferre medicinam, & licet Chriſtianam fugiant legem, potentiam tamen eius ſtupendo & mirando prædicant.

*i Exierunt autem.* Significat multitudinem ſua venuſta uita delectatam, honorare quidem, ſed nolle pati religionem Chriſtianam, dum dicunt, quod eam implere non poſſunt. Mirãtur & fidelem populũ a priſtina conuerſatione ſanatum, & ſedere ad pedes domini. i. ſano mẽtis examine veſtigia ſaluatoris, q̃ ſequat, intueri, & veſtitum ſtudiis virtutum, quæ deceptus amiſerat.

*k Et rogaue.* Conſcij fragilitatis, pręſentia domini ſe indignos iudicant, non capientes uerbum Dei, & infirma mente pondus ſapientiæ non ſuſtinentes, & ideo diutius moleſtus non fuit, ſed regreditur, quia non dignatur curare inuitos, ſed cito deſerit infirmos, quibus oneri videt eſſe ſuam præſentiam.

*l Ipſe autem &c.* Quando de ſynagoga ad gentes tranſiuit, ipſe ſomno, nauis tempeſtate preſſa memoratur, hic nec ipſe dormit, nec nauis periclitatur. Quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. Tamen in hoc innuitur, quod paſſionis eius triumphus, & reſurrectionis gloria credituris Iudeæ populis intimabit, & cũ prædicatio mortis ſuæ vexillo credi ab hebræis cœperit, qua ſi repetita naui in qua dormierat, patriam reuiſit. Ipſe autem qui relictis parentibus. i. iudæis, aſcenderat nauim. i. poſt reſurrectionem, quaſi tranſacta paſſionis ſuæ tempeſtate gentium procurauerat ſalutem, iam in patriam reuertitur, quia poſtq̃ plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus erit.

G

Rom. 11.c Alleg. *m Redi in domum &c.* Alleg. Poſt remiſſionem peccatorum redeundum eſt in bonam conſcientiam, & ſeruiendum euangelio, propter aliorum etiam ſalutem, vt deinde cum Chriſto requieſcat, ne cum iam prope uult eſſe cũ Chriſto, negligat myſterium prædicationis accommodatum fraternę liberationi. unde Apoſtolus, Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto, multo melius: manere aũt in carne neceſſarium propter uos.

Phil. 1.c *n Excepit il.* In fine ſeculi cum adhuc ad Iudæos redibit, per fidei confeſſionem, libẽter excipietur, quia expectãt eum ſicut ait propheta, Dies multos Oſee. 3.b expectabis me. Non fornicaberis & non eris cum viro, quia nunc ſynagoga nec eſt ſubdita Chriſto uiro, nec fornicata cum idolo, lõga expectatione ſponſi amplexum prȩſtolans. Huic lectioni conſequenter ſubiungitur mors filiæ Archiſynagogi, in figuram eiuſdem ſynaagogæ, quam dum properat ſuſcitare dominus, præripit ſanitatem emorroyda mulier in figuram gentium, quæ poſt uenientes prius ſanantur. Venit ergo ad Ieſum princeps ſcilicet Moyſes, qui merito Iairus dicitur, id eſt illuminatus a Deo, vel illuminans alios, dũ uerba uitæ, quæ a ſpũ ſancto acce-

as. Præcipiebat enim ſpiritui immundo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illũ

a ¶ In loca ſpiritualium infœcunda virtutum, ſicut profugus a lege, diſcretus a prophetis, remotus a gratia.

& uinciebatur cathenis & cõpedibus cuſtoditus, & ruptis uinculis agebatur a dæmonio in deſerto.

a ¶ Non vt ignarus inquirit, ſed vt confeſſa peſte quam furens tolerabat, virtus curantis gratior emineat.

†Interrogauit autem illum Ieſus, dicens: Quod tibi nomen eſt? At ille

a ¶ ſcilicet multi, non vnus ſpiritus tantum.

b dixit: Legio. Quia intrauerunt dæ-

c monia multa in eum. Et rogabant

¶ id eſt gehennam.

illum ne imperaret illis, ut in abyſ-

d ſum irent. †Erat autem ibi grex porcorum multorũ paſcentium in mõ-

e te & rogabant eum, ut permitteret

f eis in illos ingredi. Et permiſit †illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, &

g impetu abiit grex per pceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt. †Quod ut

h uiderunt factum qui paſcebant, fugerunt & nunciauerunt in ciuitatẽ,

i & in uillas. Exierunt autem uidere quod factum eſt, & uenerunt ad Ieſum, & inuenerunt hominem ſedẽtem a quo dæmonia exierant, ueſtitum, ac ſana mẽte ad pedes eius: & timuerunt. Nunciauerunt autem illis & qui uiderãt, quomodo ſanus

k factus eſſet a † legione. Et rogauerunt omnis multitudo regionis Geraſenorum, ut diſcederet ab ipſis, quia timore magno tenebantur.

l †Ipſe autem aſcendens nauim, reuerſus eſt. Et rogabat illũ uir, a quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet. a

¶ Vt illi ſanitatis cauſa viuetur, & infidelibus ſit exemplo.

m Dimiſit autẽ eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quãta tibi fecit Deus. Et abiit per uniuerſam ciuitatem prædicans, quanta illi feciſſet Ieſus. †Factum eſt au- b

n tem cum rediiſſet Ieſus, excepit illum turba. Erant enim omnes ex- c

## NIC. DE LYRA.

†Mar. 5.d ¶ a Ipſe autem aſcendens nauim, &c. & rogabat illum uir, a quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet, dimiſit &c. *id eſt noluit quod ipſum ſequeretur. Cuius ratio eſt: quia diſcipulis ſequentibus Chriſtum data eſt poteſtas faciendi miracula, vt patebit ca. ix. & x. Si autem iſte, qui fuerat dæmoniacus, talia faceret, poſſet a ſimplicibus & etiam a malicioſis hominibus imputari, quod talia faceret virtute dæmonis, quod Chriſtus excludere intendebat. Et ex hoc conſuetum eſt in eccleſia, quod dæmoniaci & furioſiſi curentur, non tamen ad eccleſiaſtica officia promouentur.*

H

b Factum eſt autem. *Hic conſequenter deſcribitur miraculum de reſuſcitatione filiæ Archiſynagogi. Circa quod primo ponitur dicti miraculi inchoatio. Secundo interponitur mulieris patientis fluxum ſanguinis curatio, ibi: Et contigit dum iret. Tertio, dictæ ſuſcitationis conſummatio, ibi, Adhuc illo loquente. Sententia iſtarum partium patet ex dictis Mat. x. & Marci. v. excepto quod ſequitur in prima parte.*

c Excepit illum turba. *Licet enim ſacerdotes & legiſperiti ex odio ipſum deſpicerent & doctrinam eius, tamen communis populus deuote audiebat verbum eius.*

¶ Et ecce ve.

## MORALITER.

✱ tilis longo tempore ſeruiens dæmonibus in idolis, & veſtibus non utebatur, quia nudatus erat uirtutum ornamentis. Ruperat etiam catenas & uincula legis naturalis, ſed domino iubente per prædicationem apoſtolorum dæmones ſunt ab eis eiecti, & ad ſanam mentem ſunt reducti, & uirtutum veſtibus ſunt ornati. Per hoc autem, quod dæmones porcos intrauerunt, & in mare demerſerunt, ſignificatur, quod dæmones intrant detractores, qui tanquam porci paſcuntur immundiciis aliorum & grunniunt contra uitam bonorum, propter quod cum dæmonibus demerguntur in infernum,

*b Factum eſt autem, cum rediiſſet Ieſus, excepit illum turba.* Per Archiſynagogum ſacerdos curatus, & per filiam eius unicam, ſua parrochia deſignatur. Igitur Archiſynagogi unica filia moritur, cum ſacerdotis parrochia male diſponitur, ſed pro eius ſanitate Ieſum rogat cum prędicatorem & confeſſarium pro ſalute animarum zelantem in auxilium ſuum vocat, & tunc eius filia ſanatur, & ei cibus verbi Dei & euchariſtiæ ſacramentum miniſtratur.

✱ *Et mulier*



A ſancto acceperat, alijs miniſtrat. Cadit ad pedes, quia legiſlator cum toto populo illo, Chriſtum in carne venturum lõge ſibi intelligebat præferendum. Rogat intrare in domum, quia deſiderabat eum Luc. 10.d videre. Vnde, Multi reges & prophetæ v. vi. quæ vos vi. Huic erat vnica filia. i. ſynagoga ſola legali compoſitione inſtituta, Quæ cum ad duodecimum annum perueniſſet. i. cum per legis & prophetarum inſtitutionem edocta ad annos intelligibiles perueniſſet, vt iam apoſtolica doctrina viueret & Deo ſpirituales fructus gigneret, moriebatur erroris languore. Ad hanc ſanandum, dum carne †quæ aſſumpta properat Dei verbũ, grauat noxia conſuetudine carnaliũ populorũ. Et †inſumpſerat. ecce mulier ideſt eccleſia de gentib. congregata, quæ interiorũ lapſu criminum deperibat, a cętu fideliũ ſegregata, paratam alijs pręripit fide ſalutem, ab annis duodecim. Quo tempore ſynagoga in cultu Dei creuerat, eodem tempore gentilitas per orbem idololatriæ ſanie fœdabat, & carnis oblectatione. Quę ſubſtantiã. i. naturalis induſtriæ vires expẽderat in medicos. i. philoſophos, & legum doctores, qui multa de vitiis & uirtutib. diſputauerant & pręcepta viuendi dederant, nec p eos curari poterat, ſed (vt Mar. 5.e Marcus ait) deterius habebat. Sed vt vidit Iudæos ęgrotare, & verum medicum vidit adeſſe, ſperat, & quęrit medicinam, accedit per fidem, appropinquat retro, poſt dominum ſuum ambulando. Vel quia in carne dominum non videns, peractis incarnationis ſacramentis, per fidem cępit eius veſtigia ſubſeq. Tangit fimbriã, †Mat. 9.c Marc. 5.c & vndam ſanguinis reſtringit, quia beatus & vere mundandus, qui minimam verbi partem manu fidei contingit.

B *a In medicos.* Medici, dęmones, qui quaſi conſulentes hominibus, pro Deo ſe coli exigunt, quibus ſeruierat gentilitas.

*b Tetigit fimbriam.* Fimbriam tangit, qui ĩcarnationis myſteria pfecte amat & credit, donec ad maiora capienda pueniat. Si conſideremus quanta ſit fides noſtra, & intelligamus, quantus ſit filius Dei, videmus, quia comparatione eius, fimbriã tantummodo tangimus, ſuperiorem ueſtimenti eius partẽ nequimus attingere.

*c Et confeſtim &c.* Suſcitaturus mortuã, †ſi principe †magiſtrũ redijt ad fidem faciendam: prius curat emorroidã. Sic Eliſabet ſterilis paritura indicatur, ut conceptura virgo credatur.

*d Quis eſt.* Nõ quærit vt doceatur quę ne ſciat, ſed ut fides mulieris appareat.

*e Turbæ te comprimunt.* Quem turbæ diuerſis hæreſibus affligunt, ſola catholica eccleſia fideli corde tangit. nam alij tangentes non tangunt, ſicut videntes non vident, audientes non audiunt. Vnde & Ioan. 20.d Mariæ dicitur: Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meum.

*f Nam & ego noui.* Nõ latet quicũq; tangit: Deus nõ indiget oculis vt videat, nec corporaliter ſentit, ſed in ſe habet cognitionẽ oĩm. Enã virtus q̃ ꝓpitiat oĩb iniq̃tatib. noſtris: & ſanat oẽs infirmitates noſtras, non ex nobis, ſed ex Deo exit.

*g Videns autem mu.* Hæc mulier verecũda fimbriam tangit, fidelis acceſſit, religioſa credidit: ſapiens ſe eſſe ſanatã cognoſcit. Sic plebs gentium, q̃ Deo credidit, †Mat. 9.c Mar. 5.d peccatutum erubuit ut deſereret. fidẽ detulit vt crederet, deuotionem exhibuit ut rogaret, ſapientiam induit ut ſanitatẽ ſuam & ipſa ſentiret, fiduciam ſumpſit vt fateretur, quod præripiebat alienum.

*h Adhuc illo lo.* Mundata eccleſia gentium a profluuio uitiorum, & cognominata filia ob fidei meritum, nunciatur ſynagoga lœto perfidiæ & inuidiæ ſoluta: C quia in Chriſtum non credidit, & eccleſiam credere doluit. Nuncius iſte eſt, quicumq; credit ſtatum ſynagogę a Deo deſtitutum vt reſtaurari nõ poſſit, ideoque pro reſtitutione illius ſupplicãdũ eſſe nõ Inf. 18.a credidit, ſed quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. vñ ſequitur: *Ieſus autem audito hoc uerbo.*

*i Non permiſit &c.* Paucos arbitros reſurrectionis acciuit, quia non a multis con- Sup. 7.b tinuo credita eſt reſurrectio. Filius uiduę publice ſuſcitatur, hic pauci admit- †turbæ ſuffocabãt eũ tuntur. In quo moraliter pietas domini notatur, quia vidua mater unici non pa- †Mat. 9.c Marc. 5.c tiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur. Significatur etiam in filio viduæ eccleſia cito credituta. In archiſynagogi filia Iudæi, qui credituri, ſed ex pluribus pauci.

*k Patrem puellæ.* Pater puellæ cœtus doctorum legis. ſ. ſcribæ & phariſæi, qui ſi credere uoluerint, etiam ſubiecta ſynagoga ſalua erit. †ab illis 5. diſt. c. ad eius. depe. di. 3. c. inter hęc hircum. 1.

*l Flebant autem.* Flent qui ſynagogam a Deo, qui uita eſt, uident alienam & dolent, nec amplius poſſe uiuificari putãt, & illa quæ ſponſi præſentiam, qua uiuere debet, amiſit, quaſi inter plangentes mortua iacens, nec hoc ipſum quidem quare plangatur intelligit.

*m Nolite flere.* Fleant mortuos ſuos, qui putant mortuos, ubi eſt fides reſurrectionis non eſt mortis, ſed ſpes quietis.

*n Non eſt mortua &c.* Mortua eſt puella hominibus, qui ſuſcitare non poſſunt. Non Deo, cui anima uiuit, & caro ſuſcitando quieſcit.

Allego. *o Sed dormit &c.* Alleg. Cum anima peccans moriatur, ſi tamen a Chriſto ſuſcitari meretur, nobis quidem mortua fuiſſe, ſed Deo dici poteſt obdormiſſe.

D *p Deridebant &c.* Merito excluſi ſunt, q deridere q̃ credere malebant, indigni uidere reſurrectionis miraculum.

*q Tenens manum.* Tenet manũ, qa niſi manus Iudęorũ (q̃ ſanguine plenę) prius fuerint mundatæ, ſynagoga non ſurget.

*r Puella ſurge.* Quiſquis a morte animæ, a Chriſto manum ſibi confortante reſipiſcit, a ſordibus uitiorum debet exurgere, & (ſicut Marcus ait) in bonis operibus ambulare, & cæleſti pane neceſſe eſt ut mox ſatietur, id eſt verbi Dei & altaris.

*s Quibus præcepit &c.* Sicut publica noxa publico eget remedio, ita leuia peccata leuiori & ſecreta queunt deleri pœnitentia. Vnde puella in domo iacens, paucis arbitris exurgit, eiſdemque ne miraculum vulgarent, interdicitur,

pectantes eum. Et ecce uenit uir a

a ¶ Illuminans. Moyſes enim dicitur Iairus, qui diuinis præceptis populum inſtruxit.

cui nomen Iairus: & ipſe princeps ſynagogæ erat, & cecidit ad pedes Ieſu rogans eum, ut intraret in domum eius: quia

a ¶ Synagoga, lege vel prophetis inſtructa.

filia unica erat illi fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit dum iret, † a turbis comprimebatur. † Et mulier b †quædam erat in fluxu ſangui-

a nis ab annis duodecim, quæ in medicos † erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec †ab ullo potuit curari: acceſſit retro, &

b tetigit fimbriam ueſtimẽti eius,

c & cõfeſtim ſtetit fluxus ſangui-

d nis eius. Et ait Ieſus: Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor,

a ¶ Q. Multi ſunt qui te tetigerunt.

e turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, quis me tetigit?

a ¶ Q. Non quæro de tactu corporis, ſed de tactu fidei.

Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis:

f Nam & ego noui uirtutẽ de me

g exiiſſe. †Videns autẽ mulier, qa non latuit, tremens uenit & procidit ante pedes eius: & ob quã cauſam tetigerit eum, indicauit corã omni populo: & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At

¶ Per fidem.

ipſe dixit illi: Filia, fides tua te

a Non factura eſt, ſed fecit, in eo enim iam ſaluata es quod credidiſti.

h ſaluam fecit: Vade in pace. Adhuc illo loquente, uenit quidam †ad principem ſynagogę, dicẽs ei, Quia mortua eſt filia tua, noli uexare †illum. Ieſus autem audito hoc uerbo reſpondit patri puellæ: Noli timere: crede tantũ & ſalua erit. Et cum ueniſſet ad

i domum, non permiſit intrare

a ¶ Petrus Iacobus & Iohannes, fides, ſpes & charitas.

ſecũ quẽquam, niſi Petrum & Ia-

a ¶ Pater epiſcopus. b ¶ Mater eccleſia.

k cobũ & Iohanẽ & pãtrem & mã-

l trem puellæ. Flebãt aũt omnes &

m plangebant illã. At ille dixit: No

n lite flere: Non eſt mortua puella.

¶ Qui non credit deridet.

o ſed dormit. Et deridebant eum

p ſciẽtes qa mortua eſſet. Ipſe aũt*

q tenẽs manũ eius, clamauit, dicẽs

r †Puella, ſurge. Et † reuerſus eſt

a ¶ Ad teſtimonium vitæ, vt non phantaſma ſed veritas crederetur.

ſpũs ei⁹ & ſurrexit cõtinuo, & iuſſit illi dare mãducare. Et ſtupue-

s rũt parẽtes ei⁹, q̧bus pręcepit ne alicui dicerent quod factũ erat.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ecce ue. uir cui no. Iairus: *Iſtud nomen non exprimitur Matth. ix. & Marci. v. & ideo hic ſuppletur. Sciendum tamen, quod iſte uocabatur Iair in idiomate Hebræo. Sed nomina propria hebraica quando transferuntur ad latinum frequenter accipiunt hanc ſyllabam us in fine, ſicut Iacob in hebræo, Iacobus in latino, & ſaul ſaulus. Et eodem modo Iair Iairus.*

## MORALITER.

*b Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis.* Per quam ſignificatur perſona peccatrix a longo tempore, quæ tamen remedium quærit a domino, dicens, Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ &c. Et illa ſola dicitur Chriſtum tetigiſſe, ſcilicet ſpiritualiter per fidem, licet multi eum comprimerent per tactum corporalem, propter quod ei ſingulariter dicitur, *Filia fides tua ſaluam te fecit.*

*eiectis operas omnibus. † cõuerſus



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDIN. CAP. IX.

E a *Conuocatis au.* Conceſſa primũ poteſtate ſignorũ mittũt ꝑdicare regnũ Dei, vt magnitudini ꝓmiſſorũ atteſteẽ ẽt magnitudo factorũ & fidẽ verbis daret virtus oſtẽſa, & noua facerẽt q̃ noua prædicarent.

Marc. 6. b — b *Nihil t.* In Marco legitur, vt nihil tollerent in via niſi virgam tñ. Sed ſciendũ eſt: quia vtrũq; ꝓceptum eſt a dño, vt nihil niſi virgam ferrẽt, & ut nec virgã ferrent. Non ferre virgam, eſt non eſſe ſolicitum de his, q̃ neceſſaria ſunt humanæ ſuſtentationi: quia hæc dẽnt prædicatoribus ab his quibus pręedicãt: quando ſine ſcandalo poſſunt accipi. Nihil ferre niſi uirgam, eſt vti illa poteſtate accipiendi neceſſaria, quę data eſt prædicatoribus.

c *Duas tuni.* Simplex veſtimentum, eſt q̃cquid eſt neceſſarium alicui ſm̃ qualitatem loci vel tpis. Duplex eſt, quod vltra neceſſitatẽ eſt. Allego. in duabus tunicis duplicitatem prohibet. — †viam.

d *Ibi mane.* Ne excurſetis p̱ domos & inuiolabilis hoſpitij iura mutetis. Vñ ſecundum Mat. domus, in qua manere debeant: prius eligenda eſt, vt mutandi hoſpitij neceſſitas auferatur. — Matt. 10. b

e *Puluerem pe.* Puluis excutitur in teſtimonium laboris ſui: ꝙ ingreſſi ſunt in ciuitatem, & uſque ad illos prædicatio peruenit. Vel, excutitur, vt nihil ab eis accipiant, qui euangelium ſpreuerunt, nec etiã neceſſaria vitæ. Allego. Ne cõmunicetis inanibus verbis & geſtis perfidorum, quæ pulueri comparãda ſunt, ne caſtæ mentis veſtigiũ polluatur. Puluerẽ vero fidelis populi q̃ humana fragilitate colligitur, debet prædicator euãgelij abolere & quaſi ſuum in ſe ſuſcipere. Vnde Apoſtolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? — Allegor. — 2. Cor. 11. g — F

f *Egreſſi au.* In Marco legitur: Exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos egros & ſanabant. — Mar. 6. b

g *Audiuit au.* Notandũ ꝙ Herodes p̱p̱ diſſonos populi rumores prius hæſitauit, ſed poſtea confirmato animo dixit pueris ſuis vt apud Matthæum & apud Marcum legitur: Hic eſt Iohãnes baptiſta: & ipſe ſurrexit a mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. — †Mat. 14. a Mar. 6. c

h *Iohannes ſurrexit.* Qui Iohãnem cuius nullum ſignum viderant, reſurrexiſſe dicebant, per ſummam maliciam Ieſu reſurrexiſſe negabant, cuius multa mirabilia opera viderant, in cuius paſſione multa miranda contigerant. — Matt. 14. a Marc. 6. c — †nunciauerunt. — †Mar. 14. b Marc. 6. d

i *Narra.* Narrãt apl̃i dño q̃ fecerint, & q̃uo docuerint, q̃uo Iohannes dũ ipſi docerent, paſſus ſit. Vnde ſequitur.

k *Et aſſump.* Nõ ocioſis, nõ ĩ ciuitate ſynagog. e. i. ſæcularis dignitatis reſidentibus, ſed inter deſerta Chriſtum quærẽtib. cęleſtis gratiæ alimonia impertitur. Qui .n. non faſtidiunt, à Chriſto ſuſcipiũtur, & ſpũaliter & corporaliter, ẽt ſi indigent, curantur. Et nota, q̃a poſtq̃ perfecta eſt mentio paſſionis Iohannis, Chriſtus reficit, q̃a poſt defectũ legis, euãgelicus cib. incipit. Deniq; poſtq̃ curata eſt mulier q̃ geſtat figurã eccleſiæ: & poſtq̃ apl̃i ad ꝑdicãdũ ſunt miſſi, fit mentio refectionis, quia per apl̃os ĩ eccleſia vera refectio fit.

l *Seceſſit ſeor.* Decollato Iohanne ſecedit in deſertũ, q̃a relicta iudęa, q̃ propheriæ ſibi non credendo caput abſtulerat, in deſertũ eccleſię, q̃ virũ nõ habebat, verbi pabula largitur. Vnde & Bethſaida domus fructuũ iterp̃tatur. Et trãſeũtẽ ad gẽtes, multæ cateruæ fideliũ relictis męnib. priſcę cõuerſationis: neglecto variorũ dogmatũ munimine, ſequũtur, vt q̃ prius ĩ Iudęa tñ erat not⁹, iã ſup oẽm terrã exaltareẽ. *Seceſſit.* Cũ turbæ q̃dẽ volũtatẽ eũdi, ſed ꝑueniẽdi vires nõ haberẽt, iõ egrediẽ dñs de loco ſuo, & pergit obuiam, & v ſa turba miſeretur, & curat languores, vt fides plena ſtatim præmium conſequatur.

m *Secutæ ſunt.* Non iumentis, non vehiculis, ſed proprio labore pedum, vt ardorem mentis oſtenderent.

Sanabat

## CAP. IX.

a Conuocatis autem Ieſus duodecim apoſtolis dedit illis † uirtutẽ & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut langores curarent. Et miſit illos prædicare regnum Dei, & ſanare in-
b firmos. Et ait ad illos: † Nihil tuleritis in † uia, neque uirgam, neque perá, neq; panem, neq; pecu-
c niam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quamcumq; domum intra [a ¶Quamdiu in illa ciuitate prædicationis.]
d ueritis, ibi manete, & indè ne ex-
e eatis. Et quicũq; nõ receperint uos exeuntes de ciuitate illa, etiam pul-
f uerem pedum ueſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſſi autem circũibant per caſtella, euã- [a ¶Dum hæc fierent a domino in Galilæam Herodes decollauit Iohannem.]
g gelizantes & curantes ubiq;. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hęſitabat, eo ꝙ diceretur a quibuſdam,
h quia Iohãnes ſurrexit a mortuis: à quibuſdam uero, quia Elias apparuit: ab aliis autem, quia propheta unus de antiq̃s ſurrexit: Et ait Herodes: † Iohãnẽ ego decollaui, quis aũt eſt iſte, de quo ego audio talia? [a ¶Vt forte ſi ipſe ſit Iohannes, poſſit agnoſcere.] Et q̃rebat uidere eũ. Et reuerſi apo-
i ſtoli † narrauerunt illi quęcũq; fe- [a ¶Non timore mortis, ſed vt parceret inimicis, ne homicidium homicidio iungerent.]
k cerũt. † Et aſſũptis illis ſecẽſſit ſeor-
l [a ¶Pertinens & vicinus Bethſaidæ ciuitati Galilææ.] ſum ĩ locũ deſertũ † qui ẽſt Bethſai-
m dę. Q̃d cũ cognouiſſẽt turbę, ſequutæ ſunt illum, [¶Fatigatos.] & excepit illos & lo- [a ¶Docet inſcios. b ¶Non de ſecularibus. c Ægros.] quebaẽ illis de regno Dei, & eõs q̃

## NIC. DE LYRA CAP. IX.

G a Conuocatis au. *Deſcripta prædicatione Chriſti per ſeipſum, hic conſequenter deſcribitur prædicatio facta per miſſionem diſcipulorum. Et quia prædicator verbi diuini poſt deſcenſum per prædicationem ad proximorum, debet per orationem aſcendere in Deum, ſicut et in ſcala Iacob angeli deſcendebant & aſcendebant, vt habetur Gen. xxviij. Ideo ſaluator primo mittit diſcipulos prædicare. Secundo docet eos orare. xi. cap. Adhuc circa primum præmittitur miſſio apoſtolorum. Secundo, ſubditur miſſio ſeptuagintaduorum diſcipulorum ſequenti capi. Prima in duas: quia primo deſcribitur apoſtolorum miſſio. Secundo: eorum reuerſio, ibi Et reuerſi apoſtoli. Prima adhuc in duas, partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi: Audiuit autem herodes. Circa primam partem datur autoritas apoſtolis prædicandi, & poteſtas miracula faciendi ad confirmationem ſuæ doctrinæ: & ſic mittuntur prædicare. Et patet ſententia huius partis ex dictis Mat. x.* — Diuiſ. — †Mat 10. a Marc. 6. a — † poteſtatem & autoritatem. — †Marc. 6. b

d Audiuit au. *Hæc eſt pars incidentalis: quia per prædicationem apoſtolorum facta Chriſti prædicantium Herodes audiuit famam de miraculis Chriſti: & deſiderabat videre ipſum, magis ductus curioſitate videndi miracula quam deuotione: propter quod Chriſtus noluit in præſentia eius aliquod miraculum facere, vt habetur infra xxiij. Rationes vero quare aliqui credebant Chriſtum eſſe Iohannem, de quibus fuit iſte Herodes, alij Eliam, alij Ieremiam: alij vnum ex prophetis antiquis, tactæ fuerunt breuiter Matth. xvi.*

e Et reuerſi apoſtoli. *Hic deſcribitur reuerſio apoſtolorum de prædicatione, circa quod oſtenditur benignitas Chriſti ad apoſtolos. Primo eos benigne recipiendo. Secundo eos ad maiora incitando, ibi: Et factum eſt cum ſolus eſſet. Prima in duas: quia primo, deſcribitur benignitas Chriſti ad apoſtolos. Secundo ad populos ibi: Quod cum cognouiſſent turbæ. Circa primum dicitur:* Et reuerſi apoſtoli narrauerunt illi quæcunq; fecerunt. *Licet enim non indigeret tali narratione cum omnia ſciret per ſeipſum: & hoc etiã apoſtolis eſſet notũ, tamẽ retulerũt ei ꝑ modũ amicabilis collatiõis diſcipulorũ cũ magiſtro.* — H

f Et aſſump. *Vt requieſcerent ſegregati a tumultu populorum, & vt ſe recolligerent in oratione, ſicut fuerunt diſperſi in prædicatione.*

g Quod cum cognouiſſent turbæ. *Hic conſequenter deſcribitur benignitas Chriſti erga populos. Primo recipiendo eos curialiter, quod notatur cum dicitur: Et excepit illos. Secundo: quia pauit eos ſpiritualiter. Ideo ſubditur: Et loquebatur eis de regno Dei. Tertio, quia curauit languidos generaliter, cum ſubditur: Et eos qui cura indigebant, ſanabat. Quarto, quia* ¶ *famelicos* — Diuiſ. — †Ciuitati quæ uocatur Bethſaida.

### MORALITER.

✱ a *Conuocatis au.* Hæc autem facit prædicatoribus euangelij, ſi faciant quod in ſe eſt: eis dando poteſtatem eiiciendi dæmones ſpiritualiter de cordibus hominum & ſanandi languores vitiorum.

b *Nihil tale.* Hoc faciunt qui ſe diuinæ prouidentiæ committunt, rationabiliter tamen ne Deum tentent.

c *Et quicunque non receperint uos, exeun. &c.* Per quem ſignificantur leues motus impatientiæ, qui ſolent etiam in viris perfectis ex hoc ſubito ſurgere, qui ſtatim ſunt excutiendi per uirtutem patientiæ.

d *Audiuit autem.* Per iſtum ſignificantur curioſi, qui facta mirabilia bonorum videre quærunt & audire, ſed non imitari.

e *Et reuer.* Per hoc oſtenditur, quod prædicatores poſt prædicationis diſcurſum redire debent ad contemplationis ſecretum, & opera ſua coram Deo diſcutere, vt de bonis gratias agant, & de defectibus veniam petant.

h *Et loque.* Oſtendens quod inter religioſos non debet eſſe locutio de fabulis, ſed de ſactis ſcripturis.

i *Et eos &c.* Et ſicut fecit corporaliter, ſic debent prædicatores & doctores facere ſpiritualiter. Et hoc eſt contra illos, qui multum

✱ occupantur



A a *Sanabat.* Nemo cibũ Chr̃i accipit, niſi antea ſanatus fuerit: quia poſt remiſſionẽ peccatorum tribuitur alimonia cęleſtis.

b *Dies au. cę.* Declinata die reficit, quia vel fine ſeculorũ ꝓpinquante: vel cũ ſol iuſticiæ occubuit, a ſpũali fame ſumus ſaluati: Et nota ordinẽ myſterii: Prius per remiſſionem pc̃tõrũ vulneribus medicina tribuitur, poſtea alimonia menſæ cęleſtis expenditur.

c *Non ſ. n.* Nota q̃a dñs cuiq; pro viribus dona tribuens, & ad pfectiora ſp̱ ꝓuocans, ne aut infirmũ validior cibus opprimat, aut validũ exilia alimẽta non ſatient. Primo quinq; panibus hordeaceis quinq; millia. Scdo, ſeptẽ panibus quatuor milia hoĩm refecit. Tertio, diſcipulis myſteriũ ſuæ carnis & ſanguinis tradidit: Ad vltimũ magno munere dat electis, vt edãt & bibãt ſup mẽſam ſuã in regno. Nõ erãt apl̃is niſi quinq; panes Moſaicæ legis, & duo piſces. i. illæ duæ perſonæ, quæ in Iſraelitico populo vngebãtur, ad regẽdũ populũ: reges & ſacerdotes, in q̃bus nulla plenaria refectio poterat inueniri. Quandiu .n. tegitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper corda eorũ. — Ioan. 6. b Marc. 8. b Ioan. 6. f — † cõmeatũ — Luc. 12. c — Exo. 34. d

d *Niſi for.* Nõdum intellexerant apoſtoli fidem populi credentis non eſſe venalem, ſed nouerant nos potius eſſe redimẽdos per ſuas eſcas gratuitas. — † diſcubitus.

e *Quinq; mi.* Per quinq; milia ſignificãtur, q̃ in ſeculari adhuc habitu p̱ quinque ſẽſus corporis exterioribus q̃ poſſidẽt, bñ vti nouerũt. Qui quinq; panibus aluntur, q̃a tales neceſſe eſt legalibus adhuc ꝓceptis inſtitui, & legali timore cõprimi. Nã q̃ mũdo integre renũciãt & quatuor ſunt milia p̱p̱ euangelicam doctrinã, & ſeptem panibus. i. ſeptiformis ſpiritus reficiũtur gratia.

f *Per con.* Diuerſi cõuiuãtium diſcubitus, diuerſos per orbem eccleſiarũ deſignãt cõuentus. Quinquageni diſcũbũt, q̃ adhuc in pn̄ia peccatorũ poſiti, auditũ verbi ꝑcipiũt. Nã quinquageſimus eſt pn̄iæ pſalmus. Scd̃m aliũ euangeliſtam centeni diſcumbunt, qui præſumpta veniæ ſpe ſolo vitæ æternæ deſiderio ſuſpirant, quia centenarius de læua tranſit ad dexteram. — † ſolitarie — B — Mar. 6. f — † antiquis — Mat. 14. b

g *Et di. o.* Scd̃m aliũ euãgeliſtã quinq; milia ſup fęnũ diſcũbunt, q̃a illi q̃bus adhuc ſũt corporales ſenſus, mollioribus delectanẽ. Oĩs. n. caro fęnũ. Quatuor milia ſup terrã recũbũt, plus eſt .n. terrã premere q̃ ſuper fæno iacere. — Iſa. 40. b — † intermiſatus illis

h *Acceptis au. quin. pa. & duo. piſ. reſ.* Non noua creat cibaria, ſed his quæ habent diſcipuli, benedixit: quia veniens in carne nõ alia q̃ quæ prædicta ſunt prædicat: ſed prophetię dicta myſteriis gratiæ grauida demonſtrat. Aſpicit in cęlum, vt illic dirigatur mentis acies, vbi lux eſt ſcientiæ. Frangit & diſcipulis tribuit: vt ponerent ante turbas: quia clauſa legis & prophetarũ ſacramenta eis, qui per mundum prædicant, patefecit. Quod ſupereſt turbis diſcipuli tollunt: quia ſecretiora ſacramenta quæ rudes non capiunt, perfecti inquirunt. Nam per. xij cophinos Apoſtoli & eorũ ſequaces figurantur foris hoĩbus deſpecti, intus ſalutaris cibi reliquiis ad alenda humilium corda cumulati. Elegit. n. Deus infirma mundi, vt confundat fortia. Et manus, quæ prius in cophino ſeruierat, iam per crucem Chriſti vitę cęleſtis operatur alimoniam: & eo cibum fidei congerit, vbi ante erat cœnum perfidiæ Gentilis. — 1. Cor. 1. d

i *Et fregit.* Frangendo multiplicati ſunt panes, vt plurimos paſcant. Lex. n. Moyſi dum exponitur, multos libros facit. In lege dr̃: Non mœchaberis. Hunc panẽ frãgit Chriſtus, diuidit hoc verbum non aliunde adijciens, ſed de ſuo partiens. Qui videt (inquit) mu. ad con. eam: iam mœ. eſt eam. Habes fragmẽtum: De ſuo addit: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eũ. Habes aliud. Etſi dextera tua &c. abſcide eã. Et: Qui dimiſſam a uiro ducit, mœchaẽ. Vides ex vno q̃ multa fragmenta. — Exod. 20. b Mat. 5. d — Ibidem

k *Diſtribuit di. ſ.* Prouocat apoſtolos ad fractionẽ panis, vt illis non habere teſtantibus magnitudo ſigni notior fiat. Inſinuat quod per eorũ doctrinã ieiuna corda quotidie ſunt paſcẽda.

l *Et ſatu. ſunt.* Quod manducans populus ſatiatur, ſigñat famẽ in perpetuũ ab electis repellendã, quia non eſuriet qui acceperit Chriſti cibum. Quod Apoſtoli miniſtrant, futuram diuiſionem dominici corporis & ſanguinis pronunciat. — C

m *Cophini duo.* Cur quinq; milibus hominum plus redundat, quatuor militibus minus? Quia quatuor milia triduo cum Chriſto fuerunt, & ideo amplius cęleſtis pabuli receperunt.

n *Et fa. eſt.* Poſt miraculũ cũ turbę vellẽt eũ facere regẽ, dimiſſa turba fugit & aſcẽdit in mõtẽ ſolus orare; & antequã diſcipuli aſcenderẽt in nauiculã, aderant cũ ipſo: Ipſe aũt ſolus orat patrem. Poſſunt .n. ſc̃ti fide & amore dño cõiũgi, & cũ hoĩbus excellentiorem intueri, & conuerſationem eius in carne paſſibus humilitatis ſubſeq̃, ſed incomprehẽſibilia paternæ poſitionis arcana ſolus penetrat, & ſolus q̃d orandũ nouit orat. Cum diſcipulis aũt non reperitur oraſſe, ſed ſolus obſecrat, quia Dei conſiliũ humana corda nõ capiũt, nec quiſquã põt interiorũ particeps eſſe cum Chriſto. — Ioan. 6. b †Mat. 14. b — †Mat. 14. d Mar. 6. e

o *Quem me. di. eſ. tur.* Exploraturus fidẽ diſcipulorũ, prius vulgi ſñiam inquirit, ne apl̃orũ fides firmata videatur vulgari opinione, ſed veritatis agnitione. Merito turbæ noĩantur, quæ diuerſas de domino ferunt ſententias, quorum ſermo & ſenſus inſtabilis eſt & vagus: a quibus ſuos diſtinguens ait: *Vos autem quem me eſſe.* — †Mar. 6. f Ioan. 6. b — † diſcumbere fecerunt.

p *Ioannẽ Ba.* Opinio de Iohanne ideo forte erat, q̃a in vtero matris poſitus, domini pręſentiã ſentiebat. De Elia, quia raptus eſt in cęlum, & venturus creditur. De Ieremia, quia in matris vtero ſanctificatus eſt. — 4. Reg. 2. b Iere. 1. b

q *Vos au.* Qui tractat, debet audientiũ conſiderare perſonas, ne prius irrideatur quàm audiatur.

r *Chriſtum Dei.* Cõplexus eſt oĩa, q̃ & naturam & nomen expreſſit. In nomine. n. Chriſti & diuinitatis & incarnationis eſt expreſſio & fides paſſionis. Hæreticus & ſi nomẽ Chriſti nõ negat, Chriſtum tamen negat, qui non omnia, quæ Chriſti ſunt, cõfiteẽ. — D

ſ *Præcepit ne.* Iubet tacere diſcipulos vt fallat principẽ mundi, & vt declinet iactãtiã, doceat humilitatẽ. Simul ne adhuc rudes & imp̃fecti diſcipuli maioris ꝑdicatiõis mole opprimerẽẽ.

Completo

a cura indigebant, ſanabat. † Dies autem cœperat declinare. Et acceden-
tes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in caſtella & villas, quæ circa ſunt, diuertant & inueniant † eſcas, quia hic in loco deſerto ſumus. Ait autem ad illos: Vos date
c illis mãducare. At illi dixerũt: † Non ſunt nobis plus quàm quinque pa-
d nes & duo piſces: niſi fortè nos eamus, & emamus in omnem turbam hanc eſcas. Erant autem ferè
e viri quinq; millia. † Ait autem ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcum-
f bere per † conuiuia quinquagenos:
g & ita fecerunt. Et † diſcubuerunt
h omnes. Acceptis autem quinq; panibus & duobus piſcibus, reſpexit
i in cœlum & benedixit illos, & fregit
k & diſtribuit diſcipulis ſuis, ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt
l omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis fragmento-
m n rum, cophini duodecim. Et factum b
eſt cum † ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli: & interrogauit illos c
o dicens: Quem me dicunt eſſe turbę? At illi reſponderunt & dixerunt:
p Iohannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij vero, quia propheta unus de † prioribus ſurrexit. Dixit aũt illis.
q Vos autem quem me eſſe dicitis? Re- [¶Non populi ſententiam expectat, ſed ſuam promit. ¶Vnus pro omnibus.]
r ſpondẽs Simõ Petrus, dixit: Chriſtũ
ſ Dei. At ille † increpans eos præcepit

## NIC. DE LYRA.

¶ *famelicos pauit corporaliter, vt patet in litera ſequenti. cuius expoſitio patet ex dictis Matth. xiiij.*

b Et factum eſt. *Hic cõſequẽter oſtẽditur beniuolẽtia X̃pi ad diſcipulos, incitãdo eos ad meliora, videlicet ad martyriũ, q̃d eſt ꝑcipuus actus charitatis, ſcd̃m ꝙ dicit Saluator. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo hẽt, quam vt animã ſuã ponat q̃s ꝓ amicis ſuis. Primò igitur inuitat eos ad martyriũ verbo. Scd̃o, facto, ibi: Factũ eſt aũt dũ cõplerẽtur. Prima in duas: q̃a primò, incitat eos verbo ad martyriũ. ſcd̃ò, oſtẽdit martyru præmium, ibi: Dico autem vobis. Circa primum præmittitur Chriſti duplex interrogatio, & duplex diſcipulorum reſponſio: Videlicet quid vulgares de Chriſto dicerent: Et quid apoſtoli de hoc ſentirent. & patet ſententia ex dictis Matth. xvi. Sciendum tamen, ꝙ interrogatio Chriſti non procedebat ex ignorantia. ſed vt ex reſponſione diſcipulorum qui credebant ipſum eſſe veraciter Chriſtum Dei filiũ, efficacius incitaret eos ad martyrium exẽplo eiuſdem animati, qui cum eſſet tantæ dignitatis, voluit pro nobis mortem pati. ideo ſubditur:* — Ioan. 15. b

¶ Hoc di-

### MORALITER.

✱ occupantur circa vnam perſonam conſilio ſpirituali non multum indigentem, & circa peccatores multum indigentes, paruam aut nullam adhibent curam.

a *Et ac. xij. di. il. di. turbas.* Per quinq; panes, quinq; libri Moyſi. Per duos piſces, prophetæ & agiographa. per. xij. cophinos, noui teſtamenti doctrina. per apoſtolos, ſcripta & prædicata deſignantur, quibus fideles ſpiritualiter nutriuntur.

c *Et inter il. di. Quem me di. eſſe turbæ.* Hoc autem quæſiuit, vt falſas opiniones à ſuis diſcipulis remoueret, & de veritate melius informaret. Sic doctor euangelicus debet errores deſtruere, vt melius poſſit aſtruere veritatem.

✱ Iſta oportet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E Completo aũt paſſionis ſacramento, oportunius dicitur apoſtolis: Euntes docete oẽs gentes, baptizãtes eos in noĩe patris & filii & ſpiritusſancti. Tũc nõ ꝓdeſſet eũ publice p̄dicari Dei filiũ, quẽ mox erãt viſuri flagellatũ & crucifixũ. Prohibent ergo eũ euãgelizare Dei filiũ, vt euãgelizarẽt poſtea crucifixũ. Mat. 28.d

*a Dicebat au.* Quæ ad fidẽ dominicæ natiuitatis vel paſſionis pertinent, ſolis ſeorſum diſcipulis aperuit: ſed hæc ad omnes.

*b Abneget ſe.* Niſi qs a ſeipſo deficiat, ad eũ, qui ſup ſe eſt, nõ appropinquat: Et nouitatẽ, ad q̃ vocaſ, nõ apprehendit, niſi mactet vetuſtatem, in qua natus fuit: Et cum ceſſat a vitiis, exquirat etiam virtutes. vnde ſubiungitur:

*c Et tol.cru.* Crux tollit qñ per abſtinẽtiam corpus afficitur, vel per cõpaſſionẽ proximi affligitur animus: Quod etiam aliqui philoſophi fecerunt. Et ſequatur me: Hoc ſolus Chriſtianus.

*d Nam qui me eru.* Sicut perſecutionis tp̄e ponenda eſt anima: ita in pace frãgenda ſunt deſideria terrena, ut quãto videtur homo ſecurior, tanto ſit ad ſui cuſtodiam ſollicitior

*e Quid.n.profund.* Quia aliqñ tp̄alia deſpicimus, ſed humana verecundia p̄pediti, rectitudinem, quam habemus in mẽte, non audemus voce exprimere, congruum medicamentum ſubiũgit: *Qui me eru.* Perſecutionis tp̄e poterãt erubeſcere fideles ſubſtãtiis nudari, honoribus deiici, verberibus affligi. Pacis tp̄e ſępe veremur a ꝓximis deſpici, iniurias verborũ pati, prius ſatiſfacere illis, quibus fuimus irati. Habet ergo Chriſtianus etiam in pace vbi in cõfeſſione Chriſti veraciter poſſit ꝓbari .ſ. ſi imitaſ humilitatẽ ſui capitis. †Mat.16.d Mar.8.d †Mat.16.d Mat.9.a

*f Hunc fi.ho.* Non ſufficit ad probationẽ fidei vox ꝓfeſſionis, quã defendit a verecundia profeſſio generalitatis. F

*g Aliqui hic ſtan.* Qui ſtat cum Chriſto non guſtat mortem, quia nec tenuem mortis æternæ ſenſum habebit, qui Chriſti conſortia meruerit, cui nec in morte interrumpitur ordo viuẽdi. †Mat.17.a Mar.9.a

*h Donec vi.re.* Quia arduũ erat animã periculis, corpus morti offerre, ſuſtentant infirmitatem humanæ mentis remunerationem præſentium, ne frangatur deſperatione vel tædio. Viſa n. ęterna gloria, & ſi in tranſitu & ad breue momentum, fortiores tamen contra mundi aduerſa redduntur. Promittit itaq; futuram gloriam in tranſitu videndam in terra, vt certius in cœlo ſperetur æterna. Vel promittit aliquos de diſcipulis viſuros dilatationem eccleſię antequam per mortem recedant de mundo, vt in præſenti contra mundi gloriam erecti, certius credantur in cœlo regnaturi. † effulgurans.

*i Poſt h.u.* Alii, qui ſex dies tantum numerant, poſt ſex ætates ſeculi ſanctis a labore quieſcendum ſignant. Lucas qui & primum, quo promittitur, & vltimum, quo ꝓmiſſio impletur cõnumerat, octaua innuit reſurgẽdũ. Nã ſicut Chr̃s poſt ſextã ſabbati, qua crucẽ aſcẽdit, & poſt ſeptimã ſabbati, qua in ſepulchro qeuit, octaua die reſurrexit, ſic nos poſt ſex ſeculi ętates qbus ꝓ dño patimur et laboramus, et poſt ſeptimã quietis aĩarum, quæ interim in alia vita geriſ, octaua ętate reſurgemus. Mat. 20.b

*k Aſſumpſit Pe.* tres tm̃ dicit: qa multi vocati, pauci electi: & q fidem trinitatis inuiolatã ſeruant, æterna merentur viſione lętari. Scit meritorum cognitor perfectiores fuiſſe cæteris tres apoſtolos. Signãt illos, qui habent fidem, ſpem, charitatẽ. Vel per Petrum, præpoſiti ſiue coniugati, per Iacobum, pœnitens vel actuales, per Iohannem, Virgines uel Theorici.

*l Aſc.in m.* In mõtẽ oratur⁹ aſcẽdit, vt innuat, qa q reſurrectionem expectant, mentẽ in excelſis eleuare, & continuis precibus dẽnt inſiſtere. Pro poſſibilitate cuiuſq; minuitur uerbũ, aut creſcit: & niſi altioris prudentiæ cacumen aſcendas, nõ tibi apparet ſapiẽtia, non apparet myſteriorũ cognitio, nõ apparet quanta ſit gloria, quanta ſit ſpes in Dei verbo: ſed apparet ſermo natus ex virgine literarũ opertus inuolutionib. Sed aſcende, crede natũ de virgine, natũ de ſpiritu, triumphãtẽ in cruce, mortuos ſuſcitantẽ. iam perfecta eſt verbi facies altera. G

*m Et fa.eſt.* Transfiguratus, non ſubſtantiam veræ carnis amiſit ſed gloriã, vel ſuæ vel noſtræ reſurrectionis oſtendit: q qualis tunc apoſtolis, talis poſt iudicium cunctis apparebit electis. Nam in ipſo iudicio & bonis & malis in forma ſerui apparebit, vt videant in quem pupugerunt.

ne cui dicerent hoc, dicens: Quia ᵃ oportet filium hominis multa pati, & reprobari a ſenioribus & principibus ſacerdotum & ſcribis, & occiᵃdi, & tertia die reſurgere. Dicebat autem ad omnes: † Si quis vult poſt ᵇ
ᵃ Non tantum ſua, ſed etiam ipſum ſecundum quod fuerat homo vetus.
ᵇ me uenire, abnẽget ſemetipſum, & ᶜ tollat crucem ſuam quotidie, & ſe-
ᵃ Qui tempore perſequutionis vult præſentem vitam cuſtodire.
quatur me. Qui enim voluerit ani- ᵃ In futuro.
mam ſuam ſaluam facere, pẽrdet ᵃ Vitam æternam. ᵇ Econtrario. Vitam præſentem.
ᵈ illãm. Nãm qui perdiderat animam ſuam propter me, ſaluã faciet illam. ᵉ † Quid enim proficit homini, ſi lucretur vniuerſum mũdum, ſeipſum autem perdit, & detrimentum ſui fa-
ᵃ i. erubeſcibilia de me confiteri voluerit.
ciat? Nam qui me erũbuerit, & meos ᶜ ᶠ ſermones, hunc filius hominis eru- ᵈ ᵃ Abijciet.
beſcet, cùm venerit in † maieſtate ſua & patris & ſanctorum angelorum. † Dico autem vobis vere, ſunt ᵉ ᵍ aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt
Temporaliter. ᵃ Glorificationem corporis in transfiguratione. Imaginariam repræſentationem futuræ beatitudinis.
ʰ mortem, donec videant rẽgnũ Dei. ⁱ † Factum eſt autem poſt hæc verba ᶠ
Vt tribus idoneis teſtibus totus mundus crederet. ᵃ Qui claues cœlorum accepit.
ᵏ ferè dies octo, & aſſumpſit Pẽtrum
ᵃ Qui primus ſolium ſacerdotale aſcendit. ᵇ Cui mater committitur.
& Iãcobum & Iohãnnem, & aſcenˡdit in montem vt oraret. Et facta ᵍ ᵐ eſt, dum oraret, ſpecies vultus e-
Sicut ſol.
ⁿ ius altera, & veſtitus eius albus ʰ ᵒ † refulgens. Et ecce duo uiri loque-

*n Et ve.eius.* Veſtes dñi, ſancti ſunt, qui Xp̃m induerũt. Quæ veſtis dño in terris cõſiſtẽte deſpicabilis, & aliorũ ſimilis viſa eſt, ſed dño montẽ aſcendente fulget, quia nondum apparuit quid erimus: ſed tandem ſimiles ei erimus, quando videbimus eum ſicuti eſt, Vel veſtimenta verbi ſermones ſunt ſcripturarum, & quædam indumenta diuini intellectus: Quia ſicut illis apoſtolis in altera ſpecie apparuit, ipſe, & ueſtis eius refulſit, ita & oculis mẽtis tuę iã diuinarũ ſenſus albeſcit lectionum. ‡Mat.16.d Mar.8.d

*o Ecce duo vi.* Notandum eſt, non corpora vel animas Eliæ vel Moyſi apparuiſſe, ſed ex aliqua ſubiecta creatura illa corpora formata fuiſſe. Põt ẽt credi angelico miniſterio illud factum eſſe, vt angeli eorum perſonas aſſumerẽt. Mortuus & viuus apparent, ut ſignificent Chriſtum

## NIC. DE LYRA.

¶ a Hoc dicens. quia o.fi.ho.mul.pa. *Patet ſententia ex dictis Matthæ.xvi. excepto quod ſubditur:*

c Nam qui me eru. *non audens confiteri Chriſtum & veritatem euangelij.*

d Hunc fi.ho.eru. *non reputãs eum de ſuis. Ratio autem huius eſt, quia non ſolum credere eſt neceſſarium ad ſalutem, ſed etiam confiteri ore, ſecundum q̇ dicitur Ro.x.b. Corde.n. creditur ad iuſticiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Hæc tamen confeſſio pertinet ad præceptum affirmatiuum: Quod licet obliget ſemper, non tamen ad ſemper: ſed pro loco & tempore occurrente caſu in quo ex omiſſione confeſſionis fidei ſubtraheretur honor debitus Deo. Vt ſi quis interrogatus de fide taceret, quando ex ſua taciturnitate crederetur ab alijs ipſum fidem non habere, vel ipſam fidem falſam eſſe: vel ob eius taciturnitatem alios auerti contingeret à fide: & ſic peccaret mortaliter, & per conſequens inter Dei filios non eſſet computandus.* †gloriis H

e Dico autem uobis. *Hic conſequenter oſtẽdit martyrij præmium, vt magnitudo præmij auferat terrorem ſupplicij. Et primo deſcribitur illa oſtenſio. Secundò, æmulationis diſcipulorum repreſſio, ibi: Et factum eſt in ſequenti die. Circa primum ſciendum, q̇ in hoc oſtendit præmium martirij, inquantum oſtendit ſe tribus diſcipulis ſuis in in forma glorioſa, quando transfiguratus fuit coram eis: quia ad conſimilem gloriam reſurgent corpora martyrum, ſecundum quod dicit apoſtolus. Saluatorem expectamus Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Et patet ſententia huius partis ex dictis Matt.xvij. exceptis quæ ſequuntur.* Ad Phil. 3.d

g Et facta eſt dum oraret. *Non eſt intelligendum, quòd quantitas vel figura faciei Chriſti fuerit mutata, ſed à gloria animæ tunc redundauit in corpus ipſius claritas, quæ eſt proprietas ipſius corporis glorioſi.*

h Et veſtitus eius albus refulgens. *vt claritas veſtis correſponderet claritati corporis.*

¶ Erant

## MORALITER.

✻ *a Quia opor.fi.ho.mul.* Prædixit ſuam paſſionem: & conſequenter induxit ad ipſius imitationem di.

*b Si quis vult poſt me uenire, abneget.* Conſimiliter boni prælati inducunt ſubditos ad bonum per exemplum ſui.

*f Factum eſt autem poſt hæc uer.* Per Petrum in fide feruentiſſimũ, ſignificatur fidei feruor. Per Iacobum inter apoſtolos primò martyrizatum, conſtantiæ vigor: Et per Ioannem virginem, mundiciæ cordis: Iſta tria conſcendere faciunt cum Chriſto montem contemplationis, & ibi videre ſpeciẽ futuræ beatitudinis: Et Moyſen & Eliã cum Ieſu loquentes. i. concordiam legis & prophetarum cũ euangelio: Et audire verbum illud, mentis auditu: Hic eſt filius meus

✻ dilectus, &c.



A ficent Chriſtum moriturum & poſt victurum: & vt viuamus Chriſto, & moriamur mundo. Etiam apoſtolis dat ſignũ de cœlo, vt fides eorum augeatur: Sed ſcribis tentantibus dare noluit, vt indurarentur.

*a Erant au.Moy.* Per Moyſen, infernales: per Eliam, cęleſtes: p apoſtolos, terreſtres ad iudicium venturi ſignificantur. †qui erãt.

*b Dicebant ex.* Moyſes i Legiſlator: & Elias prophetarũ eximius apparent cũ verbo, vt oñdãt ipſum eſſe qui locutus eſt in lege & ꝓphetis, & quẽ lex & prophetæ promiſerũt: Qui nõ in infimis, ſed in monte viſi ſunt: quia ſoli mente excelſi maieſtatẽ ſcripturę, quę in dño impleta eſt, perſpiciunt. Dicebant exceſſum eius, quem cõpleturus erat in Ierl̃m; quia lex & ꝓphetę quoſcunq; in cacumine fidei inueniũt, diſpenſationis ſuæ myſteriũ docẽt. Per Moyſen mortuũ, ſignantur ſc̄ti, q ab initio mundi vſq; ad diem iudicii defuncti: in ipſo iudicio ſunt reſuſcitãdi. Per Eliã viuẽtẽ, q viui inueniẽſ, qui in maieſtate uidentur: quia cum Chriſto regnabunt glorioſi, qui exceſſum eius dñt, quia tũc ſancti mĩam dñi laudabũt, qui pro ſalute eorum dignatus eſt mori. Tres teſtes hẽmus de terra. tres de cęlo: Moyſen & Eliã & ipſum patrẽ. Septimus ĩ medio eorũ eſt Dei filius, cũ ſoleat ſufficere teſtimonium triũ, & hic eſt teſtimoniũ plurimorũ. †exitum. †Matt.3.d Mar.1.b

*c Grauati er.ſom.* Somno grauantur, qa ſplendore incomprehenſibilis deitatis premiſ ſẽſus humani corporis. Vel ſomno grauanſ, vt reſurrectionis gloriam poſt corporis quietem viderẽt & ſancti eo verius maieſtatem dñi uidebunt, quo carnis ſuæ, in qua mortẽ vicerant, immortalitate gaudebũt. Tũc Moyſen & Eliã ſpeculabũtur in gloria, qa melius intelligent qũo vnum iota aut unus apex non pręteribit a lege, & quomõ dominus legem & prophetas non ſoluerit, ſed adimpleuerit. †factaeſſet †renunciauerunt. B Mat.5.b

*d Bonum eſt:* Qui ad montana conſcenderat, non vult ad terrena deſcendere, ſed ſemper in ſublimi perſeuerare: & eſt Petrus in perſona ingredientium regnum Dei. *Bonũ eſt nos hic eſſe.* Bonũ eſt in regno Dei eſſe. Q. nos ſoli hac luce fruemur, non Iudæi inuidi. *Tria ta.* id eſt verba, cogitationes, opera. †ab eo, cõtrectans eũ.

*e Vnum Mo.* Qũo noſcunt quos antea nõ viderũt? Per maieſtatẽ ſuper eos veniẽtẽ, ſicut in futura reſurrectione vnuſquiſq; alterum cognoſcet, & deſiderata in altero alter per charitatem intelliget. †Mat.17.c Marc.9.c

ᵃ bantur cum illo. † Erant autem Moy ᵃ ᵇ ſes & Elias viſi in maieſtate, & dice- ᵇ bant † exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. Petrus verò ᶜ & qui cum illo erant, grauati erant ᶜ
ᵃ Nemo niſi vigilans videt gloriam Dei.
ſomno: Et euigilãntes uiderunt maieſtatem eius, & duos viros, qui ſtabant cum illo. Et factum eſt cùm diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum,
ᵃ Vnde Apoſtolus: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.
ᵈ Præcẽptor, bonum eſt nos hic eſſe, ᵉ & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, et vnum Moyſi, et vnum Eliæ. ᶠ Neſciens quid diceret. Hæc autem ᵍ illo loquente, facta eſt nubes, et obũ
ᵃ Quia maiori luce ſuffudit.
ʰ brauit eos, et timuerunt intranti- ⁱ bus illis in nubem. Et vox facta eſt de nube, dicens: † Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Et dum ᵏ † fieret vox, inuentus eſt Ieſus ſoˡlus, et ipſi tacuerunt, et nemini ᵈ † dixerunt in illis diebus quidquam ᵐ ex his, quæ viderant. † Factum eſt ᵉ autem in ſequenti die deſcendentiⁿ bus illis de monte, occurrit † illis turba multa: Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magiſter, obſecro te, ᶠ reſpice in filium meum: quia vnicus ᵒ eſt mihi. Et ecce ſpiritus apprehendit illum, et ſubitò clamat, et elidit, et diſſipat eum cum ſpuma, et uix ᵖ diſcedit † dilanians eũ. Et rogaui diſcipulos tuos vt eijcerẽt illum, et nõ potuerunt. Reſpondens aũt Ieſus, dixit: † O generatio infidelis et † peruerſa; ᵍ

*f Neſciens quid.* Et ſi Petrus ex humana infirmitate neſcit qd dicat, in ſiti tamen dat ardoris indicium, dum eos quos uidere delectabat, etiam officio ſiſtere quærit. Errabat, quia in terra & in hac mortali carne, ſibi & coapoſtolis ſuis dari cupiebat regnũ, qđ in cęlis & carne mortali expoliatis eſt promiſſum. Sic errat, qui tria tabernacula legi & prophetis & euãgelio facere deſiderat, cum hæc ab inuicem non diſcrepent, non tria ſed vnum habentia tabernaculum, ideſt eccleſiam Dei.

*g Facta eſt nu.* Etſi Petrus ex infirmitate ignorat, placet tñ obſequii deuotio. Vnde & nubes obumbrat, diuini ſpiritus eſt iſta obumbratio, quę non caligat affectibus hoĩm, ſed reuelat occulta, cuius profectus oſtenditur audita voce dicentis: Hic eſt filius meus. Quia materiale quæſiuit tabernaculum, nubis accepit obumbraculum, vt diſcat in reſurrectione, non regimine domorũ, ſed ſpiritusſancti gloria ſanctos eſſe protegẽdos.

*h Et ti.* Timẽt, quia humana fragilitas conſpectũ maioris gloriæ ferre non ſuſtinet, & quanto quis ampliora quæſierit, tanto magis ad inferiora collabitur, ſi menſurã ſuã ignorauerit.

*i Facta eſt vox.* Vox patris Petrum ſublato terrore docet veritatem. Et nota, q̇ ſicut domino baptizato, ſic & transfigurato myſterium trinitatis declaratur, quia gloria, quã in baptiſmate confitemur, in reſurrectione uidebimus. Spiritus in colũba hic in nube lucida: quia qui nunc ſimplici corde fidem ſeruat, tunc aperta luce viſionis contemplabitur quod credidit: ipſaque, qua illuſtrabitur, gratia protegetur.

*k Inuentus eſt Ie.* Non Elias, non Moyſes, ſed quem ſolum uidetis, huic figendum eſt tabernaculum in corde. Recedunt ergo illi, ubi dominus cœpit deſignari, ne ad ſeruos uox patris miſſa putetur. Typice. Ablata nube & euaneſcẽtibus Moyſe & Elia ſolus cernitur: quia legi & prophetarum umbra diſcedente, uerum lumen coruſcante euangelij gratia reperiſ. Tres in principio uidẽtur, unus in fine: qa in fide perfecta unum ſunt. Omnes .n. in corpore Chriſti unum ſumus. Vel fortaſſe, quia lex & prophetę ex uerbo. quæ aũt ex uerbo cœperunt, in uerbo deſinunt. Finis.n. legis eſt Chriſtus ad iuſticiam omni credẽti. C Typice Rom. 12.b Rom. 10.a

*l Et ipſi tac.* Dño iubente tacent: donec filius hoĩs a mortuis reſurgat: ne incredibile ſit pro rei magnitudine, & poſt tantam gloriam apud rudes ſequens crux ſcandalum faciat.

*m Factum eſt au.* Pro qualitate meritorum, quotidie dñs alijs a cendit, dum perfectos, quorum cõuerſatio in cęlis eſt, ſublimius extollendo glorificat: & de æternis inſtruit & docet quæ a turba non audiri ualeãt. Aliis deſcendit, dum terrenos & incipientes confortat & docet & caſtigat. Phil. 3.d

*n Occur. illi t.* In mõte orat, docet, maieſtatem ſuam demonſtrat, patris uocem apoſtolis aperit, deſcẽdens a turba excipitur, miſerorum fletu pulſaĩ, infidelitatis peccata exprobrat, malos ſpiritus expellit.

*o Et ec.ſpi.* Matthæus Lunaticũ: Marcus ſurdum & mutũ deſcribit. Significat autẽ illos, qui ut luna mutanſ, nunquã in eodẽ ſtatu manẽtes, ſed per diuerſa uitia creſcunt & decreſcũt, qui nec fidẽ confitentur nec ipſius fidei audire uolunt ſermonem. Mat. 17.c Marc. 9.c Eccl. 27.b Ioh. 14.a

*p Rogaui di.* Latenter diſcipulos accuſat impoſſibilitatis, cum impoſſibilitas aliquãdo non ad curatorem ſed ad curandum referatur. Vnde dominus: Fiat tibi ſecundum uerbũ tuum. †Mat.17.c Mar.9.c D †illi

✻ Vſquequo

## NIC. DE LYRA.

¶ a Erant au. Moy. &c. in ma. *ſ. ipſius Chriſti, qui tunc apparuit in claritate glorioſa, vt dictum eſt.*

b Et di. ex. eius. *i. paſſionem eius futuram quam ſuſtinuit ex maxima charitate: Quæ dicitur hic exceſſiua, non quia exceſſerit medium virtutis, ſed quia excellentiſſimum eius gradum attingebat.* -& elidit

c Petrus ve. & qui cum il. erant. *Nam in præſentia maieſtatis opprimitur fragilitas humana.* †diſtorta

d Et nemini di. *Et hoc ex præcepto Domini, vt patet Matth.xvij. vbi præcepit eis dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à morte reſurgat.*

e Factum eſt au. in ſe. die. *Hic conſequenter reprimitur diſcipulorum æmulatio. Et primò facto. Secundo, uerbo, ibi: Intrauit aũt cogitatio. Circa primum ſciẽdum, q̇ eo quod Chriſtus duxit Petrum, Iacobum & Iohannem ſeorſum ab alijs ad videndum gloriã ſuæ maieſtatis, ut prædictũ eſt, alij diſcipuli (qui nõdum erant in bono confirmati) aliquid humanũ paſſi, moti fuerunt quodam zelo inuidiæ contra tres prædictos: & ideo poteſtas eiiciendi dæmones fuit eis ſubtracta: & ideo non potuerunt curare dæmoniacum eis oblatum, vt patet in litera, vt hoc aduertentes reſilirent à tali æmulatione: & ideo in fine dicitur eis.*

¶ Ponite

## MORALITER.

✻ dilectus, &c. & dicere per expirationem dulcedinis diuinæ: *Bonum eſt nos hic eſſe.*

*f Magiſter, obſe.te, re. in filium meum.* Iſte non plene credebat: ideo dictum fuit ei:

*g O generatio infidelis & peruerſa.* Et per eius filium dæmoniacum ſignificatur peccator à pueritia malè nutritus, propter quod difficilior eſt cura eius; ideo dicitur, q̇ apoſtoli non potuerunt eum curare. Et cum adduceretur ad Chriſtum, dæmon alliſit eum & grauiter afflixit. Per quod ſignificatur, quod quando peccator maxime diuturnus vult reuerti ad Deum, diabolus ſibi ſuſcitat graues afflictiones ad ipſum impediendum. Per hoc autem, quod Chriſtus increpauit dęmonem affligentem, & non afflictum hominem, ſignificatur, quòd medicus animarum debet fouere naturam, & vitium increpare.

✻ *Intrauit*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Vſquequo ero apud uos & pa.* Non eſt tœdio affectus Dominus, nec iratus homini ſed vitio: ſicut medicus quando videt ægrotum contra ſua præcepta agentem, increpat illum. Cur artis ſuæ faciat induſtriam perire, ſe aliud iubente, illo aliud perpetrante? Et per iſtum vnum Iudæi arguuntur infidelitatis vnde & additur: *Adduc huc filium tuum.*

b *Et cum ac.* Dum puer ad dominum accedit, eliditur: quia conuerſi ad dominum plerumq; a dęmonio grauius pulſantur: vt vel ad vitia reducantur, vel de ſua expulſione diabolus ſe vindicet: Sicut in principio naſcentis eccleſiæ multa & grauia oppoſuit certamina illis, quos ſuo regno ſubtrahi videbat.

c *Et in.* Non puer vim patiēs ſed diabolus vim inferens increpatur, quia qui peccātem vult ſanare, vitium debet arguere & depellere: ſed hominē amādo refouere, donec ſanatum ſpirituali bus reddat patribus eccleſiæ.

d *Ponite vos.* Vos, qui meo diſcipulatui adhæretis, quibus arcana mea manifeſtius aperui, precioſi ſanguinis quo mundus redimendus eſt, euentū mente recondite: dum cæteri mirantur tanta facta diuinæ altitudinis.

e *Futurum eſt vt.* Inter magnalia potentiæ diuinæ ſæpius replicat abiecta paſſionis humanæ, ne ſubito veniens terreat, ſed leuius feratur præcogitata.

f *At illi igno.* Hæc ignorantia nō tam de tarditate, q̃ de amore naſcitur, quia adhuc carnales, & myſterij crucis ignari, quem Deum cognouerunt, moriturum credere nequeunt: ſed ſicut per figuras loquentem audire ſolebant, ſic etiam quod de ſua traditione loquebatur, figuraliter aliud ſignificare putabant.

F g *Intrauit au.co.* Quia viderant Petrū & Iacobum & Iohannem in montē ſeorſum ductos, ſecretumq; aliquod eis eſſe traditum: Sed & Petro ſuperius claues regni cęlorum eſſe promiſſas, eccleſiamq; ſuper eum eſſe ædificandam rati ſunt. Vel, iſtos tres cæteris: vel, omnibus apoſtolis Petrum eſſe prælatum. Vel quia in tributi ſolutione Petrum ipſi Domino parificatum viderant, ipſum cæteris præferēdum arbitrabantur. Sed ſciendum eſt iſtam quæſtionem & ante tributū et poſt tributum ſolutum eſſe factam.

h *Quicunq; ſuſ.pu.* Vel ſimpliciter: Pauperes Chriſti ab his, qui volūt eſſe maiores, pro eius docet eſſe honore ſuſcipiendos. Vel paruulos malicia docet eſſe, vt puerilis innocentiæ ſimplicitatem conſeruent, vt formam virtutis quam natura duce puer obſeruat, ipſi pro nomine Chriſti ſequantur ex induſtria.

i *Mere.* Qui imitatorem Chriſti recipit, Chriſtum recipit, & qui imaginē Dei recipit, Deum recipit.

k *Iohannes di.* Iohannes diligens Deū & a domino dilectus, excludendum putat a beneficio qui non vtatur obſequio, ideo docetur neminem a bono quod ex parte habet, eſſe arcendum, ſed ad hoc potius, quod nondum habet, eſſe prouocandū. Tales etiam ob aliorum ſalutem admittendi cēſentur. Igitur in hæreticis vel in malis catholicis, non ſacramenta communia in quibus nobiſcum ſunt, & aduerſum nos non ſunt, ſed diuiſionem paci veritatique contrariam, qua aduerſum nos ſunt, & dominum non ſequuntur nobiſcum, deteſtari & prohibere debemus.

l *Nolite prohibere. Qui enim.* Non reprehēditur Iohannes quia amore faciebat: ſed docetur, vt nouerit infirmorum eſſe firmorumq; diſtantiam, quia Dominus & ſi remunerat fortiores, non excludit fortiores.

*Domine,*

† ab eis

† Mat. 18.a Marc. 9.e

† puellum

† iuxta

† Marc. 9.f

a vſquequo ero apud vos, & patiar
b vos? Adduc huc filiū tuum. Et cum accederet eliſit illum dæmonium,
c & diſſipauit. Et increpauit Ieſus ſpiritum immundum, & ſanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in † Magnitudine Dei: omnibusq; mirantibus in omnibus, quæ faciebat*, dixit ad diſci-
d pulos ſuos: Ponite vos in † cordibus veſtris ſermones iſtos: † Filius enim
e hominis, futurum eſt, vt tradatur in
f manus hominum. At illi ignorabant uerbum iſtud, & erat velatum † ante eos, vt non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc ver-
g bo. † Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet. At Ieſus

a Intelligens cauſas errorum vult deſiderium gloriæ humilitatis contentione ſanare.

vidēns cogitationes cordis illorum, apprehendens † puerum, ſtatuit eum
h † ſecus ſe, & ait illis: Quicunq; ſuſcе-

Pauperem.

perit puerum iſtum in nomine meo

a Non ſolum ſecundum quod homo extra videor, ſed etiam ſecundum deitatem qua ſum patri æqualis.

i me recipit: Et quicunq; mē recipit, re

Quia idem ſum cum illo.

cipit eum qui me miſit. Nam qui minor eſt inter omnes vos, hic † maior
k eſt. Reſpondens autem Iohannes, dixit: † Præceptor, vidimus quēdam in nomine tuo eijcientem dæmonia: & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum. Et ait ad illos Ie-
l ſus: Nolite prohibere: Qui enim non eſt aduerſum † vos, pro † vobis eſt. Factum eſt autem dum comple-

Imminente tempore quo pati debuerat. Paſſionis.

rentur dies aſſumptionis eius, &

a Obſtinata & imperterrita mente locum, quo pati decreuerat, petit.

ipſe faciem ſuam firmauit, vt irēt in Ieruſalem. Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritano-

Hoſpicium.

a Samaritani, quia conſpiciunt eum ire Ieruſalem, non receperunt, quia non coutuntur Iudæi Samaritanis.

rum, vt pararent illi. Et non rēceperunt eum, quia facies eius erat † euntis Ieruſalem. Cum vidiſſent autem di-

§ a Ponite vos in cordi.ve.ſer.iſtos. *ſcilicet ad imitandum.*

G

b Filius ho.fu.eſt vt tra.in ma ho. *ad ſui humiliationem, ſecundum illud Phil.ij.a. humiliauit ſemetipſum factus obediēs vſq; ad mortē, &c. q.d. Non debetis per ambitionem inuicem æmulari, ſed magis in vobis humiliari. Cætera quæ in hac parte exponenda ſunt, patent ex dictis Matthæi decimoſeptimo.*

c Intrauit autem cogitatio in eos, quis eo.maior eſſet. *Et non ſolum cogitatio interior, ſed etiam contentio exterior, ſecundum quòd habetur Marci. ix.e. vbi dicitur. Siquidem inter ſe in via diſputauerant, quis eorum maior eſſet: Quod reprimit Saluator verbo & exemplo pueri poſiti in medio. Et patet ſnīa ex dictis Mat.xviij. & Marci.ix.*

d Reſpondens autem Ioh. *Hic ex incidēti reſpondet ſibi factæ quæſtioni. Et patet ſententia eſt dictis Marci.ix.*

f Factum eſt autem dum complerentur dies aſ *Superius Saluator excitauit diſcipulos ad martyrium verbo, hic hoc idem facit facto: Et diuiditur in duas. quia primò facit quod dictum eſt. ſecundò, remouet aliqua a ſuis ſequacibus, ibi: Factum eſt autem. Circa primum dicitur:* Factum eſt autem dum compler.dies aſ. eius. *Id eſt paſſionis, per quam tranſiturus erat, & aſſumendus ad gloriam patris, ſecundum quòd habetur infra.xxiiij.d. Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.*

g Et ipſe firmauit faciem ſuam. *Id eſt firmiter diſpoſuit.*

h Vt iret in Ieruſalem. *conſtanter & prōpte ad ſuſtinendum mortem, vt ſuo exemplo diſcipulos animaret.*

i Et miſit nuncios ante conſpectum ſuū. *vt aduentus eius non lateret.*

k Vt pararent illi. *ſcilicet hoſpitium.*

l Et non receperunt eum, quia fac. eius *Ex modo incidendi apparebat, vt iter eius eſſet in Ieruſalem ad feſtum Paſchale, in quo & Chriſtus paſſus eſt. Samaritanis autem diſplicebat, quod aliqui irent in ſolennitatibus Ieruſalem cauſa orationis: quia dicebant, quod locus orationis erat apud eos in monte Garizim, vt habetur Iohannis quarto. Item quia ex veſtimentis Chriſti & diſcipulorum eius cognouerunt Samaritani, quod erant Iudæi quia Iudæi erant diſtincti ab alijs Gētilibus in veſtibus, vt habetur Nume. decimoquinto.d. Iudæi autem erant Samaritanis odioſi, eo quod contemnebāt eos, nolētes comedere & bibere cum eis: ſecundum quod habetur Iohannis quarto.b. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.*

H

† magnificentia, maieſtate
† Ieſus
† aures veſtras
† Mat. 17.d Marc. 9.a
† magnus eſt
† nos
† nobis
† recta

§ Domine

## MORALITER.

✱ c *Intrauit autem in eos cogitatio quis eorum maior eſſet. At Ieſus videns cogitationes cordis illorum apprendens.* Per puerum, quem Ieſus accipiens ſtatuit iuxta ſe, ſignificatur innocens ſecularis, quem Chriſtus vocat ad obſeruantiam vitæ regularis. Et de iſto dicitur, quòd licet ſit minor in mundo, tamen eſt de maioribus in cœlo.

e *Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia: & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum.* Per hanc eiectionem (licet aliquando fiat à malis hominibus, vt dicitur Matthæi ſeptimo) ſignificatur opus bonum de genere, non tamen prohibendi ſunt hoc facere. Prouerb. tertiò. b. Noli prohibere eum qui bene facit, ſi vales & ipſe bene fac. Licet enim opus tale non ſit meritorium ſine charitate, tamen eſt diſpoſitiuum ad emendationem vitæ.

i *Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Et non receperunt eum, quia.* Per Iacobum & Iohannem, qui adhuc imperfecti erant, ſignificantur homines imperfecti quærentes nimis dure vindicari, ſed magiſter perfectionis prohibuit hoc fieri,

✱ Dixit



a *Domine, vis.* Be. Apli adhuc rudes & modū vindicādi ignorā A tes, nō ex amore correctionis aliorū, vel finiendæ malitiæ in illis, ſed ex odio vindictā deſiderāt. Hāc aūt ignorātiā dñs reprehēdit. Poſtq̃ vero eos de vera proximi dilectione docuit, aliquibus poteſtatem tribuit tales vindictas exercēdi, ſicut Petro in Ananiam & vxorē eius, quorū mors viuētibus vtilē metū mortis incuſſit: & in illis qui puniebātur, peccatum, quod augere poterant ſi viuerēt, finiuit. Sed hoc raro in nouo teſtamento, vbi ex amore ſeruitur, ſępius vero in veteri teſtamento vbi timore prēmebantur, talis poteſtas ſanctis viris a Deo collata eſt.

b *Dicimus vt.* Ad ſermonem iſtorum ignis de cęlo deſcenderet, quia ſunt filij tonitrui.

c *Et con.* In ſimilitudine Eliæ, qui & propria manu & igne diuinitus impetrato, presbyteros Baal morte affecit. Et in hoc quod apoſtoli poteſtatem talis prophete ſibi præſumunt, oſtenditur in ipſis fuiſſe meritum prophetarū. Amb. Nō peccāt apli, qui legē ſequūtur, quia ſciebant, & Phinees reputatū ad iuſticiā, qui ſacrilegos interemerat, & ad preces Eliæ ignē deſcēdiſſe vt prophetę vindicaret iniuria. Sed vindicetur qui timet, vindictam nō quærit, qui non timet.

d *Neſcitis cu.* Cuius ſpū ſignati eſtis, cuius acta imitamini, nunc pie conſulentes, ſed in futuro iuſte iudicantes.

e *Filius ho.* Perfecta virtus nō hēt ſtudiū vltionis, nec vlla eſt iracūdia, vbi eſt charitatis plenitudo. Be. Non ſemper in eos, qui peccant, eſt vindicandū, quia nōnūquā amplius prodeſt clemētia tibi ad patiētiā, lapſo ad correctionē. Deniq; Samaritani citius crediderunt, a quibus hoc loco ignis arcet.

f *Dixit qui.* Be. Iſte ſignorū magnitudine motus vult ſequi, vt ex miraculo B operū quæreret lucrū. Vnde & a dño repudiatur, qui nō obſequiorum ſpeciem, ſed affectus quærit puritatē. Dicit ergo tali fideli: Quid me propter diuitias & ſeculi lucra cupis ſequi? Ego tantæ ſum paupertatis, vt nec hoſpitiolū quidē habeā, nec meo vtar tecto. Vel, miraculis motus propter inanē iactātiā ſequi uoluit, quā ſignificāt aues, & finxit obſequium diſcipuli, quæ fictio per vulpem figuratur.

g *Vulpes fo.ha.* Be. Vulpis animal fallax, inſidiis intentum, rapinas fraudis exercens: etiam inter ipſa hominum hoſpitia habitans in foueis. Ita hæreticus domum fidei non habens alios in ſuam fraudem trahit & a fide ſeducit.

h *Vbi ca.ſu.re.* Reclinatio capitis, humilitatē Chri ſignificat, quam in illo ſimulatore & ſuperbo nō hēbat locū. Dēt aūt circumſpectū eſſe fidei hoſpitiū, ne dū infidelibus nræ domus interna reſeramus, in alienę perfidiæ caſſes improuida credulitate labamur.

i *Ait a.a.a.* Attēde dñm nō culpas aſpernatū ſed fraudes, quia qui repudiauit fraudulētū, elegit īnocētē: ſed eū cuius patrē ſciebat mortuū: Illū prēm, de quo dr: Obliuiſcere domū pris tui, &c.

k *Dom.p.* Quē miſerat dñs imprudētē uocat. qui diſcipulatū nō reſpuit, dignus eſt in quo diuinitas queſcit: ſed prius pietate funeris expleta liberior ſequi deſiderat. Sed dñs docet minora bona, pro vtilitate maiorū eē prætermittēda. Maius.n.eſt aīas mortuorū prædicando ſuſcitare, q̃ corpus mortui terra abſcondere.

l *Sine vt m.* Be. Myſtice. Nō reuocat ab officio pris filius, ſed fidelis ſecernit a cōione perfidorū: Quorū guttur eſt ſepulchrum patēs, qualis etiam hæreticus erat, quem ſupra vulpibus comparauit & auibus. Eſt.n. propria iuſtorum ſepultura, de qua dicitur: Hæc n mittens hoc vnguentum in caput meum ad ſepeliendum me fecit. Et ideo qui bona in ſe fide ſepelit Chriſtū, ut cum eo reſurgat, diaboli perfidias in ſe ſepelire nō dēt.

m *Renunciare his.* Si diſcipulus Deum ſecuturus arguitur, quod renunciare domui velit, quid fiet illis, qui nulla vtilitate ſępe viſitant domos ſuorum, quas derelinquerunt?

n *Nemo mit.ma.* Manū ad aratrum mittit, qui quaſi quodā inſtrumento compunctionis, ligno & ferro dominicæ paſſionis duriciā ſui cordis euertit, & ad bonos fructus aperit. Qui ſi ad relicta uitia deſiderio rapit, a regno Dei cū vxore Loth excluditur. Moral. Oīs arās ſi retro reſpiciat, aut inutilem aut tortuoſū faciet ſulcū, aut arātiū boū ſuorū ueſtigia uulnerabit: ita & qui directo tramite ac ſpūali vomere uitia mūdana perſulcans, incedit ad regnum Dei. Si aūt aſpectū ſuū ad impia & uana conuertit, biiugos ſuos, hoc eſt corpus atq; aīam C vulnerabit, & optimi itineris periculoſū nimis incurrit errorē.

In Luc. Euangel. c. 9.
Act. 5.
Idem 5.
3 Reg. 1.c
Idem.
Pſal. 44.
Myſtice Pſal. 13.
Mat. 26.a
Moraliter

ſcipuli eius Iacobus & Iohannes di-
a xerunt: † Domine, vis dicimus vt
b c ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos*? Et conuerſus increpauit
d illos & dixit: † Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud caſtellum. Factum eſt autem
f ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illum: Sequar te, quocunque
g ieris. * Et ait illi Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: Fi-

In tuo humili pectore non habet diuinitas, ubi familiari manſione quieſcat.

h lius autem hominis non habet vbi
i caput ſuum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem di-
k xit: Domine, permitte mihi primum † ire, & ſepelire patrem meum. Di-
l xitq́ue ei Ieſus: Sine vt mortui ſepeli-

a Non credentes. Hoc conſortibus relinquitur. i. qui de corpore ſine fide exierunt.

ant mórtuos ſuos: tu autem vade,

Hoc mandatur electis.

& annuncia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te Domine: ſed permit-
m te mihi primùm † renunciare his, qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus. † Ne-
n mo mittens manum ſuā ad aratrū, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.

## NICOLAVS DE LYRA.

§ a Do.uis di.vt ig.deſ.&c. *propter maliciā ſuā, ſcdm Ambro. Hoc bono zelo dixerūt, licet indiſcrete: Et allegauerūt ſimile de Elia. vnde ſeqtur: Sicut Elias fecit, vt hētur.iiij. Reg.1.c. Beda verò dicit, quod hoc dixerāt impatiētes, ſicut adhuc carnales volētes vindicari: Et iō reprehēdūtur à Chriſto de indiſcretione ſecundum Ambroſi. & de impatientia ſecundum Bed. cum ſubditur:*

b Neſcitis cu.ſpi.e. *Quia in nouo teſtamēto (quod eſt lex amoris, nō timoris ſicut vetus teſtamentum) procedendum eſt ſuauiter & benigne. vnde ſubditur:*

c Filius ho.nō ve.ani. p. *ſtatim inferendo pęnā mortis, ſicut vos vultis. Et in hoc datur exēplū prælatis, vt nō ſtatim cum impetu pctā puniant, ſed magis tps & locum expectent.*

d Factū eſt au. *Poſtq̃ Xps incitauit diſcipulos ad ſequēdū ipſum et vſq; ad martyrium, hic cōſequenter remouet aliqua à volentibus ſequi ipſum. Primū, eſt cupiditas terrenorū, cū dicitur: Vulpes fo.habent, &c. Scdm, eſt carnalitas propinquorum; cū dicitur: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos. Et patet ſnīa iſtorum duorum ex dictis Mat.viij.c. Tertiū, eſt inutilis dilatio, quæ notatur cum dicitur:*

k Et ait alter: ſeq.te domin. ſed permit. mi.pri. *Sic faciunt qui inutiliter ingreſſum religionis vel executionem melioris vitæ differunt. Et hoc remouetur exemplo conuenienti. cum ſubditur:*

l Nemo mit.ma.ſu. *Arator.n. retrò reſpiciēs facit ſulcū tortuoſum aut inutilē, ſic accipiēs melioris vitæ ſtatū, & habens affectū redeūdi ad priſtinū ſtatū: & prædicator verbi diuini retardās opus prædicationis pro amicis carnalibus vel terrenis negocijs, ineptus eſt regno Dei adipiſcendo vel poſſidendo.*

In Luc. c. 9. com. 5.
Ibidem. vbi ſup.
† Mat. 18.b
† vt valde dicam
† De pp.di.
D
2.c. penna ta

## MORALITER.

✱ e *Dixit qui. &c. quo ieris.* Iſte non veraciter loquebatur: ideo ſibi dicitur:

f *Vulpes fou.ha.* i. doloſi habent cautelas ad quas refugiunt, ne in ſuis malitijs comprehendantur.

g *Et uo.cœ.ni.* id eſt ſuperbi quærunt in altis eleuari.

h *Filius au.* i. qui ſecundū dictamē rationis viuit, talia non quærit.

i *Sine vt mor.* Moraliter. Mortui ſepeliūt mortuos, quando peccatores in peccatis ſuis mutuo ſe celant, & operiunt ſemetipſos. *Moral.*

l *Nemo mit.* Be. Si autem ſecuturus dominum diſcipulus, quia domi renunciare velit, arguitur: quid fiet illis, qui nulla utilitatis gratia viſitant ſępius domos illorum, quos in mundo reliquerunt? *Vbi ſup.*

In ca.ix. vbi dicitur in poſtilla: Sicut & in Scala Iacob angeli deſcendebant & aſcendebant.

## ADDITIO.

*Quod inducit de Scala Iacob, nō facit ad propoſitum ſuū. Nam ibi per oppoſitū legitur. ſ. quod angeli aſcendebant & deſcendebant per eam, ſcdm quam conſiderationem prædicator prius debet orare, & ſic in Deū aſcēdere, q̃ per prædicationem ad proximum deſcendat. Et hic eſt modus rationabilior. Nam oratio potius reſpicit futurum quàm præteritum. Iuxta illud. Petite & accipetis. Quod cōſonat vniuerſalis eccleſiæ cōſuetudini, ſcdm quam prædicatores verbi diuini et etiam auditores prius orant. Vnde non eſt neceſſarium, quod hæc viſio Scalæ Iacob applicetur diſtinctioni poſtil. ſed potius applicanda eſt prædicationis proceſſui debito.* *Geneſ. 28.c* *Matt. 7.a*

## REPLICA.

In ca.ix. vbi poſtil. facit aggreſſum & diuiſionem huius capituli, dicens: Chriſtus primum mittit apoſtolos ad prædicandum: ſecundo docet eos ad orandum, vt prædicator verbi Dei primò per prædicationem deſcendat ad proximum: ſecundò, per orationem aſcēdat ad Deum, ſicut in Scala Iacob vidit angelos deſcendentes & aſcen. &c. Iſtud exemplum Bur. ægre ferens, dicit ſcribi per oppoſitum Gene. xxviij.c. Sed vide ibi correctum, & etiam dicit ordinē illum eſſe rationabilem, quod prædicator primum aſcendat per orationem quàm deſcendat per prædicationem. Sed non videtur conueniens talis ordo, nam qui conſtituitur prædicator, debet primum, exercere officium, ad quod inſtitutus eſt: & ſic primo alijs proficere iuxta materiam inſtitutionis, & cōſequenter ad Deum inſtituētē cōuerti in oratione. Et quia facit iuxta inſtitutionē ſuā debitū, orare dēt poſt, vt ſortiatur effectū. Quilibet.n. nō ſolū predicator, prius debet ſe exercere in campo actionis quā ad cōtemplationem accedat. Niſi.n. prius cum Lia contraxerit, ad amplexus Rachelis peruenire non meretur. Cui non obſtat uſus eccleſię, qui prędicationi præmittit ora-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E præmittit orationem:nam talis oratio eſt petitio ſuffragij : Illa autem, quæ eſt portio contemplationis,eſt ſurſum actio deſiderij , ſicut prædicationi præmittitur ſtudium, vt reprimatur p̄ſumptio: ſic & oratio pro adiutorio,quæ ad contemplationem non pertinet, quæ eſt aſcenſus ſcalæ &c.Contemplatio.n.orat pro gratia ſurſum G actionis, ſed actio orat pro remotione impedimenti fruſtrationis: Contemplatio in ſolo Deo quietatur, actio pro ſe & alijs ſollicitatur.

## GLOS. ORD. CAP. X.

Poſt hæc &c. Sicut in apoſtolis eſt forma epiſcoporũ, ſic in ſeptuagintaduobus forma eſt presbyterorũ. Secundi ordinis ſeptuagintaduo mittũtur,qui totidem linguarum gentibus euangelium prædicarent,vt ſicut primò duodecim apoſtoli propter duodecim tribus Iſrael , ita & hi propter exteras Gentes deſtinẽtur imbuendas. Vel, cum Chriſtus ſe diem,apoſtolos horas huius diei nominet per huc numerum predicantiũ ſignum dat ſe fidem ſanctæ trinitatis mundo annunciaturum,ſicut ſol triduanũ ſuæ lucis ambitum per ſeptuagintaduas horas efficere ſolet.

b *Miſit ill.binos.* Per hoc ꝙ binos mittit, innuitur ꝙ nemo p̄dicationis officium debet ſuſcipere , qui erga aliũ charitatem non habet. Vel bini mittũtur, ſecundũ quod bina animalia miſſa ſunt in arcam ideſt maſculus & fœmina:immunda prius in carnali generatione, ſed mundata eccleſiæ ſacramento per ſpiritualem gratiam in diſcipulorum prædicatione.

†Matt.9.d in di. c.in ſeuo † extrudat

c *Meſſis quidem multa operarij autem pauci.* Meſſis, turba credentium, operarij apoſtoli & ſequaces eorum . Et licet meſſis verbo Dei ſit ſata , tamen culturæ laborem & ſollicitum munus operarij requirit, ne aues cœli ſparſa ſemina diſſipent.

Lupi natura

d *Sicut agnos inter lupos*. Sicut lupus ouibus,ſic hæreticus inſidiatur fidelibus. Et ſicut lupus ouile circumit nocte,non audens intrare,canis ſomnũ , paſtoris abſentiã vel deſidiã explorans,ſic hæreticus noctæ ſuæ interpretationis fideles decipere conatur eccleſiã nõ intrans,paſtores eccleſiæ vel vitare,vel necare , vel in exiliũ mittere cõtendit, Lupus natura corporis rigidus,ſe inflectere facile non poteſt ſic hæreticus intẽtionẽ duri cordis nõ ſolet ab errore reuocare. Vñ apl's:Hæreticũ hoiem poſt primã & ſecundã correctione duita,&c. Lupus vero ſuo impetu fertur, & iõ ſæpe illuditur,ſic hæreticus impetũ facit,ſed ſæpe remanet inanis ne nocere poſſit. Lupus ſi prius aliquem viderit , vocẽ illius quadã naturæ vi eripit,ſi homo illũ prius viderit,eũ exagitat.Sic quẽ verſuta diſputatiõe hæreticus p̄uenit,mutũ reddit ne cõfiteat̃ verbũ Dei:ſed ſi qs cõmẽta fraudis eius agnouerit, nõ patit̃ iactãtiã vocis.Sicut lupus,ſic & hæreticus guttur inuadit:vitalib⁹ vulnus affigit.Qualiter ãt hos effugere poſſimus, ſupponit di.

F — Titum 3.c — Matt.10.a

e *Nolite ergo portare ſacculum neq;.* Inde Matthæus:Nolite poſſidere aurũ neq; argentũ, nõ perã neq calceamẽta:Vtrũq; de corio mortui aĩalis fit.i. nihil mortale vult eſſe in illis quos ad p̄dicãdũ mittit,ne mortis timore retardentur ab iniuncto itinere. *Nolite ergo portare ſacculum,neq;.* Tãta p̄dicatori dẽt eſſe fiducia in Deo,vt p̄ñtis vitæ ſumptus & ſi non p̄uideat, tñ ſibi nõ defecturos certiſſime ſciat:ne dũ occupat̃ mens ad tpalia, minus p̄dicet æterna. Allegorice. Pecunia in ſacco clauſa, ſapiẽtia eſt occulta,quæ proximo non erogatur. Per perã,opera ſeculi:Per calceamẽta,mortuorũ operũ exempla figurãtur, vt prædicator onus ſecularium negociorum non portet, nec ſtultorum operum exempla conſpiciat, ne ſua opera quaſi ex mortuis pellibus credat munire. Qui non amore æternæ patriæ,ſed præmiorũ ambitu ſalutẽ p̄dicat audiẽtibus,quaſi in itinere ſalutat:quia hanc ex occaſione,non ex intẽtione ſalutẽ audiẽtibus exoptat. Omnis.n.qui in via ſalutat, ex occaſione itineris ſalutat non ex intentione habẽdæ eiuſdem ſalutis.

Allegor.

f *Neminem per viam ſa.* Feſtinate iubet contẽdere, ne alicuius obuij cõfabulatione reflectãtur ab iniuncto itinere. Nec ſimpliciter ait: Neminẽ ſalutaueritis,cũ ſit vſus humanitatis alios ſalutare,ſed addidit,in uia,qa nõ ſalutationis ſedulitas auferĩ, ſed obſtaculũ impediẽdæ deuotionis aboletur quãdo diuina mandantur,

## CAP. X.

Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuagintaduos, & miſit illos binos ante faciẽ ſuam

a ¶Vbi uerba prædicationis præcurrunt,uenit Dominus ad mentis habitaculum.

in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis : †Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, vt† mittat operarios in meſſem ſuam.

a ¶Septuagintaduos.

Ite. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.

a ¶Secundum prophetiam: Lupi & agni ſimul paſcentur.
b ¶Lupi,Scribę & Phariſæi,qui ſunt clerici Iudęorum.

Nolite ergo portare ſacculum , neque peram neque calceamenta,& neminem per viãm ſalutaueritis:

a ¶In uia non ſalutetis ſed in domo.

† In quamcumq;

disc. — a *Post hæc autem* —

diſcipulorum. *Circa quod primò deſcribitur eorum electio,ſecundò ad p̄dicandum miſſio,ibi:Ite ecce ego mitto vos.tertiò,eorũ reuerſio,ibi: Reuerſi ſunt autem . Circa primum dicitur:* Poſt hæc autem. *i.poſt miſſionem apoſtolorum ad prædicandum.*

b Deſignauit Dominus. *Ieſus ideſt ſignanter elegit . Vel dicitur,deſignauit, quia quos ab æterno prædeſtinauit ad hoc opus,temporaliter ad hoc inſtituit & applicauit.*

c Septuaginta. *in ſignum quòd poſt Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem in cælum, prędicaturi erant fidem Chriſti gentibus ſeptuagintaduarum linguarum .*

d Et miſit il.bi. *Tum propter mutuam cõſolationem , & propter mutuam conſeruationem vt vnus eſſet cuſtos caſtitatis alterius & aliorum bonorum. Tum propter confirmationem veritatis prædicandæ ab ipſis, vt in ore duorum teſtium ſtaret verbum. Tum in ſignum charitatis,quæ debet eſſe in prędicatore,ſecundum quòd exponit Beatus Grego.dicens: Binos ergo diſcipolos in prædicationem mittit , vt per hoc nobis tacitus innuat,ꝙ qui erga alterum charitatem non habet, prædicationis officium nullatenus ſuſcipere debet .*

Homil.in euangel.17. tom.1. Quare diſcipuli bini mittuntur

e Ante faciem ſuam. *ut aduentus Chriſti non lateret.*

f In omnem ci.& lo. *qa indifferenter Chriſtus & apoſtoli prædicabant in ciuitatibus & locis magnis & paruis.*

g Meſſis quidem mul. *quia multitudo gẽtiũ ad ſuſcipiendum verbum Chriſti per prædicationem apoſtolorum erat parata, vt dicit apoſtolus. & patet per effectum in Actibus apoſtolorum .*

†Matt.9.d Rom.11

h Operarij au.pau. *quia apoſtoli & Chriſti diſcipuli erant pauci reſpectu tantæ multitudinis conuertendæ. Et adhuc eſt ita ſecundum ꝙ exponi: Greg. quia licet in eccleſia ſint multi curati & eccleſiæ miniſtri,tamẽ pauci inueniuntur apti ad prædicandum ratione vitæ ſanctæ & ſanæ doctrinæ. Vnde dicit Greg. ſuper locũ iſtum: Ecce mũdus ſacerdotibus plenus eſt,& tamen in meſſe Dei rarus ualde inuenitur operarius , quia officium quidem ſacerdotale ſuſcipimus, ſed opus officij non implemus.*

H — Ibidem.

i Rogate ergo do.meſ.ut mit.ope.in meſ. ſuam. *quia nullus ſit aptus ad prædicationem verbi diuini niſi per gratiam Dei , & niſi ab eo miſſus mediate vel immediate .*

k Ite:Ecce ego mit.uos. *Hic cõſequenter deſcribitur diſcipulorum miſſio ad prædicandum:& patet litera ex dictis Matt.x.vbi ea,quæ hic ponuntur,poſita ſunt,licet non eodem ordine : exceptis quæ ſequuntur :*

n Neminem per ui.ſa. *i. ſaluum dixeritis in hac vita, in qua quilibet eſt incertus de ſalute futura , niſi ſuper hoc certificatus fuerit reuelatione diuina. Sed quia hæc expoſitio licet communis ſit, tamen videtur ſpiritualis ſeu myſtica:ideo aliter poteſt exponi magis ad literam , dicendo, quod in hoc oſtẽditur quanta diligentia & feſtinatione prædicator verbi diuini debeat officium ſibi iniunctum exercere,quia per hoc intelligitur,ꝙ non debeat ab officio ſibi iniuncto retardari propter familiaritatẽ* ¶ cum aliquo

## MORALITER.

* a *Poſt hæc de.do.* Septuaginta conſurgunt ex ductu denarij per ſeptenarium, ideo ſignificant impletionem decalogi cum ſeptem donis ſpiritusſancti . Per binarium ſuperadditum ſignificatur gemina charitas, Dei.ſ.& proximi, quæ debet eſſe in prædicatoribus euangelij.

e *Et miſit illos binos.* in ſignum mutuæ charitatis.

f *In om.ci.& lo.quo erat ip.ven.* Græg. Prædicatio pręuenit,& ſic ad habitaculum mentis Dominus venit. — vbi ſup.

g *Meſſis quidem multa.* id eſt credentium multitudo.

h *Operarij au.pauci.* quia licet ſint multi prædicatores quæſtuarij, tamen quærentes tantum animarum ſalutem ſunt pauci : propter quod rogandus eſt Dominus, vt tales multiplicet atq; mittat.

k *Ego mitto vos ſi.agnos.* i.manſuetos etiam inter crudeles. Pſ.cxix. b. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.

l *Nolite ergo portare ſac.* id eſt prædicare propter quæſtum.

m *Neq; calceamenta.* i.exempla dare mortifera. nam calceamenta ſiunt de pellibus mortuorum .

n *Et neminem per ui.ſalu.* i.nullum exiſtentem in uia præſentis vitæ ſaluũ dixeritis, † ſicut aliqui ꝑpter quæſtũ aliquos aſſicurãt de — † ſed

* ſua

## NIC. DE LYRA. CAP. X.

Poſt hæc au. *Poſtquam deſcripta eſt publicatio Doctrinæ Chriſti per prædicationem apoſtolorum, hic conſequenter deſcribitur eiuſdem publicatio per prædicationem ſeptuagint.duorum diſci-*



mandantur, pauliſper ſequeſtrentur humana.

A a *In ea.au.do.* Si pax vr̃a recipitur di nũ eſt vt in ea maneatis, carnalia ſtipendia ab eis accipientes, quibus cœleſtia offertis. Ecce qui ſaccum & peram prohibuit, ſumptus ex prædicatione concedit, ſic tamen vt oblato cibo & potu ſint contenti.

b *Mane .* Nõ eſt de domo in domum vaga facilitate demigrãdum, vt in hoſpitali amore ſeruet̃ ꝯſtãtia, ne coalita amicitiæ neceſſitudo facile reſoluat̃. — *autem

c *Dignus eſt e.* Nota ꝙ vni operi prædicatorum duæ mercedes debent̃: Vna in via, quæ nos in labore ſuſtentat: Alia in patria, quæ nos in reſurrectione remunerat .

d *Et in quam.ci.* Deſcripto diuerſo domus hoſpitio , quid etiam in ciuitatibus agere debeant, docet: pijs.ſ.in omnibus communicare , ab impiorum per omnia ſocietate ſecerni.

e *Etiam pul.* Puluerem excutere iubet: Vel ad conteſtationem terreni laboris, quem pro illis inaniter ſuſceperũt: Vel vt oſtendant vſque adeo ſe ab ipſis nihil terrenum quærere, vt etiã puluerem de terra eorum non ſibi patiãtur adhærere Aliter: Per pedes ipſum opus & inceſſus prædicationi ſignificatur: Per puluerem, quo aſperguntur, leuitas terrenę cogitationis, a qua ipſi doctores immunes eſſe nequeũt, cum pro auditoribus ſolliciti ſalubribus curis intendunt, & quaſi per itinera mundi vix calcaneo terræ puluerẽ legunt. Qui ergo recipit verbum, ipſe afflictiones & curas doctorum, quas pro ſe tolerabant, in argumentũ vertit humilitatis . Ab hoc puluere ꝑ bonos auditores iubentur pedes euangeliſtarum ablui. & per ipſum Saluatorem narrantur abluti. Sed qui ſpernit doctrinam prædicatoris, ipſe labores & pericula tædiumq; ſollicitudinum ad teſtimonium damnationis ſibi inflectit. Hic ergo puluis in contemptores euangelij iubetur extergi. — Pulueris excuſſio.

B

f *Quia So* Sodomitę, & ſi in vitijs exardebant: & inhoſpitales erant, tamen apud illos nulli hoſpites tales , quales apud Iudæos prophetę, quales apoſtoli reperti ſunt. Loth inter eos & ſi iuſtus nõ tñ aliquid docuit, nulla ſigna fecit. Et ideo cui multum donatũ eſt, multum ab eo quæritur : & potentes potenter tormenta patientur. — Sapien. 6.a

g *Væ tibi Coro.* Corozaim, Bethſaida, Capharnaum , & Tyberias ciuitates ſunt Galileæ, in littore laci Geneſareth. Has plangit dominus, quia poſt tanta miracula & virtutes non pœnituerunt: Et ſunt peiores gentilibus naturale ſolũmodo ius diſſipantibus: qa poſt deſcriptæ legis cõtemptum, filiũ quoq; Dei conculcare, gratiamq; ingrati ſpernere non timuerunt.

h *In ci.* Aſpera peccati pungentis memoria ( qua in die iudicij ſiniſtra pars induenda eſt) ſignificatur . In cinere, mortis conſideratio, per quã tota humana generis maſſa in puluerem eſt redigenda, figuratur : In ſeſſione, humilitas propriæ conſcientiæ. Vnde propheta: Surgite poſtquam ſederitis i. humiliamini ſub potẽti manu Dei, vt v.ex.in di.viſitationis . — Pſal.126.a 1.Pet.5.b

i *Et ci.* Impleta videmus verba Saluatoris, quia cum illæ ciuitates prædictæ , Domino præſente credere noluerint, Tyrus & Sidon olim fuerunt amicæ Dauid & Salomoni: & poſtea euangelizantibus Chriſti diſcipulis, deuote fidem ſuſceperũt. Quare autem ſit prædicatum non credituris, & non prædicatum credituris, nouit ille, qui omnia nouit.

k *Et tu ca.vſq; ad cæ.exal.&c.* Vel exaltata es ſuperbe reſiſtendo meæ prædicationi. Vel exaltata es meo hoſpitio, & meis ſignis & virtutibus & ideo maiori plecteris ſupplicio , quia his credere noluiſti. Et ne aliquis putaret illis tantum ciuitatibus vel perſonis, quæ Dominum in carne non receperunt, conuenire hæc verba addit :

C

l *Qui vos audit me audit.* In audiendo vel ſpernendo euangelij prædicatorẽ quiſq; ſciat ſe non viles perſonas, ſed ipſum Saluatorem ſpernere vel audire: quia in diſcipulo magiſter auditur: & in filio pater honoratur.

m *Domine etiam.* Bene confitentur deferentes honorẽ nomini Chriſti Sed quia infirma adhuc fide, gaudent in virtutibus, et de ſignorum operatione efferunt̃, exemplo terreni, & ad humilitatem re-

*domum intraueritis, primùm dicitẽ : Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filiũs pacis , requieſcet ſuper illum pax veſtra : Si autem , ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt : Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. † Et in quamcumque ciuitatem intraueritis , & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis : & curate infirmos qui in illa ſunt , & dicite illis : appropinquabit in vos regnum Dei . In quamcumque autem ciuitatem intraueritis , & non ſuſceperint vos , exeuntes in plateas eius dicite: Etiam puluerem, qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra , extergimus in uos . Tamen hoc ſcitote, quia appropinquabit regnum Dei . Dico vobis, quia Sodomis in die illa † remiſſius erit quàm illi ciuitati . † Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in uobis, olim in cilicio & cinere ſedentes † pœniterent. Verumtamen Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio quàm uobis. Et tu Capharnaum uſque ad cœlum exaltata, uſq; ad infernum demergeris. † Qui uos audit, me audit, & qui vos ſpẽrnit , me ſpernit . Qui autem me ſpernit , ſpernit eum qui me miſit . Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo cum gaudio, dicentes: Domine, etiã dęmonia ſubijciũtur nobis in nomine tuo . Et ait illis : Vidẽbam ſa-

a ¶Offerte pacem , vt ipſe ingreſſus pacis benedictione celebretur.
a ¶Prædeſtinatus ad vitam, ſequetur cæleſte uerbum quod audit,
a ¶Si audire noluerit. non priuabimini.
b ¶Laboris veſtri fructu
¶Cibo ſuo.
a ¶Non faciendo miſericordiam vni de fratribus minimis, nec mihi fecit.
¶Nolens credere in filium Dei.
a ¶Quia ego & pater vnum ſumus.
¶Quod in lege non fuit.
a ¶Tunc quando corruit præſens eram.

## NIC. DE LYRA.

¶ *cum aliquo . Et tali modo loquendi vſus eſt Eliſæus mittens feſtinanter famulũ ſuũ ad ſuſcitationem pueri defuncti, vt habetur. iiij. Reg. iiij.e. Accinge lumbos tuos &c. Et ſubditur: Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum : & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas ei , per hoc enim intendebat excludere verba cum alijs retardantia eum ab itinere.*

f Edentes & bibentes. *nihil interrogantes propter conſcientiam , ſicut & Paulus poſtea docuit. 1 .Cor.x.b.* — †Matt.10.

g Et curate infir. *quia ſimplicibus hominibus & illiteratis , quales erant diſcipuli Chriſti , promittentibus regnum Dei non crederetur , niſi haberent poteſtatem miracula faciendi ad confirmationem ſuæ doctrinæ .*

k Væ tibi Corozaim . *Sententia huius partis patet ex dictis Matth.xi.*

l Qui vos audit, me audit. *Hoc addit Saluator in fine ad oſtendendum, ꝙ doctrina diſcipulorum eius eſt deuote & reuerenter audienda, ſaltem propter reuerentiam Dei, cuius principaliter eſt doctrina hæc .*

m Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo. *Hic conſequenter deſcribitur ſeptuagintaduorum diſcipulorum reuerſio . Et diuiditur in partem principalem & incidẽtalem, qua incipit ibi: Et ecce quidam legiſperitus. Circa primam partẽ oſtenditur benignitas Chriſti. erga diſcipulos reuerſos in duobus, videlicet eos benigne corripiendo, ſecundò, de illorum illuminatione , Deo patri gratias agendo, ibi : In ipſa hora. Circa primum dicitur.* Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo. *miniſterio ſuæ legationis completo.* — Diuiſio D — †tolerabilius. †Mat.11.c †pœnituiſſent.

n Cum gaudio. *tum de ſua prædicatione per quam populum ædificauerant. tum de miraculorum operatione, quia dæmones eiecerunt. vnde ſubditur:* Dicentes:

o Domine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis. *Veruntamen, quia ex hoc nimis gloriabantur , tanquam adhuc infirmi & imperfecti , ideo hæc gloria reprimitur , cum ſubditur :* — †Mat.10.d Ioan.13 c 8.q.1.ca. q vos ſpernit

p Et ait illis : Videbam ſathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. *Fulgur enim cadit celeriter, manifeſtè, & cum fœtore & inflammatione : ſicut dæmones de cælo empireo ceciderunt in inſtanti , & videntibus ſanctis angelis , & cum fœtore peccati proprij : & ad inflammandum homines per tentationem parati : Et cauſa huius ruinæ elatio fuit ſiue ſuperbia de ſua excellentia, quaſi diceret Saluator diſcipulis: cauere* ¶ diligenter — Fulgur

## MORALITER.

* ſua ſalute futura , cum tamen ſit valde dubia.

a *Dicite pax huic do.* id eſt inducite inhabitantes ad pacem internam & fraternam,

b *Et ſi ibi fue.* id eſt prædeſtinatus ad pacem æternam.

c *Requieſcet ſuper illum.* id eſt a vobis nunciata.

d *Si autem re.* id eſt non eritis priuati merito veſtro.

e *In ea autem do.ma.&c.* non mutantes hoſpitium propter lautius prandium habendum.

h *In qua.au.ci.int.* oſtendentes quòd ipſos quærebatis, & non ſua.

i *Dico vo.quia So.&c.* quia Iudæi veritatem agnitã de Chriſto nequiter impugnauerunt, quod eſt ſpecies peccati in ſpiritumſanctũ.

k *Væ tibi co.* In iſtis duabus ciuitatibus fecerat Ieſus ſanitates & miracula multa, qbus ingrati fuerũt: pp quod taliter imprecantur.

* Ecce dedi

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

litatem reuocantur. Quia ſi diabolus propter ſuperbiam de A cœlo eſt præcipitatus, multo magis iſti de terra editi ſi ſuperbierunt, humiliabuntur

*a Supra ſer.* Serpentes, ſunt mali homines vel diaboli, qui inchoandis virtutibus venena prauæ pſuaſionis obijciunt. Scorpiones, qui conſumandas virtutes ad finem uitiare contendunt.

*b Et ſu.om.vir.* Omnes immundos ſpiritus poteſtis eijcere de obſeſſis corporibus. Vel ad literā. Sicut vipera non nocuit manui Pauli, & hauſtū venenū non nocuit Iohanni. vnde & ipſe dominus: Et ſi m.quid, bib. nō e.noc.

Act. 28.a Mar. 16.d

*c Noli te gau. quia ſpi. vob. &c.* Malos ſpiritus eijcere & alias virtutes facere, aliquando non eſt meritum illius, qui illa operatur, ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit ad condemnationē eorum, qui inuocant, vel ad vtilitatem eorum, qui vident & audiunt: vbi licet homines deſpiciant ſigna facientes, Deum tamen honorant, ad cuius inuocationem miracula fiunt. Prohibet gaudere de humiliatione diaboli, qui pp ſuperbiam cecidit, ſed gaudeāt de ſua ſublimatione: vt vnde illi ceciderūt ſubleuati, iſti aſcendant humiliati.

*d Gaudete a.* Siquis cœleſtia ſiue terreſtria opera geſſerit, per hæc quaſi literis adnotatus, apud Dei memoriam æternaliter eſt affixus.

*e In ipſa ho.* Cum de ſubiectione immundorum ſpirituum de nominibus ſcriptis in cœlo loqueretur, oſtendit per quid hæc tanta celſitudo data ſit hoībus. ſ. p humilitatē fidei Chriane.

*f Cōfiteor tibi do.* Gratias ago quia apoſtolis aduentus mei aperuiſti ſacramēta, quæ ignorēt ſcribæ & Phariſæi, qui ſibi ſapientes videntur.

B *g Reuelaſti ea pa.* Non ait inſipientibus & hebetibus, ſed paruulis. i. humilibus, vt probet ſe tumorem damnaſſe, non acumen.

*h Quia ſi.* Non rationem reddit cur hos elegit, illos reprobauerit, ſed ſic Deo placitū dicit. In quo accipimus exemplum humilitatis, ne temere diſcutiamus de ſupernis conſilijs.

*i Omnia mi. &c.* Commendata humilitate, per quam ad fidem venitur, pulcre de ipſa fide locus cōnectitur, cum omnia ſibi tradita dicit: non elementa, quæ ipſe creauit, ſed illos paruulos, quibus pater ſacramēta filij reuelauit. Cum audis, omnia, agnoſcis omnipotentem, non decolorem, non degenerem patris. Cum audis, tradita, confiteris filium, cui per naturā vnius ſubſtantiæ omnia iure ſunt propria, non dono collata per gratiam.

*k Quod mul. pro.* Prophetæ & iuſti a longe dñi gloriā viderunt per ſpeculū in ænigmate, ſed apoſtoli pręſentē dñm habētes, & ab ipſo, quæ volebāt, interrogātes, nō per angelos vel varias viſionum ſpecies docebantur.

*l Legiſperitus ſur.* Legiſdoctor q ſine fide in lege iacebat, ſurgit vt ſtet: Stat dum magiſtrum vocat, ſed & ſtando tentat Deum tacendo quod erat.

*m Tentās il.* Legiſperitus occaſionem tentandi accipit ex verbis Domini: vbi ait: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, ſed ipſe in ſua tentatione monſtrat q̄ uera ſit confeſſio Domini, qua patrem laudans dicit: Abſcondiſti hæc a ſapientibus & potentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Matt. 11.d *n Ille re. di.* Dixit quod legerat, ſed non impleuit quod ſcriptū erat: quia in præſentia habebat Dominum, quem diligere debebat: ſed hunc magiſtrum non Deum vocat.

*o Recte re.* Perfectum iter vitæ cęleſtis oſtendit, dum legiſperito de dilectione Dei & proximi ſcripta proponenti reſpōdit: *Recte re. hoc fac & ui.* & finita parabola adiecit. *Vade & tu fac ſi.* In quo oſtendit, q per ſolā dilectionē venitur ad vitā æternā: ſed ille proximum non habebat, qui nunquam forſitan miſericordiam fecerat, & ideo ignorabat. C

*p Hoc fa.* Ex primo legis capitulo docetur legis ignarum, probans q lex in principio ſtatim patrem & filium prędicauerit, & incarnationem filij annunciauerit dicens: *Diliges do. Deum tuum, & di. pro. tuum ſicut teip.* Vnde & addit: *Hoc fa.* Sed ille, cum neſciret pximum, quia non credebat in Chriſtum reſpondit. *Quis eſt meus pro.* Ita q Chriſtum neſcit, & legē neſcit. Quō .n. poteſt ſcire legem, cum veritatem ignoret, cum lex annunciet veritatē?

*q Ille au. vo.* Legiſperitus vt ſapienter reſpondiſſe dicatur, primū ſe legis fatetur ignorare mādatū: qa humiliari recuſans, &

a ¶ Ita præcipitem deſupernis ad ima lapſum. ¶ Vel ſicut fulgur, quia deiectus adhuc transformat ſe in angelum lucis.

thanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem cal-

a ¶ Qui dente aperte lædunt. b ¶ Qui cauda clam inſidiantur.

candi ſupra ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur. Gaudete

a ¶ Quæ mundo uileſcunt. b ¶ Per humilitatem fidei veſtræ.

autem, quòd nomina veſtra ſcripta

a ¶ De ſalute humilium quibus loquebatur.

ſunt in cœlis. In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſctō & dixit: † Cōfiteor

a ¶ Meus conſubſtantialis. b ¶ Non pater, ſed creator.

tibi Domine pater cęli & terræ, q abſcondiſti hæc à ſapientibus & † prudentibus, & reuelaſti ea † paruulis.

¶ Qui ſe exaltare non norunt.

Etiam pater, quia ſic † placuit ante

¶ Iniuſtum eſſe non poteſt quod iuſto placuit.

te. * Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius niſi pater &, quis ſit pater niſi filius, & cui filius uoluerit reuelare. Et conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit. † Bea-

a ¶ Interiores, non exteriores Phariſæorum qui corpus meū viderunt. b ¶ Agnoſcunt illa ſacramenta quæ reuelantur paruulis.

¶ Quibus me & patrem reuelaui.

ti oculi, qui vident, quæ vos videtis: Dico enim vobis, quòd multi pro-

a ¶ Ventura prædicando. b ¶ Se & alios regendo.

phetę & reges voluerunt videre, quæ vos uidetis, & non uiderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt.

a ¶ Verba legis tenens, vim legis ignorās.

Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit tentans illum, dicens: † Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum: In

a ¶ Interrogat quod ſcriptum eſt, vt ex ſuis reſponſis iuſtificetur vel damnetur.

lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpondens, dixit: † Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximū tuum ſicut te

¶ Laudat reſponſionem, non laudat factum.

ipſum. Dixitq; illi: Recte reſpondiſti:

a ¶ Quia putabat non ante Deum ſed ante hominem ſe ſtare, nec ipſum, quem magiſtrum vocat, proximum cognouit.

Hoc fac et viues. Ille aūt volēs iuſtifi-

* Et conuerſus ad diſcipulos ſuos dixit.

† intelligentibus † infantibus † inſipientibus † ſuit bonæ voluntatis

## NIC. DE LYRA.

¶ *diligenter debetis ne ex elatione de poteſtate vobis conceſſa ſuper dæmones nimis eleuemini, & ſic corruatis.*

a Ecce de. vo. po. *Et ſic in aduentu Chriſti videtur impletum illud Iſa. xi. b. quod dicitur de ſerpentibus: Non nocebunt & non occident in vniuerſo monte ſancto meo. quia repleta eſt terra ſcientia Domini, videlicet per prædicationem Chriſti, & diſcipulorum eius.* Matt. 11.d

b Verumtamen in hoc no. ga. *Quia ſigna facere in hoc mundo aliquando conceſſum eſt etiam malis hominibus, vt habetur Mat. vij. Non propter ipſos, ſed ad confirmationem fidei Chriſti prædicate per ipſos.*

c Gaudete au. &c. ſc. in cæ. i. *in libro vitæ: In quo aliquorum nomina dicuntur ſcribi dupliciter. Vno modo ſecundum præſentem iuſticiam, alio modo ſecundum æternam prædeſtinationem. Et vtroq; modo nomina eorum erant ſcripta in cęlis, qui erant prædeſtinati, excepto Iuda proditore, & cum hoc habebāt gratiam Dei, qua illa gloriatio quam habuerunt de eiectione dæmonum, vt prædictum eſt, non fuit mortale peccatum. Sequitur:* Mat. 13.b D

d In ipſa hora exultauit in ſpiri. ſancto. *Et patet ſentētia ex dictis Mat. xi. vſq;. ibi.*

e Beati oculi qui vident quæ vos videt. *Et ſimiliter patet ſententia huius partis ex dictis Matth. xiij.*

f Et ecce quidam le. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponitur duplex incidens. Primū eſt Chriſti reſponſio ad legiſdoctorem. Secundum eſt excuſatio Mariæ erga ſororem, ibi, factum eſt autem. Primæ partis ſententia patet ex dictis Matthæi vigeſimoſecundo & Marci. xij. vſque ibi:* † Mat. 22.d Marc. 12.c

g Ille autem uolens iuſtific. ſeip. *Quod exponitur dupliciter. Vno modo q vellet ſe* ¶ *iuſtificare* † Deut. 6.a Leui. 19.d Rom. 13.c Iacob. 2.b

## MOALITER.

* *a Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi.* Calcare ſerpentem eſt ſubijcere rationi ſenſualitatem, quæ ſecundum Auguſ. ſignificatur per ſerpentem: Calcare ſcorpionem eſt deteſtari detractorem: Et calcare omnem virtutem inimici, eſt abijcere omnem occaſionem mortalis peccati.

*d In ipſa autem hora, exultauit.* Per hoc quòd Chriſtus homo exultauit in ſpiritu de ſimplicium illuminatione, & ſuperborum excęcatione, ſignificatur, q quilibet Chriſtianus debet gaudere de ſimilibus, vt Chriſto conformetur.

*e Beati oculi, qui uident quę uos uidetis.* Videntes enim Chriſtum per fidem charitate formatam, Beati ſunt in ſpe: etſi perſeuerent, Beati erunt in re.

*f Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit ten. il. di. Magiſter, quid fa.* Beda ſuper locū iſtum dicit, q iſte tentando quæſiuit de vita æterna, ſi forte Chriſtus diceret aliquid contra Moyſen: & ideo Xp̄s p verba Moyſi reſpōdendo cōfudit eum, per hoc oſtēdēs q deriſores fidei catholicæ ſunt confutādi ab illis, q ſciunt & pñt p illud, qd tenent Tom. 5. * indiſcuſſe,



recuſans, & ſeipſū iuſtificare volēs, archana nō pōt videre q̄ A reuelant paruulis Chriſti, cui Xp̄s ita rñſum tēperat, vt & oīs qui miam facit, proximus intelligatur, & ſpāliter ipſe Dei filius, qui nobis p humanitatem proximus factus eſt, deſignet.

*a Quis eſt me.* Nemo proximior homini q̄ Deus, q intrinſecus & extrinſecus nouit, & oīa curare poteſt: ſed oīs incredulus uel tentator nec Deū nec hoīem proximū habet.

*b Homo qui. &c.* Homo iſte Adam intelligitur in gñe humano: Qui a beatitudine cęleſtis Ieruſalē, pūaricationis plapſione ad miſerias, & defectū huius uitæ mutabilis & erroneæ deſcēdit, cū intumeſcere cœpit. Et per hoc ēt incidit in latrones, i. in ptātem angelorum noctis, q ſe transfigurāt in angelos lucis: ſed pſeuerare non pñt. In quos nō incideret, niſi eius mandati cęleſtis deuius ſe feciſſet obnoxiū. Qui ēt indumenta grāe ſpūalis, immortalitatis. ſ. & innocētiæ offerunt, & ſic vulnera inferunt. i. pctā, qb. humanæ naturæ integritas violatur, & mors quaſi foſſis uiſceribus inducitur. Qui ſeruat intemerata, quæ ſumpſit indumenta, non poteſt ſentire latronum plagas. Abierūt, non ceſſando ab inſidiis, ſed occultando inſidias. Semiuiuo relicto, quia immortalitatem exuere ſed rationis ſenſum abolere non poſſunt, quin homo ſapere, & Deum poſſit cognoſcere. Sacerdos & leuita, qui tranſeunt, ſacerdotium & miniſterium veteris figurant teſtamēti, vbi uulnera languentis mundi monſtrant, ſed nō curantur. Samaritanus, qui cuſtos interpretat dñs eſt, qui pp nos homo factus, vitæ præſentis iter arripuit, & uenit ſecus uulneratū. In ſimilitudinē hoīem factus, & h. in. v. h. compaſſionis noſtræ ſuſceptione finitimus, & miſericordiæ col- B latione uicinus. Alligauit uul. eius pctā redarguēdo cohibuit. Infundit oleum dum pœnitentibus tribuit ſpem dicēs. Pniam agite, quia appropinquabit regnum cęlorum. Infundit vinum dum peccantibus terrorem pęnæ incutit dominus dicēs: Omnis arbor, q̄ non facit fructum bonum, excidet, & in ignem mittet. Iumentum, caro ipſius eſt, in qua ad nos uenit, in quam ſaucium imponit, quia pctā noſtra portauit in corpore ſuo. Imponitur vero qui ipſam incarnationē credit. Stabulum eſt pñs eccleſia, vbi reficiuntur viatores in æternam patriam redeuntes. Impoſitus iumento, in ſtabulū ducitur, quia nemo niſi baptizatus, niſi corpori Xp̄i adunatus eccleſiam intrauit. Et curam egit: ne æger præcepta quę acceperat, dimitteret. Sed non uacat Samaritano diu in terris degere, red eundum erat unde deſcēderat. Itaq; altero die. i. poſt reſurrectionem ſuam qñ amplior ęternæ lucis ſplendor, quā ante paſſionem effulſit in mūdo, protulit duos denarios, duo teſtamenta, in quibus ęterni regis nomē & imago continet, ſtabulario, i. apoſtolis dedit, quia tunc illis ſenſum aperuit, ut intelligerent ſcripturas ad regendum populum. Quodcūq; ſupererogaueris. Supererogat Apoſtolus cum dicit: De uirginib. præceptum dñi non habeo, cōſiliū aūt do. Supererogat, cum non utitur ptāte accipiendi neceſſaria. Rediens in iudicio reddet dicens. Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium dñi tui. *Quis horum.* Iuxta literam patet, q alienigena Ieroſolymitę, cui miam impendens, proximior fuit, quam ſacerdos vel leuita eiuſdem gentis.

† ſeminor mo. † hoſpicium * egrediēs † hoſpiti Philip. 2.a * igitur Matt. 3.a Matt. 3.c 1.Pet. 2.d 1.Cor. 7.e Mat. 25.b

*c Accidit au. &c.* Sacerdos Dei legem annunciat: Deſcendit quidem lux per Moyſen in mundū, & nullā ſanitatē cōtulit huiuſmodi. Deſcendit Leuita, qui typum oſtendit prophetarum, ſed & hic nullum ſanat, quia lex peccata arguit, ſed pertranſit, quia indulgentiam non largitur.

*d Miſericordia motus.* Hoc de ſacerdote & leuita non eſt dictū; quia lex non habet miam, ſed iudicium & vindictam.

*e Ducit in ſtab.* Non domum, ſed ſtabulum uocat, quo noīe miſerias, & fetores huius vitę ſignat, ne homo in hoc exilio tanquam in patria gaudeat.

*f Qui fecit.* Cognatio non facit proximum, ſed miſericordia quę mia eſt ſcdm naturam. Nihil .n. tam ſecundum naturam quam naturę iuuare conſortem. Allego. Nemo propinquior quam qui noſtra vulnera curauit, q unum eſt caput cum mēbris. Allego.

bris. Diligamus ergo eum ut Deū & dñm. Diligamus quaſi C proximū, diligamus ēt eum, qui imitator Chriſti eſt. Vnde ſequitur: Fac ſimiliter i. vere te proximum ſicut ſeipſum diligere manifeſtes, quidquid vales in eius corporali vel ſpiritua li neceſſitate ſubleuanda deuotus operare.

*g Factum eſt dū.* Habito ſermone de dilectione dei & pximi, ſupponit exemplū utriuſq; dilectionis, non tā in ſolo verbo, q̄ in opis exhibitione. Per iſtas .n. duas ſorores, duę ſignant uitę ſpūales. Per Marthā, operib. actuoſa deuotio, qua pximo in charitate ſociamur, Per Mariam, religioſa mētis intētio in dei verbo, qua in dei amore ſuſpiram⁹. Actiua panem uel corporalem eſurienti, uel doctrinæ ignoranti tribuit, errantem

care ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et qs eſt meus proximus? † Suſpiciēs autē Ieſus dixit: Homo quidā deſcendebat ab Ieruſalē in Iericho: & incidit in latrones, qui etiā deſpoliauerunt eū, & plagis impoſitis abierunt † ſemiuiuo relicto. Accidit autem, ut ſacerdos quidam deſcenderet eadem uia, & uiſo illo ptēriuit. Similiter & leuita cū eſſet ſecus locum, & uideret eum, pertrāſijt. Samaritanus autē quidam iter faciens uenit ſecus eum, & uidēs eum miſericordia motus eſt: Et appro-

In baptiſmo.

pians alligauit uulnera eius, in-

a ¶ Chriſma ſancti ſpiritus. b ¶ Calicem ſuę paſſionis.

fundēs oleum & uinum, & imponēs illum in iumentum ſuum du-

¶ Spiritualem.

xit in † ſtabulum, & curā eius egit: Et altera die * protulit duos denarios, & dedit † ſtabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcumq; ſupererogaueris, ego cū rediero reddā tibi: Quis * horū triū vr̄ tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit mīam † in illū. Et ait illi Ieſus: Vade & tu fac ſimiliter. Factū eſt aūt, dū irēt,

† cum illo † Suſcipiēs vel Excipiēs. i. ſuccedens inuicem reſpondendi

## NICOL. DE LY.

¶ *iuſtificare ſecundū apparentiam. Alio modo ſecundum ueritatem quærens a Chriſto intellectum præcepti huius, vt opere adimpleret. Et cauſa huius duplicis expoſitionis eſt, quia ſicut dictum fuit Matth. xxij. iſte videtur primo veniſſe ad Chriſtum mala intentione, & ſecūdum hoc procedit prima expoſitio, ſed poſtea Chriſti uerbis compunctus fuit: & ideo dixit ei Chriſtus. Non longe es a regno Dei, & ſecundum hoc procedit ſecunda expoſitio, quia non apparet clare ex textu, vtrum quęſtionem de proximo fecerit ante compunctionem uel poſt.* Marc. 12.c

a Homo qui. de. de Ieru. in Ie. *Secundum aliquos hæc eſt parabola: ſecundum alios eſt res geſta: quia inter Ieruſalem & Iericho erat quędam ſolitudo, vbi frequenter homines tranſeuntes ſpoliabantur a latronibus & occidebantur. In qua ſolitudine captus fuit Sedechias fugiens ab exercitu Nabuchodonoſor, ut habetur Iere. vi. Moraliter tamen exponitur de peccatore deſcendente a ſtatu iuſticiæ in peccatum mortale, qui ſpoliatur a dæmonibus bonis gratiæ, & vulneratur in bonis naturę, & relinquitur ſemiuiuus, quia tollitur ab eo uita gratię remanente vita naturę: Cui Chriſtus appropinquans in ſua benedicta incarnatione.* D

b Alliga. uul. e. in. o. *mīę cum vino iuſticię.*

c Duxit in ſtabulum. *i. in domum eccleſię, vbi ſimplices reficiuntur.*

d Et altera die. *id eſt poſt reſurrectionem ſuam.*

f Dedit ſtabulario. *id eſt cuilibet apoſtolo.*

e Duos denarios. *i. intelligentiam noui & ueteris teſtamenti. quia aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, vt habetur infra. xxiiij. g. Et eis curam pœnitentium commendauit, promittens pro ſalario uitam æternam.*

i Vade & tu fac ſi. *Ex reſponſione concludens, quòd propinquitas generis non facit proximum, ſed opus miſericordię impenſum.*

k Factum eſt au. *Hic ponitur ſecundum incidens, quod eſt excuſatio Marię erga ſororem ſuam, vbi pręmittitur locus cum dicitur:*

¶ Et ipſe

## MORALITER.

* indiſcuſſe, ſcilicet Iudæi per ſcripturas Hebræorum, & Saraceni per legem Mahumeti.

*a Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem &c.* Per Ieruſalem ſtatus virtutis deſignatur: & ideo per hominem deſcendentem ab Ieruſalem in Iericho, peccator deſignatur. Qui incidit in latrones. i. dæmones ſpoliantes eum gratuitis, & in naturalibus vulnerantes. Sacerdos autem & Leuita pertranſeuntes abſque miſericordia, ſunt eccleſiæ mali miniſtri, curantes tantum de leuatione pecuniæ, & non de ſanatione culpę. Samaritanus autem eſt prædicator & confeſſor motus ex charitate, alligans vuulnera ſauciati per ſanum conſilium, infundens oleum miſericordiæ, & iuſticiæ vinum, & imponens illum in iumentum, quia non ſolum mente præbet auxilium, ſed etiam prout poteſt, corpore, quod eſt animæ iumētum, & ducit in ſtabulum ſcilicet eccleſiæ, vbi datur pabulum verbi Dei, & ſacramenti euchariſtiæ.

*d Et altera die protulit duos dena.* per quos ſignificatur gratia in præſenti, & gloria in futuro, dandæ bono curato facienti debitum ſuū erga peccatorem ſibi ſubditum.

*f Et dedit ſtabulario.* i. dandos denunciauit.

*g Et quodcumque ſupererogaueris.* faciendo circa ſubditum bonum ad quod nōn tenetur curatus.

*h Reddam tibi.* i. reddendum denuncio.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

erratem corrigit, ſupbū ad humilitatē reuocat, q̄ ſingulis expediãt, diſpēſat. Cōtēplatiua, charitatē Dei & ꝓximi retinet: ſed ab exteriori actione qeſcit, ſoli cōditoris deſiderio inhæret, & calcatis oib. curis ad vidēdū faciē creatoris inardeſcat: & deſiderat miſceri ſupnis ciuib. de æterna in conſpectu Domini incorruptione gaudentibus.

*f Væ no.* Cum ad eleemoſynam hortareť Phariſæos, q corpaliter quotidie eleemoſynas faciebāt, q̄ qa ſine fide erāt deo ñ placebāt, dicit ſe eleemoſynas eorū nō ignorare, vt oñdat eiuſmodi eleemoſynas ab iſtis regrat. q.d. Commonui vos ad dādā eleemoſynā, p q̄ oia ſūt mūda Sed ſciatis q eleemoſynæ, quas facitis, ad hoc ñ ualēt, nec de hmōi eleemoſynis me admonere credatis, ſed de iudicio & charitate, ut de vr̄a miſeria iudicantes & Dei charitatē q̄ uobis donauit diligētes, pie uiuatis, iuſtum iudicium Dei confitentes, qua miſeri effecti eſtis, & gratias referentes charitati, qua liberati eſtis.

*g Prateri. iu.* Breuiter multa eorum vitia perſtrinxit, q ad uilia ad decimāda intendentes, futuri iudicii metū, & Dei charitatē non habēt. Prætereunt iudiciū, qa nō oīa q̄ agunt in iudiciū referūt. Charitatē ptereunt, qa non ex affectu Deū diligūt. Sed rurſus, ne fidei uos ſtudioſos faciat operū negligentes, pfectionem fidelis uiri ſupponit, ut poſt fidem operetur.

*h Quis eſtis ut mo.* Hic ſupponit ſtitionē ipſorum doctorum redarguit, qui foris ſpeciem rectæ doctrinæ prætendunt, fœditatem uero, quam intus gerunt, occultant.

¶ Reſpon.

---

a *(Si bonum bona intentione facis, non habens in tua conſcientia aliquam partem malæ cogitationis.)* tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens b aliquam partem †tenebrarum, erit c lucidū totum, † & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. *(a Et hic & in futuro gratia lucis donaberis.)*

Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Phariſæus ut pranderet apud ſe. Et ingreſ ſus recubuit. Phariſæus autem † cœ- b pit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prādium. *(a Lauatus more Iudæorum.)*

Et ait dominus ad illum: † Nūc vos k c Phariſæi quod deforis eſt calicis & d catini mundatis: quod autem intus i eſt ueſtrum, plenum eſt rapina & *(a Mundiciam carnis exterius obſeruatis. a Animæ turpitudinem retinetis. Sed. Q. d. Qui facit utramque naturam, utramque mundari uoluit.)* †iniquitate, † Stulti, nonne qui fecit quod deforis eſt, etiam id, quod de m intus eſt, fecit? † Verumtamē † quod n ſupereſt: date eleemoſynam: & ecce o omnia munda ſunt uobis. † Sed uæ uobis Phariſæis, qui decimātis mentam & rutham & omne olus p & prætereitis iudicium & charita- q tem Dei. Hæc autem oportuit facere: & illā non omittere. Væ vobis r Phariſæis, qui diligitis † primas cathedras in ſynagogis, & ſalutatio- ſ nes in foro. Væ uobis * qui eſtis t *(a Iuſtum iudicium Dei confitentes. a Non triticum ſolummodo & vinum. a Iudicium & charitatem. Vel tet. a Primo loco. b Eleemoſynas fructuum. a Arrogantiam redarguit, qua primatus appetunt. Arguit de hypocriſi.)*

---

henſorum obſtinatio, ibi: Cum autē hæc ad illos diceret. Prima in duas, C quia primo arguit Phariſæos, & ſecundo legiſperitos, ibi: Reſpondens aūt. Circa primum dicitur: Roga. il. q. Pha. Vtrum autem ex deuotione ſeu æmulatione ipſum inuitauerit, hic non dicitur: Videtur tamen ex ſine huius c. quòd malicioſe cum inuitauerit, vt inter epulas aliquid calūniabile de uerbis Chriſti audiretur.

*g Et ing. re. Sed hoc uidetur eſſe contra doctrinam eius, quia mittens diſcipulos ſuos ad prædicandum dixit: In quamcunque ciuitatē aut caſtellum intraueritis, interrogate quis dignus ſit, & ibi manete, ut habetur Mat. x. Iſte autem Phariſæus erat indignus, vt uidetur ex ſequentibus. Dicendum, quòd non eſt ſimile de Chriſto & de diſcipulis eius: quia ex cohabitatione cum peccatoribus nō poterat peiorari ſicut diſcipuli, quando erant ab eo ſegregati ad exequendum actum prædicandi, & maxime quia tunc nondum erant confirmati: & ideo Chriſtus domum Phariſæi intrauit, vt haberet occaſionem arguēdi vitia Phariſæorum.* †cum vidit ſet. admiratus eſt, qđ non prius lotus eſſet. †Mat. 23.d

*h Phariſæus au.c. in ſe. re. di. q. non eſſet ba. i. lotus ſecundum traditiones Iudæorum.*

*i Et a. d. ad il. Per hoc aūt q reſpondit cogitationi eius, oſtendit ſe eſſe Deum, cui nuda & aperta ſunt ſecreta cordium.*

*k Nunc u. Pha. q. def. eſt munda. Quia de mundicia exteriori in vaſis & corporibus ſuis erant multum ſolliciti, & de mundicia interiori ipſius mentis negligentes, cum tamen deberet eſſe econtrario, quia interior mundicia neceſſitatis eſt, exterior autem ſolummodo honeſtatis, quæ poteſt omitti ſine peccato & ideo Chriſtus prædictam lotionē omiſit, vt haberet occaſionem arguendi Phariſeos, de exteriori mundicia tantum curantes, & interiorem negligētes: & iō ſequitur:* †quæ adſunt. †Mat. 23.c

*l Quod autem int. eſt ue. ple. eſt rapina. aliorum bona violenter accipiendo, & iniquitat: & fraudibus eos decipiendo:*

*m Verumtamen. q. ſu. da. elee. quia primo debet fieri reſtitutio, & de eo, quod remanet eleemoſynarum largitio.* D

*n Et ecce om. mun. ſunt uo. quia eleemoſyna magnam habet virtutem ad peccatorum remiſſionem, vt habetur Daniel iiij. Peccata tua eleemoſynis redime, &c. Sed quia Phariſæi ex hypocriſi non ſolum quærebant exteriorem mundiciam, ſed etiam apparentem iuſticiam, ideo ſubditur:*

*o Sed uæ uo. Pha. qui de. men. & ru. vt p hoc apparerent iuſti, quaſi volentes implere mandatum de decimis, reddunt etiam circa minima, vt per hoc crederentur multum voluntarij ad implendum diuina mandata, cum tamen eſſent tranſgreſſores in maioribus, ideo ſubditur:* †præſidentiam. *Scribæ & Phariſ. hypocrytæ, quia

*p Et præteritis iudi. iuſticiam ſubuertendo.*

*q Et charitatem d. opera miſericordiæ omittendo. Et quia honor eſt præmium virtutis ſecundum Philoſophum, & ex appetitu apparentis iuſticiæ, ſequitur appetitus indebitus honoris, ideo ſequitur:*

*r Væ uobis Phari. Et quia vitia occulta à Deo puniuntur, grauius quā manifeſta, quanto peccatores tales volunt hic aliis præferri in honoribus, ideo ſequitur:*

*ſ Væ uo. In hoc eſt comminatio pœnæ æternæ.*

*t Qui eſtis ut monumenta. id eſt ſepultura. Et dicitur monumentum quaſi monens mentem, quia viuentes per hoc monentur de ſuæ morte cogitare.*

¶ Quæ

## MORALITER.

* *e Et cum loqueretur rogauit eum quidam Phariſæus ut pran. ap. ſe.* Spirituale prandium eſt euchariſtia, ante cuius celebrationem vel ſumptionem requiritur baptiſmus ſpiritualis, qui eſt confeſſio pura, & non exterior mundicia, quæ eſt hypocritarum propria.

*o Sed uæ uobis Phariſæis, qui decimatis mentam.* per hoc arguuntur illi, qui de minoribus magnam vim faciunt & de maioribus parū curant, ſicut aliqui religioſi plus ponderant fractionem ſilentii q̄ iniuſtum grauamen proximi.

*r Væ uobis Phari. qui di. pri. ca.* per hoc reprimitur ornis indebitus honoris appetitus.

*ſ Væ uo. qui eſtis ut monumen.* Hic reprimitur quælibet ſanctitatis ſimulatio falſa.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a Si ergo cor. tu. i. congeriens operationum.*

*b Totum luc. fue. Tum ex bonitate intentionis, Tum ex bonitate operis de genere.*

*c Erit lu. to. quia omnia cedent ad uitā æternæ meritum.*

*d Et ſi. lu. ful. il. te. in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam.*

*e Et c. lo. Hic conſequenter arguit æmulos de hypocriſi, quæ eſt corruptiua rectæ intentionis. Et primo ponitur Chriſti argutio, ſecundo, repre* henſorum



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Reſpon. au.* Audito uerbo Dei Phariſæus ex mala conſcientia ſibi cõtumeliam fieri putat, & commemorata pœna perfidorum, intelligit ſe damnãdũ.
b *Væ uo.* Non arguunt q exornãt monumẽta pphetarũ, ſed qa interfectores pphetarũ imitãt, ædificãdo ſepulchra, accuſant pŕna facinora. Sed pſequẽdo Xp̃m & Apoſtolos imitãtur ſcelera patrum, & ſniam damnationis q̃ in p̃res proferebant, in ſeipſos retorquent.
c *Profecto.* Propter uulgi fauorem captandum ædificatis, quaſi exhorreatis ſcelera eorum, ſed ipſo opere oſtenditis, q perfidiæ eorum conſentitis, quia hoc bonum non bene facitis ſed pro vana gloria.
d *Vos au.* Propterea quia eſtis imitatores illorum, ut impleatis quod patribus defuit. ſ. ut me & meos perſequamini, quẽ illi perſecuti ſunt in prophetis.
e *Prophetas.* Mentiuntur hæretici, qui alium ueteris, alium noui teſtamenti dicunt inſtitutorem.
f *A gener.* Omnes mali, una generatio ſunt, una ciuitas, vnum corpus diaboli ſicut omnes boni vna generatio, & unum corpus ſunt dicti
g *Vſque ad ſan. Za.* Cur vſque ad hũc, cũ poſt hũc multi occiſi ante natale Xp̃i, & nato Chriſto mox pueri ab hac generatione ſunt perempti? Sed qa Abel paſtor ouiũ fuit, necatusq; in agro. Zacharias ſacerdos necatus in atrio tẽpli, duos ordines martyrũ ſignãt, laicos, & eos qui altaris officio mancipantur.
Gene. 4.b 2. Par. 24.c †Mat. 23.d
h *Qui pe.* Duo erant altaria in templo. Vnũ incẽſi interius. Alterum, holocauſtorũ exterius: inter qđ & tẽplũ Zacharias eſt occiſus. Vel, *in al. & æde.* hoc eſt inter cõſenſum ppl̃i & ſacerdotũ, quorũ alii p tẽplũ, alii per altare ſignãntur. Exo. 30.a
F
i *Qui tuli. c.* Clauis, humilitas Chriſti, q̃ qui habent, ſcripturas intelligunt. Hãc legiſperiti, nec ipſi in lege & prophetis intelligunt, nec ab aliis intelligi uolũt. Intrare clauẽ, eſt nõ eſſe cõtẽtũ ſuperficie literæ, ſed vſque ad arcana intelligẽda penetrare. Vel doctor ſi illos, quos verbo ædificat, exemplo ſcandalizat, nec ipſe regnum Dei intrat, & illos, qui intrare poterant, excludit.
† Profecto
k *Cum autem hæc.* Quam vera perfidiæ, ſimulationis & impietatis ſue crimina audierint, ipſi teſtantur, qui tanto intonante turbine non reſipiſcunt, ſed doctorem veritatis aggrediuntur
† tentare, vel percontari eum.

ǁ Quia ſuperficiem terræ communis oſtendunt.
ut monumenta quæ non † patent, a
ǁ Vel rem.
& homines ambulantes ſupra neſciunt. Reſpõdens autem quidam b ex legiſperitis, ait illi: Magiſter, hęc dicens etiam nobis contumeliam facis. At ille ait: † Et uobis legiſ-
ǁ Sicut phariſæis.
peritis uæ, quia oneratis homines c
a ǁ Legis. b ǁ Secundum quod intelligitis & imponitis.
oneribus, quę portare nõ poſſunt:
ǁ Id eſt, nec in minimis perficitis, quia gratiam meam non quæritis, & iugum leue repellitis, ſed lex ſine gratia nequit impleri. ǁ Et hoc legis.
b & ipſi uno digito ueſtro non tangitis ſarcinas: Væ vobis, qui ædifi- d
a ǁ Ambitioſe ornando & ſeruando.
catis monumenta prophetarum, patres autem ueſtri occiderunt il-
c los. Profecto teſtificamini, † quòd e conſentitis operibus patrum ueſtrorum, quoniam quidẽ ipſi eos
ǁ Ambitioſe ornando.
d occiderunt: uos autem ædificatis eorum ſepulchra. Propterea & ſa- f
ǁ Ab æterno diſpoſuit. a ǁ Mat. Ecce ego mitto ad uos.
e pientia Dei dixit: † Mittãm ad il-
b ǁ Qui prius prophetas, poſt apoſtolos miſit.
los prophetas & apoſtolos, & ex il g
ǁ Vt Iacobum.
a ǁ Vt nec recepti ab eis iuſte ad Gentes migrent.
lis occident, & perſequentur, ut † inquiratur ſanguis omnium prophetarum, qui effuſus eſt à conſti-
f tutione mundi, à generatione iſta
ǁ Id eſt, malorum.
g a ſanguine Abel, uſque ad ſangui-
ǁ Occiſus a ueſtra generatione.
h nem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. † Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione. † Væ vo- h
ǁ Id eſt abſtuliſtis.
i bis legiſperitis, qui tuliſtis clauem i ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos k
k qui introibant, prohibuiſtis. Cum l m autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & legiſperiti grauiter n
ǁ Suſtinere.
inſiſtere, & os eius † opprimere de o multis inſidiantes ei, & quærentes † capere aliquid ex ore eius, ut accuſarent eum. p

b Reſpondens autem quidam ex legiſperitis, ait illi: Magiſter, hæc dicens etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. *Hic conſequenter Chriſtus arguit legiſperitos. Peccata enim eorum erant publica & manifeſta, & ideo Chriſtus contumeliam eis non faciebat publice arguendo prout iſte legiſperitus imponebat ei, & ideo Chriſtus eos arguit de tribus. Primo de immoderata dominatione, cum dicitur:* G † appetere
c Et uo. le. *Et patet ſñia ex dictis Mat. xxiij. Sedo arguit eos de falſa religione, cũ dicitur:* †Mat. 23.
d Væ uo. qui ædi. *& patet ſententia ex dictis Mat. xxiij. excepto quòd ſubditur:*
e Pro. t. *Videtur magis ſeq contrariũ. Ad hoc .n. ordinabãt ſepulturas pphetarũ, vt uiderentur iuſtiores patrib. ſuis, qui occiderũt illos, ut habetur expreſſe Mat. xxiij. Et iõ dicẽdũ, q illud teſtificamini, refertur ad hoc q ipſi perſequebantur Chriſtum, qui erat propheta magnus eis promiſſus & diſcipulos eius, & ideo ſubditur:*
f Propterea & ſapient. *i. Chriſtus, qui eſt ſapientia patris.* † & comprobatis opera.
g Mit. ad il. *Quod autem hoc ſit dictũ a Chriſto, patet Matt. xxiij. d. vbi dicit: Ecce ego mitto ad uos prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex illis crucifigetis & occidetis, & c. Tertio arguit eos de peruerſa expoſitione ſacræ ſcripturæ, cum dicitur:*
h Væ vo. le. *Clauis ſciẽ eſt autoritas docẽdi, p q̃ dẽt intellectus verus latẽs interius apiri, & ipſi econtrario claudebant peruerſe interpretãdo, vt patet circa præceptum de honore parentũ, qđ euacuabãt per doctrinã ſuã, put dictũ fuit Mat. xv. & etiam de pluribus alijs præceptis, vt dictum fuit Mat. v.*
i Ipſi non in. *ad intellectum ueritatis.*
k Et eos qui. *i. intrare deſiderabant.* † requiri
l Prohi. *peruerſitate doctrinæ ueſtræ.*
m Cum au. h. *Hic conſequenter deſcribitur Phariſæorum & legiſperitorum obſtinatio, qui ex uerbis Chriſti non fuerunt emendati, ſed magis peiorati, ideo ſubditur:* H
n Cœ. Pha. & le. *vt eum turbarent & ſtupefacerent, quia conturbati minus præuidẽt.*
o Et os e. op. de mul. *vt ſic ex uariis quęſitis & obiectis extraherent aliquid calumniabile de ore eius.* † Matth. 23.d
p Vt accu. eum. *ſicut poſtea fecerunt coram Pilato, vt habetur infra cap. xxiij.*

MORALITER.

✱ c *Et uo. legiſp. ue.* Per iſtos ſignificantur prælati aliis imponentes magna et grauia, pauca facientes aut nulla.
d *Væ uo. qui ædi.* ſecundum literalem ſenſum hoc faciebant ut uiderentur horrere crudelitatem patrum ſuorũ. Conſimiliter faciunt, qui uitia verbis deteſtantur, ut immunes ab eis ignorantibus uideantur. † uenari

NIC. DE LYRA.

a Quæ non patent & homines ambulantes ſupra neſciunt. *ſcilicet exterius, qualia ſunt interius, quia aliquando monumenta pinguntur & ornantur exterius, & fętoribus replentur interius.*

b *Væ uo. legiſpe. qui tu. cla. ſ.* Similes ſunt doctores eccleſiæ, qui uerbis & opinionibus extraneis & curioſis impediunt intelligentiam ueritatis neceſſariæ ad ſalutem.

Re-

GLOSSA ORDINARIA. CAP. XII.

M *Vltis autem &c.*
a *Attendi.* Ad hoc fermẽtũ ptinẽt oĩa q̃ ſupius in domo Phariſęi diſputauit. vñ et Ap̃ls: Nõ i fer. ve. 1. Cor. 5.c
neque

NIC. DE LYRA CAP. XII.

M Vlt. au. *Poſtquam Chriſtus induxit diſcipulos ad orationis inſtantiam, hic conſequenter inducit eos ad fidei conſtantiam. Et hoc tripliciter. Primo, diſſuadendo quædam a fide retrahentia. Secundo, perſuadendo quædam in fide ſtabilientia, ibi: Nolite timere. Tertio, oſtendendo ad fidem attrahentia, ibi: Dicebat autem. Retrahentia autem à fide ſunt quatuor, ſcilicet aſtutia ſeductorum, ſæuitia perſecutorum, auaricia cupidorum, cura nimia neceſſariorum, & ſecundum hoc prima pars diuiditur in quatuor. ſecunda incipit, ibi: Dico autem uobis. tertia ibi: Ait autem ei. quarta ibi: Dixitque ad diſcipulos ſuos. Circa primum ſciendum, quòd hæretici moderni per ſimulationem ſanctitatis frequenter corrumpunt fidem ſimplicium. Et hoc modo Phariſęi faciebant qui erant hypocritæ, ut patet ex prædictis: & per hoc auertebant multos a fide Chriſti, quod Chriſtus docet cauere dicens:*
b Attendite a ferm. *ſ. per eorum hypocriſim* ǁ auer-

CAP. XII.

M † Vltis autem tur- a bis † concurrentibus, ita ut ſe inuicem conculcarent, cœpit dicere a ad diſcipulos ſuos. † Attendite ✱ à b
†Cum autẽ cõuenisſet innumera turbæ multitudo. † circunſtantibus †Marc. 8.b ✱ vobis ipſi

MORALITER.

✱ a *Multis autem tur.* Sequitur:
b *Attendite a fer.* eam ſimpliciter deuitando. Et ſubditur ratio, cum dicitur:
✱ Nihil



neque in fer. ma. &c. *Atten. a fer.* Pulcher A locus tenẽdæ ſimplicitatis & æmulãdę fidei, ne more Iudæorũ aliud pmamus affectu, aliud voce ſimulemus, cũ ſciam' i die iudicii nõ poſſe eſſe latebrã fraudis. †Mat. 10.c
a *Neq; a.* Iõ ne æmulemini ſimulatores, quia profecto veniet tp̃s in die iudicii, in quo & veſtra virtus & illorũ hypocriſis omnibus reuelabitur. vnde ſequitur:
b *Quo. quæ in te. dix.* Nõ ſolũ in futuro oĩa patebunt, ſed ẽt in p̃nti tempore in tota eccleſia per orbẽ terræ publice prædicabuntur, quæ in tenebris. i. in vmbra preſſurarum & carcerũ locuti eſtis, qñ actus veſtri legenẽ in excelſis. *Quo. q. in te.* Amb. Quod in tenebris, id eſt in timore dixiſtis, dicetur in lumine. i. in fiducia veritatis accepto ſpirituſancto. Et quod in aure. i. ſecreto locuti, ſuper tecta, id eſt calcato carnis domicilio prædicabitur.
Sup. Luc. li. 7. c. 12. † penetralibus Ibidem.
c *Dico au. uo.* Amb. Cũ gemina ſit cã pfidiæ, quæ vel ex inolita malicia, vel ex accidẽti metu naſciẽ, ne qs Deũ, quẽ corde cognoſcit, metu negare cogaẽ, dicit mortẽ corporis non eſſe timendã. Præclare aũt & fidẽ acuendo intexuit, & ipſi fidei virtutum fundamenta ſubiecit. Nã ſicut fortitudinis incẽtiuum eſt fides, ita fidei fundamentum eſt fortitudo.
d *Oſten. a. u.* qa duo ſunt gñа pſecutorum. vnũ apte perſequentium: alterum fraudulenter blandientium. Sicut ſupra contra hypocriſim, ita hic armat cõtra carnifices. Totus hic locus ad ſubeundã p cõfeſſione Dñi paſſionẽ vel contẽptu mortis. vel ſpe præmii, vel manſuros in denũciatione ſupplicii inſtruit.
Perſecutorum duo genera.
† aſſiculis duobus Ibidem
e *Nonne quinq;.* Amb. Quinque paſſeres, quinq; corporis ſenſus uel duo ſecũdum Matt. corpus & anima, quibus dedit natura gratiam ad ęterna ſubuolandi, qa ẽt caro ſi cõſentiat legi Dei in naturã ſpũalẽ tranſit. Sed dum & in occultis & fœtidis locis ſcilicet cibũ quærunt, delictorũ laqueis capti, ad ſupernorum operũ fructus reuolare nequeunt, ſed dipondio, id eſt uili terrenæ cupiditatis precio venundantur ſub peccato, ita ut etiã anima malorũ eſcis grauata, inclinetur in corporis naturam. Sed ſi Deus ẽt infidelib. hoĩb. ve in oriundo ſole & terrę fœcunditate proſpexerit, & miſericordiæ munus impertit, non dubium fidelium contemplationem apud illum valituram.
Matt. 10.d
B
† præſtatus
f *Vene. di.* Dipondius eſt pondus ex duobus aſſibus cõpoſitum. Quod autem in numeris eſt vnum, hoc in ponderibus as: quod duo, hoc dipondius eſt.
Dipondius
g *Et unus ex.* Simplicitatis affectum inſpirauerat. virtutem mentis erexerat, ſola fides nutabat, hãc đ viliorib. roborat. Qũo dicit Ap̃ls: Nũqd de bobus cura eſt deo? Sed aliud eſt cura, aliud eſt ſcientia.
1. Cor. 9.b
h *Sed & ca.* Non actu cõputationis, ſed facultate cognitionis, a ſimilitudine pecuniæ, quæ numeratur vt ſeruetur. Vbi magna prouidentia dei, quòd nec parua nec ocioſa dicta eum lateant.
i *Omnis quicunque.* Ne quis tempore perſecutionis ſufficere ſibi putaret fidẽ cordis, dicit: *Omnis quicunque.*
†Mar. 10.b Marc. 13.b
k *Confeſ. fue.* Cõfitetur quis Ieſum ea charitate, quæ per dilectionem operatur: negat qui præceptis non obedit.
Gal. 5.b
l *Filius hominis.* Confitetur filius apud patrem illum, qui per filium habet acceſſũ ad patrẽ. Negaẽ a filio apud p̃rem, cui nõ manifeſtaẽ in diuinitatis potentia filius & pater. Et ne putetur vna conditio omnium & eorum, qui ſtudio & eorum qui infirmitate vel ignorantia negãt, ſubdit: *Et omnis qui dicit uerbum in fi. ho. re.*
† Reſponſuri ſitis
m *Coram angelis.* quia dixerat aperta & abſcondita eſſe reuelanda.

ǁ A ſimulatione.
fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. † Nihil † enim o-
a ǁ Nequitia diſcooperietur. & ueſtra intentio ſoli Deo modo cognita ab omnibus ſcietur. a
pertum eſt, quod nõ reueletur,
a neque abſconditum, quod non
ǁ In myſterio.
b ſciatur. Quoniam quæ in tene- b
ǁ Aperte.
bris dixiſtis, in lumine † dicentẽ:
ǁ Priuatim.
& qđ in aure loquuti eſtis, in † cubiculis, prædicabitur in te- c
ǁ Publice. ǁ Qui nil terrenum cupitis.
c ctis. Dico autem uobis amicis d
ǁ Propter multitudinem ue' ferocitatem eorum.
meis: ne terreamini ab his, qui
a ǁ Non poſſunt efficere, quin animam Deus reddat corpori, quin & ipſum corpus reſuſcitet.
occidunt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid fa-
d ciant. Oſtendam autem uobis
ǁ Ei ſeruite in timore.
quem timeatis. Timete eum, qui poſtquam occiderit: habet
a ǁ Mittendo in æterna ſupplicia.
ptãtem mittere in gehennam.
a ǁ Nolite timere mortem corporis, qui mori non poteſtis ſine nutu Dei, quod in minoribus liquet.
e Ita dico uobis, hunc timete.
f Nonne quinque † paſſeres ue- e f
a ǁ Sed ſunt omnia ſub prouidentia Dei, quanto magis uos ad imaginem Dei facti.
g neunt † dipondio: & vnus ex illis nõ eſt in obliuione coram
a ǁ Vt de maſſa corporis taceam, nam & minimæ particulæ Dei prouidentia conſeruantur.
h Deo? Sed & capilli capitis ueſtri omnes numerati ſunt. No-
a ǁ Omnem curam in eum proiicite, apud quem capillus non peribit.
lite ergo timere: multis paſſe-
a ǁ Maioris precii, quia rationales, quia æterni.
ribus † pluris eſtis uos. † Dico
i autem uobis: Omnis quicum-
a ǁ Ore fit confeſſio ad ſalutem.
k que cõfeſſus fuerit me coram
l hominibus, & filius hominis
ǁ Venite benedicti patris mei.
m confitebitur eum coram ange-
a ǁ Timore.
lis Dei. Qui autem negauerit
a ǁ Deum vel hominem eſſe. b ǁ Vbi prodeſſe debet mei hominis confeſſio.
mẽ corãm hominibus, denega
a ǁ Non perducetur ad uiſionem patris, qua perfruuntur ſancti.
n bitur coram angelis Dei. Et o- g mnis, qui dicit uerbum in filiũ
o hominis, remittetur illi, ei au- h tem qui in ſpiritũſanctum blaſphemauerit, non remittetur.
a ǁ Contra terrores conſolatio. ǁ Vt me negetis.
b ǁ Publicos conuentus. i
p † Cũm aũt inducẽt uos in ſyna
a ǁ Principes ſynagogæ. b ǁ Regiam poteſtatem.
gogas, & ad magiſtrãtus & põ-
ǁ De modo proferendi.
teſtates: nolite ſolliciti eſſe qua-
q ǁ Interrogantibus.
liter aut quid † reſpondeatis aut
ǁ De modo inueniendi. a ǁ Diſcere uolentibus.
b ǁ Quia non ex ingenio vel arte neſtra uerba proba procedent, ſed ex ſpirituſancti gratia.
quid dicãtis: Spiritus enim ſanctus docebit uos in ipſa hora,

landa, hãc reuelationẽ nõ in uili cõciliabulo, i cõſpectu angelorũ đt agẽdã. C
n *Et omnis qui di.* Spũſc̃tĩ blaſphemia eſt, cũ qs manifeſte opera Dei intelligit, & cũ de virtute negare nõ poſſit, ſtimulatus inuidia calumniaẽ, & dicit talia eſſe Beelzebub. huic non dimitteẽ, nõ q ei negeẽ remiſſio ſi pęniteat, ſed qa hic blaſphem' exigẽtib. malis meritis ſicut nũq̃ ad remiſſionem, ita nec ad pñiam puẽturus eſt. unde Iohãnes euãgeliſta: Propterea nõ poterãt credere, qa iterũ dixit Iſa. Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, vt nõ videãt oculis & non intelligãt corde, & ꝯuertãẽ & ſanẽ eos. Qui ſpm̃ſc̃tm̃ humana ignorantia minorẽ p̃re credũt uel dñt: irremiſſibili crimine nõ teneẽ, qa nõ diabolica inuidia hoc agunt: Sed q ſimilitudine diaboli ꝯtra ſuã cõſciam Dei maieſtatẽ oppugnat, nõ hẽ remiſſionẽ i æternũ ſicut Marcus aperte declarat, q poſito hoc teſtimonio Dñi ſubiungi: Qm̃ dicebant, ſpiritum immundum habet.
† autem
Ioan. 12.f Iſai. 6.c † audietur
Mar. 3.d
o *Ei au. qui.* Ei ẽt q ſcãdalizatus in infirmitate carnis me purũ hoĩẽ uel uoratorẽ ſuſpicatus fuerit, remiſſibile erit, ſed q g̃ram ſpũſſancti (qua pñia inſpiraẽ, & ad congregationẽ rediẽ) non cognoſcens impœnitenti corde permanſerit, cum hoc iam non ſit humanum ſed diabolicũ, irremiſſibile erit.
p *Cum au. ind. uos in ſy.* Terror taliũ ꝯuẽtuum ſolet auferre libertatẽ loquẽdi. † paſſerculi
q *Noli. ſoli. eſſe.* Voluntatem ueſtram pro Chriſto offerte. Chriſtus vero loquetur pro ſe.
Magiſter

NIC. DE LYRA.

ǁ *auertamini a fidei veritate.*
a Nihil enim opertum. *quia eorum falſitas in iudicio Dei manifeſtabitur.* D
b Qm̃ q̃ in te di. *hoc refertur ad ſeductores, modus .n. ſeductorum eſt in tenebris & occultis docere, ſed talia veniẽt in palã in iudicio extremo. & hoc notatur cum dicitur:* †Mat. 10.d Marc. 8.d De pœ. di. 3.c. adhuc
c Prædica. in te. *Domus enim in terra illa habent plana tecta, vbi congregantur homines ad ſpaciandum & confabulandum, & ideo illa, quæ dicuntur ibi, publice dicuntur & hoc modo exponit Theophilus. Beda autem exponit hoc referẽdo ad diſcipulos Chriſti, quorum ea, quæ paſſi ſunt in tenebris carcerum & preſſurarum, declarata ſunt per orbem ad gloriam eorum. ſed prima expoſitio magis concordat literæ præcedenti.* In Luc. euãgel. c. 12. li. 4. c. 52. t. 5.
d Dico aũt vo. *Hic deſcribitur ſecundum retrahens a fide, quod eſt ſęuitia perſecutorum, quam Chriſtus docet non timere. Et patet ſententia eſt dictis Matt. x. exceptis quæ ſequuntur.*
e Nonne quin. paſſe. ve. *i. venduntur.*
f Dipon. *Dipondium eſt ſpẽs monetæ, & ualet duplex as. & ideo quinq; paſſeres vendebantur dipondio, vt hic habetur, et duo, aſſe, vt habetur Matt. x. quia quintus paſſer non poterat diuidi, & ideo remanebat vendenti ſicut quando dantur quinque oua pro vno denario, non dantur niſi duo pro obolo.*
g Et omnis qui di. verb. in fili. homi. *ideſt contra Chriſti humanitatem.*
h Remitte il. *i. non eſt ita graue ad remittẽdum ſicut verbũ blaſphemiæ dictũ cõtra deitatẽ, & hoc fuit expoſitũ diffuſe Matt. xij. c.*
i Cũ au. indu. u. in ſy. &c. *Iſtud fuit expoſitum. Matth. xij.*
ǁ Ait

MORALITER.

✱ a *Ni. o.* q. d. Hypocritarũ falſitas manifeſtabitur, & ſiſr fidei ueritas q̃ rpibus eccleſię primitiuę pp multitudinẽ infideliũ docebatur occulte.
d *Dico au. uobis.* Hoc de ſe morale eſt, pp qđ pertrãſeo uſq; ibi:
✱ Ait

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Magiſter* Commẽdanti gratiam ſupernæ pacis & unitatis uult iſte ingerere moleſtiam terrenæ diuiſionis. vñ & homo dr̃, id eſt terrenus. Inter quos.n. hmõi zelus & contentio eſt, hoies ſunt & ſecundum hoiem ambulãt. Inter patres p̃rimo niũ: nõ iudex medius, ſed pietas dẽt ſequeſtra diuidere, q̃uis immortalitatis patrimonium non ſit pecunia hominibus petendum.

E

1. Cor. 3.a

b *Quis me con.* Non ſum diſſenſionis Deus ſed pacis & unitatis, qui ueni homines pacificare cum angelis, vt multi unum cor & unã aĩam habeãt. Nõ ut diuidantur, ſed ut habeãt oĩa cõia, nec ſit aliquis egens inter eos. Ille qui non colligit mecũ, eſt diuiſor fraternitatis & diſſenſionis autor. Quia auaricia plerumque ſolet tentare virtutem patientiæ quam commendabat & exemplũ & præceptum huius abolendæ ſubiicitur, dicente Domino: *Quis me c.iu.* Nõ dignatur iudex eſſe litiũ, nec arbiter facultatũ, q uiuorũ et mortuorum habet iudicium & meritorum arbitrium.

†17.d ſicut hi i ti.

c *Ab omni aua.* Nemo putaret crimen eſſe, hæreditatem diuidere, fructus in horrea congregare, ſed & hoc auariciã indicat ſupernus iudex: unde et ſubiungit. *Homi. cuiuſdam diuitis.* Sicut ſupra cõtra Phariſæos & hypocritas, ita hic occaſione ſtultæ petitionis contra auariciam diſputat.

Deut. 8.a Sup. 4.a

d *Non in a* Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in uerbo Dei nec tpalis uita multitudine diuitiarum protenditur.

e *Di.a.* Poſt præceptum ſubdit exẽplũ ad declinãdã auariciam temporalium.

f *Hominis cuiuſdam.* Non reprehẽditur diues, ꝙ terram coluerit, uel fructus cõdiderit in horrea, ſed ꝙ fiduciam uitæ poſuerit in illis, nec pauperibus erogauerit, ut ab eis reciperetur in æternis tabernaculis.

F

†lætare

g *Qui. a.* Fructus ſuos, & ſua bona eſſe computans non erogat pauperibus quæ ſuperſunt, ſed ſuæ luxuriæ reſeruare in futurũ ſtudet, & ignarus quis congregatis ſit uſurus.

Sup. Luc. li. 7. c. 12. in. 3. tom. 5.

h *Bona mea & dicam.* Ambro. Nõ ſunt hominis bona, quæ ſecum auferre nõ poteſt. Sola enim miſericordia comes eſt defunctorum.

i *Requieſce.* Ecce eum peſti auariciç iungitur peſtis deſidiæ, ut nec pro temporalibus Deum interpellaret.

k *Dixit a.* Dicere Dei, eſt ad hominem prauas eius machinationes ſubita animaduerſione compeſcere.

†Matt. 6.d

l *Sulte.* Quia longa tibi tempora diuitiarum promittebas, hac nocte præreptus aliis congregata relinques.

†veſtiemini

m *Repetunt &c.* In nocte auferſ anima, quæ in obſcuritate cordis qđ poterat pati, præuidere noluit.

Diues in Deum

n *Et non eſt in de. di.* In Deum diues eſt, qui tranſitoria contemnens pauperibus diſtribuit, cuius expectatio Dominus eſt, cuius ſubſtantia i. conſcientiæ poſſeſſio qua ſubſtentatur & paſcitur, eſt apud Deum, non in ſacculis terræ.

o *Dixitq; ad diſcipulos ſuos.* Apoſtolos per fidem in ſpe æternorum confirmat, quia plures ſunt, quos torpentes facit amor præſentium & deſperatio futurorum.

p *Nolite ſollici.* Perfectius eſſet pauperibus omnia dare, & de mammona iniquitatis amicos facere. Sed quia plerumque deuotio fidei infirmitate reuocatur, non prohibet prouidentiam, per quam in ſudore vultus panis præparatur, ſed uetat ſollicitudinẽ, quæ mentem perturbat, & ab æternis reuocat.

Luc. 18.c

q *Quid manducetis neque corpori quid induamini. Anima plus eſt quã eſca; & corpus plus quam veſtimentum.* Indecorum eſt homini curare de cibo vel veſte, qui militat in regno Dei. Nouit rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, ueſtiat. Moraliter. Ad fidem inſtruit omnia credentibus a Deo poſſe conferri, qui ipſos ex anima & corpore compoſuit. Cum enim anima indumento corporis ueſtiatur, & uigore animæ ſine noſtro labore corpus animetur, abſurdum eſt, vt uictus copiã nobis defecturam putemus, qui uiuendi iugem ſubſtantiam a Deo conſequimur.

*Conſiderate*

quid oporteat uos dicere: Ait autẽ a quidam de turba: Magiſter, dic fra b tri meo, vt diuidat mecum hæredi b tatem. At ille dixit ei: Homo, quis c d

Litium. Faculatum.

me cõſtituit iudicem aut diuiſorẽ

a Tam ad turbas quam ad diſcipulos.

b Rationem prouidete, contra quam ſi caro ſuggerit, cauete.

ſuper vos? Dixitq; ad illos: Videte: c & cauete ab omni auaritia, quia d non in abundantia cuiuſquã uita e cius eſt ex his, quæ poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, f dicens: †Hominis cuiuſdã diuitis g

Huius ſolito.

uberes fructus ager attulit, & cogi h

a Ecce nimia ſollicitudo ex auaritia.

g tabat intra ſe, dicens: Quid faciam i quòd non habeo, quod congregẽ

a Ex ſollicitudine deliberatio.

fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & faciam maiora: & illuc congregabo k

Meo labore, uel, propter me ſolum.

h omnia, quæ nata ſũt mihi, & bona mea: & dicam animç meç: Anima l habes multa bona poſita in annos

A labore. Eſuriem & ſitim pelle.

i plurimos: requieſce, comede, bibe, m n

Magno paratu.

k l †epulare. Dixit aũt illi Deus: †Stul o p

Exactores.

m te, hac nocte animam tuã repetũt q à te, quæ autem paraſti cuius erũt? r

Stultus & in nocte rapiendus.

n Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non ſ t o eſt in Deum diues. Dixitque ad di u x

a Quos ſpecialiter ad contemptum mundi inuitat.

b Ideo temporalium ſolicitudinem ueto ne cum diuitibus ſeculi uobis theſaurizare conuincamini.

ſcipulos ſuos: Ideo dico uobis:

a Vitæ, quæ cibo ſuſtentatur.

p †Nolite ſolliciti eſſe animç ueſtrç: y q quid manducetis, neque corpori quid †induamini. Anima plus eſt quã eſca: & corpus plus quã veſti-

a Ait autem ei qui. *Hic Chriſtus diſſuadet tertium retrahens a fide, quod eſt immoderata concupiſcentia terrenorum, vbi præmittitur cuiuſdam cupidi petitio dicentis Chriſto.*

G

b Mag. d. *inconueniẽter petebat, qa nõ erat locus neq; tp̃s, nec Xp̃s erat tpalib. intentus, immo ea contemnere docebat, & ideo Xp̃s reſpondit ei:*

c Homo. *carnalis & rudis & terrenus.*

d Quis m. c *Similiter Apoſtoli, vt poſſent vacare uerbo Dei, curam temporalium a ſe abiecerũt dicẽtes. Non eſt æquũ nos derelinq̃re verbum Dei & miniſtrare mẽſis. & ideo ex hoc Xp̃s conſequenter docuit cauere auariciam, quæ a Deo ſeparat. vnde ſubditur:*

Act. 6.a

e Quia non in ab. c. *ſ. ſpiritualis, per quam coniungitur Deo: Nec ẽt corporalis, quia pp abundãtiam & ſuperfluitatẽ mors plurium acceleratur. multo.n. plures moriuntur ex repletione quam ex attenuatione. Vitæ etiam pauperum nullus inſidiatur: diuites autem in nullo loco ſunt ſecuri, & in omni cibo & potu timent intoxicari.*

f Dixit a. ſi ad il. *ad ſuũ ꝓpoſitũ declarãdũ.*

g Ho. c. d. &c. a. *id multo plures ſolito curſu.*

h Et c. *quia abundantia diuitiarum inducit magnam ſollicitudinem, & per conſequens animi anxietatem, quia non ſupplent indigentiam, vt declarat Boetius. ij. lib. de conſo. unde ſequitur:*

i Quid fa. *Ecce abundantia fructuum faciebat eum horreis indigentem.*

k Illuc cong. *cum econtrario deberet dicere, diſpergam pauperibus.*

l Et di. ani. m. *i. mihimetipſi, ſecũdum quod totus homo denominatur a parte digniori.*

m Requ. *hic exprimuntur quatuor mala q̃ ſolent ex abundantia diuitiarum euenire. ſ. ocioſitas, quæ notatur ibi: Requieſce. guloſitas, cum dicitur, comede. ebrietas ibi: Bibe. Comeſſationis celebritas ibi: Epulare. Vnde: infra xvi. e. de diuite epulone dicitur, quòd epulabatur quotidie ſplendide.*

Abundantia diuitiarum mala quatuor.

o Dixit au. il. de. *i. contrarium ſuæ cogitationis fecit. Dicere enim Dei, facere eſt, ſecũdum illud Pſal. xxxij. Dixit & facta ſunt.*

H

p Stul. *qui non cogitas de Dei prouidentia & iuſticia.*

†Imprudens

q Hac n. an. t. r. *ſ. dæmones quibus obligata eſt per peccata.*

r Quæ au. pa. *quaſi diceret, non erunt tua, quia non portabis tecum. hoc autem potiſſime poteſt quæri a perſonis eccleſiaſticis, qui non poſſunt relinquere bona eccleſiæ ſuis hæredibus.*

ſ Sic eſt. *i. ſimiliter ſtultus & ad ſimilem finem veniet.*

t Qui ſibi the. *bona temporalia.*

u Et non eſt in de. d. *i. uacuus eſt bonis ſpiritualibus.*

x Dix. ad diſ. *Hic conſequenter Saluator diſſuadet quartũ retrahens a fide, quod eſt cura nimia & ſuperflua reſpectu neceſſariorum. Et patet ſententia ex dictis Matth. vi.*

Nolite

## MORALITER.

a *Ait au. ei qui de t.* per hoc autem quod Chriſtus noluit ſe intromittere de diuiſione hæreditatis inter fratres, oſtendit, quòd prædicatores euangelii, non ſe debent intromittere de negociis ſecularibus determinandis.

g *Ho. cu. diui.* per iſtum intelligitur omnis homo congregãs & conſeruans bona temporalia, ut inde uiuat ocioſe. ideo ſequitur:

l *Et di. ani. meæ.* & etiam guloſe & delicioſe: ideo ſubditur:

m *Comede bibe.* & frequenter contingit, quòd tales ſubito moriuntur: & ſic a propoſito defraudantur: propter quod concluditur:

ſ *Sic eſt qui ſibi theſaurizat.* quia ſolæ diuitiæ virtutum portantur de hoc ſeculo cum habente.

y *Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, neque corp. quid induamini. Anima plus eſt quam.* ſcilicet ſollicitudine ſuperflua, quia Deus dat animam & corpus, quæ ſunt maiora ſine ſollicitudine humana, et ſimiliter paſcit coruos & creſcere facit lilia. Et hęc omnia dicuntur hic ad literam, ad tollendum a prædicatoribus euangelii ſollicitudinem ſuperfluam de neceſſariis quantum ad uitam præſentem. Moraliter autem, virgines lilia dici poſſunt, qui per augmentum uirtutum in deo creſcunt & induuntur gratię veſtibus in præſenti & gloriæ in futuro.

*Nolite*



a *Conſiderate.* Sancti merito auibus comparantur, qui nihil in mundo habentes, nec laborantes, ſola contemplatione æterna petunt, iam ſimiles angelis.

A

b *Quanto magis.* Si volatilibus non laborantibus, nec cões fructus aliquo ſibi dominatu ſpecialius vendicantibus prouidentia Dei neceſſaria largiũtur, verum eſt cauſam inopiæ noſtræ auariciam indicare, qui communia quaſi propria vendicamus & aliis inuidemus.

c *Si ergo ne.* Si nec in augmẽtatione corporis veſtri operari poteſtis, q̃ operatio eſt Deo minima ad cõparationem ſpũalis creaturæ, quid ſolliciti eſtis de cæteris maioribus. i. de animç conſeruatione.

d *Conſiderate lilia.* Aperta comparatio. Lilia non ſicut cæteri fructus aliquem agricolarum cultum requirunt. Solet etiam per lilium cæleſtis beatitudo ſignificari, ad quã nos inuitat Dominus. Lilia non in ſiluis, ſed in hortis naſcuntur, ſic & nos in hortis virtutum naſci debemus.

Matt. 6.d Ioan. 9.d

e *Nec Salomon.* Ambro. Salomon & hic veſtitus, & alibi coopertus gloria dicit, qui infirmitatem corporeç naturæ velu ti quadam virtute mentis ad opertam, operum gloria veſtiebat.

Sup. Luc. li. 7. c. 12. in. 3. tom. 5.

f *Veſtie. ſi vnum.* Quç purpura regum, quç pictura textricum poteſt florib. comparari? Ipſe color dicitur veſtimentum floris, ſicut dicitur: Operuit iſtum rubor.

g *Cras in libanum.* Cras in ſcripturis pro futuro ponitur, dicente Iacob Exaudiet me cras iuſticia mea.

h *Nolite quærere.* non ait: Nolite quærere vel ſolliciti eſſe de cibo vel veſtimẽto, ſed expreſſius, quid mãducetis aut quid bibatis. In quo videtur argui hi, qui ſpreto victu vel veſtitu communi, lautiora vel auſteriora præ his cũ quibus viuunt, alimenta vel indumenta requirunt.

Gen. 30.e

B

i *Nolite in ſub.* Prohibita ſollicitudine victus vel veſtitus, quæ ſunt ad neceſſitatem, prohibet etiam ſuperbiam, quæ ſolet de iſtis ſuperabundantibus conſequi. Ideo hæc ne requiratis, quia talis ſollicitudo facit infidelibus ſimiles.

ne ſublimia curetis

k *Et hæc o.* Quia oĩa ſunt filiorum. ideo hęc omnia adiicientur vobis, etiam non quærentib. vt nec in p̃nti nec in futuro deſit aliqua gratia fidelib. quibus ſi hæc ſubtrahuntur, ad probationem eſt: ſi dãtur, ad gratiarum actionem, quia omnia cooperantur in bonum bonis.

Rom. 8.e

l *No. ti.* Regnũ q̃rite, & de regno ne diffidati, quia pater complacita bonitate dabit vobis regnum, nõ veſtris meritis.

m *Pu.* Vel ob comparationem maioris numeri reproborũ vel potius ob humilitatis deuotionẽ, p q̃ humilitatẽ creſcit eccleſia, per q̃ peruenitur ad regnum.

pusillus grex

n *Vendite.* Non tm̃ non timeatis ne propter regnum militantibus vitæ neceſſaria deſint, ſed ẽt poſſeſſa vendite ꝑpter eleemoſynam, quæ eſt via ad regnũ dũ per eam p̃ctã redimuntur. Nõ tm̃ cibos veſtros cõicate pauperibus, ſed etiã vendite veſtras poſſeſſiones, vt omnibus veſtris ſemel ꝓ Domino ſpretis poſtea labore manuũ veſtrarũ operemini, vnde viuatis vel eleemoſynam faciatis.

o *Date ele.* Qui pro cœlo omnia mundana ſpernit, vendat q̃ habet & diſtribuat: Qui non eſt tantæ virtutis, de his, quę habet, eleemoſynam det. Non prohibetur, vt nihil pecuniæ ad vſus neceſſarios a ſãctis reſeruet, cũ ipſe Dñs loculos habuiſſe legat, ſed ne Deo pp iſta ſeruiatur, & ne timore inopiæ iuſticia deſeratur.

Matt. 6.e

p *Non deficie.* Temporalia, vel ex ſua fragilitate deficiũt, vel ſi quid ſolidum ſupereſt, vt lapides pretioſi, a furibus poſſunt tolli. Sed data pro Chriſto æternum fructum conferunt in cælis.

C

q *Quo fur.* Fures ſunt hæretici & dæmones, qui ad hoc intenti ſunt, vt ſpiritualibus nos ſpolient. Tinea quæ latenter veſtes rodit, inuidia eſt, quæ ſtudium vel fructum bonum lacerat, & compactionem vnitatis diſſipat.

r *Vbi enim the.* Vniuerſaliter, & de pecunia & de omnibus voluptatibus. Guloſi theſaurus, eſt vẽter, vbi habet cor. ſic & de aliis. Nam ſi in terra, cor eſt deorſum. Si in cęleſtibus, eſt in Chriſto fixũ. Neceſſe eſt enim, vt quo prçceſſerit dilectio nis theſaurus, illic & cogitationis ſequatur affectus. Myſtice. Si theſaurus boni operis cauſa temporalis commodi congeratur, facile corruit, quia ſi exterius fit ad fauorem hominum, diabolus rapit. vnde: Receperunt mercedem ſuam. Si intus fit ad inanem gloriam, tinea ſcindit, cum in ſe confidentem, & ſibi placentem fragilitas humanæ conditionis deſerit.

†præſtatis illis †ſollicitudine

Myſtice

Matt. 6.a

*Sint lumbi*

a Hoc ad eſcam. Matthæus uolatilia. Hic ergo ſpecies pro genere. Quorũ anima mortalis.

a mentum. Conſiderate coruos: quia nõ ſeminant, neq; metũt, quibus non eſt cellarium, neq; horreum, & Deus paſcit illos.

Propter rationem, propter immortalitatẽ, quæ uobis promittitur plus ualetis.

b Quanto magis uos † pluris eſtis

a Hoc de ueſtimento.

illis? Quis autem veſtrum † co-

a Sua ſollicitudine & ſagacitate. b Illi ergo curam tegendi corpus relinquite, qui illud ad hanc menſuram fecit peruenire.

gitãndo poteſt adiicere ad ſta-

Nullus.

turam ſuam cubitum vnum?

c Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſol-

Non ſunt allegorica iſta, ſed vt de minoribus perſuadeantur maiora.

d liciti eſtis? †Conſiderate lilia,

a Coloribus ſe ornando.

quomodo creſcunt. Non lãbo-

a Vt faciant ſibi indumenta.

rant, neq; nẽnt. Dico autem vo e bis, quia nec Salomon in omni f gloria ſua ueſtiebatur ſicut unũ

Si iſta, quæ ad uſum tantum corporis ſunt & cito decidua, igne cremabuntur, Deus tam uenuſte adornat quan. &c.

ex iſtis. Si autẽ† fœnum, quod g hodie in agro eſt, & cras in cli-

a i. in aceruum qui habet ſpeciem clibani.

bãnũ mittitur, Deus ſic ueſtit,

a i. Veſtiet. b Qui ad imaginem Dei facti eſtis ad æterna vocati.

quãnto magis uõs puſillç fidei?

a Ergo. Si enim de his diffiditis, quomodo æterna ſperetis?

h Et uõs nolite quçrere, quid mã

a Et ſi hæc abundauerint, ne inde ſuperbiatis.

ducetis, aut quid bibatis: ẽt i †nolite in ſublime tolli. Hæc

a Quibus nulla cura eſt de futuris, ſed filiorum eſt quçrere regnum Dei.

enim omnia gẽntes mũdi quæ

a Ne dubites de voluntate patris. b Prouidet hæc omnia in ſua uia nobis eſſe neceſſaria.

runt. Pãter autẽ veſter ſcit quõ-

a Sed tamen non eſt in his finis ponendus, ſed in regno, propter quod & iſta.

niam his indigetis. † Verumtamen

a Omnibus præponite, hoc ſit finis, propter hoc omnia agite.

Bona æterna.

men quærite primum regnum k Dei & iuſticiam eius, & hæc o-

a Non dabuntur quaſi propter ſe, ſed ſuperadduntur quaſi neceſſaria ad aliud.

l mnia adiicientur uobis. Nolite a b m timere† puſillus grex: quia com c

a Qui etiam propter regnum adiecit temporalia.

placuit pãtri ueſtro dare uobis n regnum. Vendite quæ poſſide- d

a Operando eleemoſynas.

o tis, & dãte eleemoſynam. Faci- e

a Repoſitiones, quarum merces durat in æternum.

te uobis ſacculos, qui non ue- f p teraſcunt, theſaurum non de- g

In ſpiritualibus & æternis.

a Quia ibi aduerſus electos Dei nulla fraus diaboli præualebit.

q ficientem in cælis, quõ fur non h

a Quia diuitiæ ſanctorum futuræ incorruptibiles ſunt.

appropiat, neque tinea cõrr rumpit. †Vbi enim theſau- i rus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrum k

## NIC. DE LYRA.

a Nolite ti. *Hic conſequenter Saluator ſuadet in fide ſtabilientia: Et ſunt quatuor, ſcilicet præſtolatio præmii, expectatio iudicii, exigentia officii, & magnitudo beneficii. Et ſecundum hæc iſta pars diuiditur in quatuor. Secunda incipit ibi. Sint lumbi ueſtri præcincti. tertia ibi: Ait autem. quarta ibi: Omni autem cui multũ datum eſt. Circa primum ſciendum, quòd ſpes vitæ æternæ maxime ſtabilit in fide, ideo dicit Saluator ipſis fidelibus.* Nolite ti. *perſecutiones præſentis vitæ.*

Stabilientia in fide quatuor.

†herbam quæ Diuiſio

b Puſillus grex. *Et dicit puſillus, quia pauci erant fideles reſpectu infidelium, & quia pauci ſunt electi reſpectu reproborum.*

c Quia compla. pa. ue. da. uobis re. *Ex mera enim liberalitate diuina aliquos elegit ad regnũ cæleſte aliis dimiſſis, & quos ab æterno ſic elegit, in tempore uocauit ad fidem & iuſtificauit per gratiam, vt ſic digni efficerentur uita beata ſecundum quòd dicit Apoſtolus. Quos autem prædeſtinauit, hos & uocauit. quos autem vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit.*

D

Roma. 8.f

d Vendite quæ poſſi. *quaſi dicat ex quo nobis paratum eſt regnum cęlorum, parum debetis curare de terrenis. Sciendum tamen, quòd vendere poſſeſſa, ad dandum eleemoſynam, non eſt neceſſe niſi in caſu extremæ neceſſitatis, alias eſt ſupererogationis. pp hoc dicitur Matt. xix. c. Si vis perfectus eſſe, vade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Non dicit, ſi vis ſaluari, ſed, ſi vis perfectus eſſe.*

†Matt. 6.d

e Faci. uo. ſac. *i. repoſitoria bonorum.*

f Qui non ueteraſcunt. *& quæ ſint illa, oſtendit dicens:*

g Theſaurum non defi. in. cæ. *Ibi enim non poteſt eſſe corruptio ab intrinſeco, nec per cõſequens inueteratio. quia quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt, vt habetur Hebr. viij. d. Similiter non poteſt ibi violentia fieri ab extrinſeco, ideo ſubditur:*

h Quo fur non appropiat &c. *Iſte autem theſaurus acquiritur per prædictam eleemoſynarum largitionem. vnde Matt. xix. c. cum dixiſſet Saluator: Vende omnia quæ habes & da pauperibus, ſubiunxit, & habebis theſaurum in cęlo.*

i Vbi eſt e. theſaurus ueſt. *id eſt res a te amata & deſiderata.*

k Ibi & cor. *quia ſecundum Aug. anima verius eſt vbi amat, quam vbi animat.*

Sint

## MORALITER.

a *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ueſtro dare uobis regnum.* id eſt congregatio humilium, quibus pater cæleſtis præparauit regnum.

*Sint*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Sit lum. & ar. lu.* Deo nō placet vnū ſine altero, cū qs uel bona agit nōdū refrænata luxuria, vel caſte uiuit nō exercēs ſe p bona opera. Et vt ab amore temporalium poſſitis remoueri, & bona quæ agitis, ſimplici intentione æternorum agatis, cingite lumbos. i. motus carnaliū deſideriorum refrænate, & habete lucernas ardentes, vt in operatione veſtra ſolo Dei amore ardeatis & aliis exemplum præbeatis.

†De pœni. diſ. 1. c. qui ſanctus.

b *Expectan.* Siue vitatis mala ſiue facitis bona, nihil mundamini, ſed ſolum aduentum redemptoris expectetis.

c *Quan. re.* Ad nuptias Dñs iuit, cū poſt reſurrectionē nouus homo angelorū multitudinem ſibi copulauit. A quib. reuertitur, cum nobis per iudiciū manifeſtatur. Vnde & bene de expectantibus ſubdit: *Vt cum ue.*

†Mat. 24. d

d *Confeſtim ape.* Non vult aperire iudici pulſanti, qui timens videre iratum quē contempſit, de corpore exire metuit. Aperit q iudicem lætus & ſecurus ſuſtinet, & de propinqua morte gaudet. unde ſubditur: *Beati ſer. il. quos cum ue.*

e *Vigilantes.* Vigilat qui oculos apertos in uero lumine tenet, vt tenebras negligentiæ cuitet, q etiam qđ credidit operatur, q ſollicitus eſt in cura gregis ſibi commiſſi. Quid vero vigilantibus debeatur, ſubdit: *Amen dico vobis.*

† cuſtodia

f *Tran.* Tranſiens miniſtrat, cū de iudicio ad regnum rediens, ſua claritate fideles ſatiabit. Vel poſt iudiciū trāſibit, cū a cognatione humanitatis, quæ in iudicio uidebit, ad cognitionē diuinitatis poſt iudicium ſuos illuminabit.

g *Et ſi ve.* Vigilias vocat a ſimilitudine excubantium. In nocte huius mundi ſemper debemus eſſe contra hoſtem ſolliciti, & expectare lucem venturā. i. aduentum iudicis. Prima ergo uigilia cuſtodia puericiæ eſt, ſecunda iuuentutis, tertia ſenectutis. Si qs vero in pueri-

*Tres vigiliæ triū ætatum*

F

cia vigilare neglexerit, non tamen deſperet, ſed etiam in iuuentute, vel ſaltē tandem in ſenectute reſipiſcat, qa pius iudex moras noſtras patiēter expectat. Qui ad excutiēdam mentis deſidiam exteriorum damnorum ſimilitudinē inducit, vt per hoc animus ad cuſtodiam ſui ſuſcitetur Vnde:

†De pœ. di. 1. c. ſi ſacerdos

h *Hoc au. ſcito. quoniam ſi ſciret paterfami.* Neſciēte patrefamilias fur domū pfodit, qa dum a ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors carnis habitaculum irrumpit, & ad ſupplicia trahit. Furi autē reſiſteret ſi vigilaret, quia aduētum iudicis occulte venientem præcauens, pœnitendo occurreret.

i *Qua hora nō putatis filius hominis veniet.* Vltimam horam ſemper ignorari voluit Dominus ut ſemper ſit ſuſpecta, & ad eam ſemper præparetur.

k *Ait autem ei Petrus.* Cum dominus duo propoſuerit. ſ. & ſe ſubito uenturum, & illos expectando paratos eſſe debere, q̄rit Petrus ſi illa ſublimia inſtituta cæleſtis vitæ, quæ ſunt neceſſaria ſe præparantibus, ad apoſtolos ſolum, & ſimiles eorum, an ad omnes ſaluandos pertineant.

l *Dixit autem dominus.* Reſpondens ad interrogata Dominus, primum & ſecundum iudicium cunctis affuturum, & ſingulos pro meritis uel remunerandos uel damnandos dicit. Deinde quod maxime quæſierat, ſupponit, ſcilicet gratiam uirtutum, quam mundo attulerat, a ſingulis quantum poteſt eſſe ſectandam. quod eſt ibi: Ignem ueni mittere in terram.

m *Quiſputas eſt fidelis diſpenſator.* quaſi dicat. Vobis qui diſpenſatores eſtis inſtituti, hoc ſpecialius conuenit de cuſtodia & præparatione, ut & uos & alios præparetis in aduentum iudicis. quia pauci ſunt qui commiſſam ſibi bene adminiſtrant diſpenſationem.

n *Et prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt.* Quam ratus eſt Domino propter dominum ſeruiens, oues Chriſti non ad lucrum, ſed amore Chriſti paſcens, prudens in futuro ſibi prouidēs, quem cōſtituit. i. quam rarus q ſit uocatus a Deo tanquam Aaron, & non magis ſe ingeſſerit, & qui non magis ſe paſcat quam oues.

o *Beatus.* quaſi dicat. Pauci ſunt fideles. Iſte autem qui repertus fuerit fideliter annonam uerbi miniſtrās, & in curam gregis vigilans, æterna beatitudine glorificabitur.

G

*Heb. 5. a*

Super

a erit † Sint lumbi veſtri præcincti: a

¶ Contra noctem huius uitæ.

& lucernæ ardentes in manibus b c

¶ Sitis.

ueſtris, & uos ſimiles hominibus d

b expectantibus Dominum ſuum.

c quando reuertatur a nuptiis, vt e

a ¶ Temperando ad iudicium. b ¶ Per ægritudines mortem propinquam deſignando.

d cū uenerit & pulſauerit: cōfeſtim

¶ Læti eum ſuſcipiendo.

aperiant ei. † Beati ſerui illi, quos f

e cū uenerit Dominus, inuenerit vi g

¶ Vere beati quia. a ¶ Preparans ſe ad retributionē.

gilātes. Amē dico uobis, q̇ præcin h i

a ¶ In æterna beatitudine refoueri. ¶ Noſtrum recumbere eſt in regno quieſcere.

get ſe & faciet illos diſcumbere, et

f g tranſiēs miniſtrabit illis. Et ſi uene k

a ¶ Adoleſcentia. b ¶ Senectute. ¶ Ideſt non in vna ſola, ſed in quacunque ætate poſſumus promereri

rit in ſecunda † uigilia: et ſi in tertia

¶ Saltim tunc.

† vigilia venerit, & ita inuenerit, be

a ¶ Per ſimile probat, quod debent uigilare.

h ati ſūt ſerui illi: † Hoc autem ſcitō

te, quoniā ſi ſciret paterfamilias,

a ¶ Illa hora, quæ ſibi ſuſpecta eſſet.

i qua hora fur ueniret, uigilāret utique & nō ſineret perfodi domum

¶ Ergo. ¶ Poſt ſimilitudinem ſupponit exhortationem. ¶ Sine macula & ruga.

ſuam. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius homi-

k nis ueniet. Ait aūt ei Petrus: Domi l

a ¶ Vendite. facite ſacculos qui nō ue. ſint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes, uigilare.

ne ad nos dicis hānc parabolam,

l an & ad omnes? Dixit autem do

g Contendite intra. *Et per hoc etiam ſoluitur quæſtio propoſita de paucitate ſaluandorum, quia pauci reſpectiue inueniuntur ita feruide pœnitentes, quod non impediantur propter dictas difficultates,ideo ſubditur.*

h Multi, dico uobis, quærent &c. *& iſti ſunt tepidi,prædictis difficultatibus impediti. Et quia non ſemper durat tempus pœnitendi, ideo ſequitur :*

¶ Cum autem

MORALITER.

✱ *c Simile eſt.* Granum ſinapis minimum beatum Franciſcum ſignificat humillimum.propter quod ſuos fratres voluit vocare Minores Hoc autem granum homo Chriſtus poſuit in hortum ſuum .ſ.eccleſiæ militantis,vbi creuit p vitæ meritũ,& p ſuæ religionis augmẽtũ.& volucres requieſcũt in eius ramis,quia multi magni & potentes acquieſcunt filiorum ſuorum conſilijs & doctrinis.

*d Cui ſi.&c.* Licet fermentum in ſcriptura frequentius accipiatur in malo.tamen hic accipitur in bono,& propter virtutem alterandi ſignificat verbum euangelicum, quando ad fidem tranſmutauit magnam partem mundi,& adhuc amplius tranſmutabit. unde in figura huius in Pẽthecoſte,quæ celebrabatur a Iudæis, propter beneficium legis datæ,quæ fuit euangelii figura,offerebantur duo panes de ſimila fermentata, vt habetur Le.xxiij. b. Hoc autem fermentum poſitum fuit in ſatis tribus.i. in tribus mundi partibus a tẽpore apoſtolorum,& amplius ponetur donec fermentetur totũ.

*e Et ibat.* per hoc oſtendit,qualiter prædicator euangelii debet eſſe diligens in prædicatione verbi diuini.

*g Contendite.* Non.n.poteſt fieri ſine conatu magno, quod homo terrenus fiat ciuis in cælo.



✱ Cum autem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

a *Cum autem intra.pa.* Paterfamilias Chriſtus, cum ubique ex diuinitate ſit, illis iam intus eſſe dicitur, quos in cælo præſens ſua viſione lætificat, ſed quaſi foris eſt his, quos in hac pegrinatione certantes occultus adiuuat. Intrabit ergo, cũ totã eccleſiã ad ſui contemplationem perducet. Claudet oſtium, cũ reprobis locum pœnitentiæ tollet, qui foris ſtantes pulſabunt.i. a iuſtis ſegregati miſericordiam, quam contempſerunt, fruſtra implorabunt.

b *Incipietis foris ſta.* Modo tempore miſericordiæ contendite, quia tempore iudicij reprobis tollitur locus pniẽ, qui nunc aperitur cunctis pie quærentib.

c *Neſcio uos.* Non nouit lux tenebras. i. non aſpicit, quia ſi aſpiceret, tenebræ non eſſent.

d *Manducauimus co.te.&c.* Non feſtiuitatum epulatio iuuat, quem fidei pietas non commendat. Non ſcientia ſcripturarum notum Deo facit, quem operum iniquitas indignum oſtendit. Vel de Iudæis ſimpliciter intelligendum eſt, qui reſpuentes myſteria fidei, gratos ſe Deo arbitrantur, quod in templo victimis oblatis coram domino epulantur, & lectionem prophetarum auſcultant. Vel Myſtice. Manducat coram domino & bibit qui verbi pabulum auide ſuſcipit. Vnde quaſi exponendo ſubiungitur. (*Myſtice*)

e *In plateis &c.* Scriptura in obſcurioribus, cibus eſt, quia quaſi exponendo frangitur, & mãducando glutitur, Potus enim in apertioribus, vbi ita abſorbetur ſicut inuenitur. Et occulta ergo & aperta ſe intellexiſſe teſtantur, qui reprobante iudice, quod manducauerunt, conqueruntur. († Ibi. 20.b)

f *Ibi erit fletus & ſtr.den.* Fletus de ardore, ſtridor dentium de frigore ſolet excitari: quia ibi tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Vel ſtridor prodit indignantis affectum, quod ſero pœnitet, quod deliquit pertinaciter. Vel ſtridebunt dentibus, qui hic de edacitate gaudebant. Flebunt oculi, qui hic p cõcupiſcentias vagabãtur. Et notat p fletũ q eſt oculorũ, & ſtridorẽ dentium, verã impiorum reſurrectionem.

g *Et uenient.* Multi prius feruentes poſtea torpent. Multi prius frigidi, ſubito ardeſcunt. Multi in ſeculo deſpecti, in futuro ſunt glorificandi. Alij apud homines glorioſi, in futuro ſunt damnandi. Vel, gentiles, qui diu ſine fide vixerant, ad fidem ſunt vocandi, Iudæi execrandi. († conſummo, finio.)

h *Dicite uulpi illi.* Vulpis animal doloſum, in fouea ad inſidias latẽs, odore fœtẽs, nunq̃ rectis itinerib. incedẽs. Hæc oĩa Hæreticis (quorũ Typũ tenet Herodes) cõgruũt, q Chriſtum.i. humilitatem Chriſtianæ fidei in credẽtibus conantur extinguere.

i *Ecce eijcio dæmonia & ſa.* Quaſi diceret. Nec Herodes, nec hæretici quorũ ipſe figura eſt, poterũt pturbare, quod intẽdo facere. Intẽdo aũt eiicere dęmonia de cordib. hoim. vt relictis vanitatib in me credant, & perficere ſanitates, vt ſm mea pcepta viuãt, poſtea cõſummor in meo corpe, qd eſt eccła, quã ĩ die reſurrectionis glorificatã ad cõſortiũ angelorũ ðducã. Qũ vero patiar, ñ ſub Herode, ſed ſub Pilato q ĩ Iudæa dñat, patiar.

k *Veruntamen por.* Nõ poterit pturbare Herodes quin ita agã & ita cõſumar, ſed nec mortem corporis mei poterit opari, quam in Ieruſalẽ oportet fieri, vbi non ipſe ſed Pilatus dñat.

*Hodie & cras*

a ¶Itineris aſperitate perterriti.

quærunt intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, & incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes: Domine aperi nobis. Et reſpon-

a ¶Apud vos fidei & dilectionis meæ characterem non a probo.

dẽs dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus corã te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet uo-

¶Q. Hoc non ſufficit.

bis: Neſcio uos, unde ſitis. †Diſcedite a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dẽtium, Cũ uideritis Abraham & Iſaac & Ia-

a ¶A quibus ſucceſſionem carnis, non fidei trahitis: ¶Quieſcentes.

cob, & omnes prophetas in regno Dei: uos autẽ expelli foras. † Et uenient ab oriẽte & occidente & aquilone & auſtro, & accumbent in regno Dei. †Et ecce ſũt nouiſſimi qui

¶Vt Iudas.

erant primi, & ſunt primi qui erant

¶Vt latro.

nouiſſimi. In ipſa die acceſſerũt qui-

¶De Galilæa vbi dominatur Herodes: & tranſi in locum ubi non habet poteſtatem.

dam phariſęorum, dicentes illi: Exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uul-

a ¶Vt homines ſua peccata & errores damnent in quibus vixerunt. b ¶Vt viuant ſecundum præcepta mea quæ ſunt uera ſanitas.

pi illi: Ecce eiiciõ dęmonia, & ſanitates pficio hodie & cras, & tertia die

a ¶Et ſic præparatos in reſurrectione mecum glorificabo.

†cõſummor. Veruntamen oportet

l Ibi erit fletus. *In fletu enim duo ſunt, ſcilicet triſticia animi ex qua procedit fletus corporalis: & ſecundum hoc fletus erit in damnatis generaliter tã dęmonib. q̃ hoĩb. Aliud ex parte corporis. ſ. reſolutio lachrymarũ, turbatio cerebri & oculorum: & q̃tum ad hoc fletus non poteſt eſſe in dęmonib. neq; in aĩab. ſeparatis. Sed poſt reſurrectionem in hominibus damnatis erit turbatio cerebri & oculorum, non tamen fluxus ſeu reſolutio lachrymarum, quia ceſſante motu cæli tunc ceſſabit omnis generatio & corruptio. Stridor autem dentium non importat aliquam corruptionem: & ideo poterit ibi eſſe.* (In fletu ſunt duo.) G

m Cum ui. *Hoc proprie erit in extremo iudicio, quando reprobi videbunt electos reſurrexiſſe in corporibus glorioſis, & audient vocẽ iudicis eos vocantis ad regnũ cæleſte et cõdemnãtis reprobos ad pœnam gehennæ, ſcdm q dicitur Mat.xxv.d. Tunc.n. videbũt ſe expelli per dęmones executores diuinæ iuſticię.*

n Et ueni. ab o. *quia ab uniuerſis mundi partibus Gentiles conuerſi ſunt ad fidem, qui tũc recipient gloriam in anima & corpore.*

o Et ec. ſunt n.q.e.p. *ſ. Iudæi, q erant primi ad recipiẽdũ beneficia Dei, erunt poſteriores Gentilib. propter ſuã incredulitatẽ: & hoc eſt qđ dicit Apoſtolus, Cęcitas ex parte contigit ĩ Iſrael, donec plenitudo Gẽtiũ intraret, &c.* († Matt. 14 & 8.b; Rom. 11.)

p In ipſa die. *Hęc eſt pars incidentalis. Aliqui.n. Phariſęorũ nõ potentes doctrinæ Chriſti cõtradicere, per cautelã voluerunt terrere eum: & ſic eius doctrinam impedire dicẽtes:*

b Exi & ua. hinc quia He. uult te oc. *De quo uidetur, quod tunc erat in terra Herodi ſubiecta, veruntamen videtur, quod iſti dixerunt falſum ex hoc quod habetur infra.xxiij. b. Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt ualde erat autem ex multo tempore cupiens videre eum, &c. Chriſtus tamen in ſua reſponſione oſtendit ſe talibus non terreri, nec a bonis operibus impediri, dicens.* († Mat. 13)

r Dici. uul. il. *i. Herodi. Vulpes enim eſt animal doloſum, rapax, tortuoſe incedens, & fætidum. Sic princeps malus qualis erat iſte Herodes, eſt doloſus, per machinationes mali, rapax æris alieni, tortuoſe incedens per peruerſitatem iudicij, fœtidus per infamiam nominis ſui.* H

s Ecce eiicio dæmo. *& non poſſunt mihi reſiſtere, cum tamen ſint maioris ptãtis quã Herodes. q.d. non habeo timere eum.*

t Sani. per. ho. & cras. *quia Chriſtus duobus annis prædicauit iſta beneficia conferendo, & in tertio anno ſuæ prædicationis paſſus eſt. Vel hodie & cras. i. paucis diebus uſque ad tempus paſſionis meæ in Ieruſalem.*

¶ Quia

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Cum autem intra. *Iſte paterfamilias eſt Chriſtus, qui per paſſionem ſuam intrauit gloriam, vt habetur infra.xxiiij.d. Oportuit Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuam. Ex quo etiam oſtenditur, quod alij non habebunt ingreſſum facilem.*

b Et clauſerit oſtium. *in morte peccatori clauditur oſtium pœnitẽtię.*

c Incipietis foris ſtare & pulſare. *In quo oſtenditur pœnitentia poſt mortem, ſed infructuoſa, ſecundum quod dicitur: Dicentes intra ſę pœnitentiam agentes &c.* (Sap. 5.a)

f Tunc inci. dicere. *Hoc potiſſime refertur ad Iudæos, inter quos Chriſtus conuerſatus fuit, & in plateis eorum docuit.*

k Neſcio uos, unde ſitis. *quia neſciet eos ſcientia approbationis, ſed reprobationis.*

¶ Ibi erit

## MORALITER.

✱ a *Cum au. in. paterfa. &c. oſti.* quod in morte cuiuslibet clauditur, quia tempus ſuum merendi finitur,

d *Dom. ap. no.* per hoc non ſignificatur poſſibilitas intrandi ſed voluntas, ſi poſſibile eſſet.

e *Neſcio uos.* ſ. per approbationem.

g *Manducaui. co. te.* ſ. cibum euchariſtiæ.

h *Et bibimus po.* ſalutaris ſapientiæ.

i *Et in plateis no. docuiſti.* per prædicatores & doctores eccleſiæ. Et ſubditur,

k *Neſcio uos unde ſitis.* nam dicta bona vel alia non proficiunt defunctis ſine gratia.

m *Cum uide. Abraham.* per quem ſignificatur bonus prælatus, eo quod interpretatur pater multarum gentium. Per Iſaac, qui interpretatur riſus, ſignificatur Deo ſeruiens in læticia, & deuotione iocundus, Per Iacob, qui ſupplantator interpretatur, ſupplantans vitia per virtutem deſignatur. Per prophetas boni doctores & prædicatores intelliguntur, & omnes iſti in regno Dei recipientur.

n *Et uenient ab oriente.* per quem ſignificatur tempus iuuentutis, per occidentem tempus ſenectutis. nam aliqui veniunt ad Dei ſeruitium in utroque tempore. Et aliquando contingit, quod aliqui tarde venientes magis proficiunt quam primo, ideo ſubditur,

o *Et ecce ſunt nouiſſimi qui erant primi.* Beda. Multi prius feruentes poſtea torpent. & multi prius tepidi ſubito inardeſcunt.

p *In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes illi. Exi & uade hinc, quia He.* Secundum ſenſum literalem iſti per minas volebant Chriſtũ expellere de Iudæa, ne prædicaret in ea. ſed Chriſtus oſtẽdit ſe nõ timere, nec a prædicatione voluit ceſſare. Per hoc oſtẽdens, q prædicator euangelii pro talibus minis non debet pdica-

✱ tionis officium



a *Hodie &c.* Prima dies, eſt per Dei gratiam abrenunciare uanitatibus. Secunda, concordare ueritati moribus & uita. Tertia, eſt ultima glorificatio. A

b *Ieruſalem Ieru. quæ.* Vbi pphetæ mei, ibi ego caput prophetarum debeo immolari, pro quo peccato iuſte ipſa deſtruetur, cui deſtructioni eorum ſicut pius pater condoleo. († non contingit, fieri non poteſt)

c *Quoties uo.* Ac ſi dicat. Ego uolui & tu noluiſti, & quotquot congregaui mea uoluntate ſemper efficaci, te nolente feci, quia ingrata ſemper fuiſti.

d *Filios tuos.* In hoc quod dicit, Quoties volui congregare filios tuos & cętera. omnes retro prophetas a ſe miſſos teſtatur.

e *Quemadmodum auis,* Pulchre qui Herodem de ſua nece tractantem uulpem uocauerat, ſe aui comparat, quia fraudulenta vulpes ſemper auibus inſidias tendit.

f *Domus ue. de.* Templum vel ciuitas, quia occiſo domino, Romani quaſi vacuum nidum diripientes, tulerunt locum & gentem.

g *Non uidebitis.* Niſi pœnitentiam egeritis & confeſſi fueritis me filium omnipotentis patris, in ſecundo aduentu faciem meam non uidebitis.

*Cum di-*

a ¶Hæc ambulatio ad literam intelligitur, qua ibat in Ieruſalem.

me hodie & cras, & ſequenti die ambulare, quia † nõ capit prophetam

a ¶Abſolute. i. non conuenit. vel, non capit Herodes.

perire extra Ieruſalem. † Ieruſalem,

a ¶Homines non ſua plangit affectu patris.

Ieruſalem, quæ occidis prophetas,

a ¶Dominum prophetarum nunciantes.

& lapidas eos, qui mittuntur ad te:

a ¶Duricia cordis a te repellis. vel, corporaliter vt Stephanum. b Haſtenus ad te miſſi ſunt,

Quoties uolui congregare filios

a ¶In vnitate fidei. b Patriarcharum hæredes.

tuos, quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti? Ecce

¶In proximo.

relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dico autem uobis, quia non

a ¶Poſt paſſionem. b Hora qua confitemini filium omnipotentis, quem benedictum. i. a peccato immunem miſit pater ad glorificandum ſuum nomen.

uidebitis me donec ueniat cum dicetis: benedictus qui uenit in nomine domini.

b *Cum dicetis.* Hoc quidem turbæ dixerunt domino veniente in Ieruſalem, Sed quia Lucas non dicit dominum ad Galilæos poſtea reuerſum, ut ab illis hoc ei decantaretur, cogit myſtice hoc de aduentu claritatis intelligi. C († Matth. 23.d)

## NIC. DE LYRA.

¶ a Quia non capit. *Quia conueniens fuit Chriſtum pati in loco paſſionis prophetarum, qui eſt Ieruſalem, vt patet ex decurſu veteris teſtamenti. unde & de Manaſſe rege Iuda dicitur, quod impleuit Ieruſalem ſanguine prophetarum vſque ad os: & ideo conueniens fuit Chriſtum ibidem pati. Tum quia eſt caput omnium prophetarum: Tum quia omnes prophetæ de eo ſcripſerunt, ſecundum quod dicitur. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent. Et propter dictam occaſionem exprobrat conſequenter ciuitati Ieruſalem di.* (4.Reg.21.c; Act.10.g)

b Ieruſalem Ieruſalem &c. *patet ſententia ex dictis Matth.xxiij.*

## MORALITER.

✱ tionis officium omittere, per quod dęmones eiiciuntur, cum per hoc peccatores pœnitent, & ſanitates perficiuntur, cum pœnitentes ad opera perfectionis anhelant.

b *Ieruſalem Ieruſalem.* iſtud exponitur infra.

## GLOS. ORD. CAP. XIIII.

ET factũ eſt. *Hydropicus erat.* Hydor aqua, inde hydropis, morib. aquoſus ſubcutaneus, de uicio veſicę natus cum inflatione turgẽtẽ & anhelitu fętido, Et eſt proprium hydropici, quãto plus bibit, tanto plus ſitit, & ideo cõparatur ei quẽ fluxus carnalium uoluptatum exuberãs aggrauat, cõparaturq; diuiti auaro (Hydropici natura: & quid ſibi cõparatur.)

b *Si licet ſabb.* Sabbatis pręcipue docet & operat Ieſus, nõ ſolũ pp ſpũale ſabbatũ, ſed & pp populi celebriorẽ conuentum, quærens ſalutem omnium. B

c *At illa ta.* Merito tacent, qui contra ſe dicturum quidquid dixerat, uident. Si enim licet, cur obſeruant? Si non licet. cur pecora curant.

d *Ipſe uero.* Iõ añ Phariſæos hydropicum ſanat, & mox contra auariciam diſputat, vt ipſos auariciæ argut, per quam ſabbatum uiolant, & legẽ male interpretãtur. In ſabbato.n. non a bonis, ſed a malis opib. feriãdũ eſt. vnde dr: Omne opus ſeruile non facietis in eo.i. pctm. Sic in ęte na requie a malis tm feriabit, nõ a bonis. Viciũ qđ iſte in corpore. Phariſæi geſtabãt in mẽte & iõ corã ipſis curat corporaliter, ut hoc exemplo diſcãt ſpũalibus curari. (Sap. 6.b; † Mat. 12.a; Mar. 3.a; Leuit. 23.a)

e *Cuius ue.* Cõpetenti exemplo ſoluit quæſtionẽ, vt oſtẽdat eos ſabbatũ uiolare in opere cupiditatis, qui eum uiolare arguunt in opere charitatis.

f *Bos in pu.* Congrue animali, quod decidit in puteum, hydropicum cõparat quia noxio humore peribat. Et bene bouem & aſinum nominat, vt vel ſapientes vel hebetes, vel vtrumque populum ſignet, ſ. Iudæum preſſum iugo legis, & gentilem nulla rõne domitum, ſed ſtolidum & brutum, quos omnes a puteo cõcupiſcentiæ demerſos extrahit: Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei. (* contra.; Rom. 3.c)

g *Dicebat au.* Poſtq̃ conuicerat illos de auaricia & uiolatione ſabbati, incipit docere de euãgelica gr̃a illos q aderãt idonei, inuitans illos ad humilitatẽ cõtra tumorem, quem habebant

*in lege*

## CAP. XIIII.

ET factum eſt, cum introiſſet † Ieſus in domum cuiuſdam principis † Phariſæorum ſabbato man-

a ¶Phariſæi. b ¶Si ſabbatum ſolueret.

ducare panem, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydro-

¶Inſidioſis obſeruatoribus.

picus erat ante illum. Et reſpondens

a ¶A legiſperitis, legis iudicium quærit.

Ieſus dixit ad legiſperitos & Phariſæos, dicens: † Si licet ſabbato cu-

¶Opera charitatis facere, vt non ſoluatur ſabbatum.

rare? At illi tacuerunt. Ipſe uero ap-

a ¶Abire corporaliter. ſanatum, vt ſe transferret ad ſalutem animarum.

prehenſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit: † Cu-

¶Omnes in hac auaricia ſimiles eſtis.

ius ueſtrum aſinus aut bos in pute-

a ¶Non animali, ſed ſuæ auariciæ conſulens,

um cadet, & non continuo extrahet

¶Non intelligens in hoc violationem ſabbati.

illum die ſabbati? Et non poterant ad hæc* reſpõdere illi. Dicebat aũt &

a ¶Ab ipſo principe. b ¶Aliud myſtice ſignificantem. c ¶Intelligens quomodo illi de primis accubitibus laborarent, vnde reprimuntur.

ad inuitatos parabolam, intendens

tio. Secũdo, ſimplicium informatio, ibi: Ibãt aũt turbæ. *Prima diuiditur in quatuor, quia primo confutat eos de ignorãtia. Secundo, de ſuperbia, ibi. Dicebat autem & ad inuitatos. Tertio, de cupiditate, ibi: Dicebat autem ei. Quarto, de ingratitudine, ibi: At ipſe dixit. Circa primum ſciendum, quod inuidia excecat intellectum. & ideo phariſæi & legiſperiti ex inuidia contra Chriſtum excęcati dicebãt eũ legis traſgreſſorẽ, eo q curabat in ſabbato, quod tamen eſt falſum vt dictum eſt cæ. præce. & hoc iterũ oſtẽditur ad maiorem cõfirmationẽ in curatiõe hydropici, cũ dicitur:* (Diuiſio)

a Et fa. eſt. *Iſte inuitauit Chriſtum, ut patet ex ſequentibus. Et uidetur quod hoc fecit malicioſe, & non ex deuotione, vnde ſubditur:* († nõ habet Ieſus.) D

b Et ipſi obſer. *Attendentes ſi inter epulas aliquid diceret aut faceret, unde poſſent eum accuſare.* († ſacerdotum.)

c Et ecce homo quidam hydrop. *Et dicitur ab hydor quod eſt aqua: quia hydropicus habet aquam inter carnem & cutem.*

d Erat an. illum. *Dicit Cyrillus quod iſte nõ petebat a Chriſto ſanari timore Phariſæorum, ſed ſolum ſe oſtendebat, vt Chriſtus eum videns miſereretur,*

e Et reſpondens Ieſus di. *Non ad verba, quia quæſtio ſibi non proponebatur, ſed ad cogitatiões phariſæorũ & legiſperitorũ, quoniã cogitabãt curationẽ ĩ ſabbato eẽ illicitã*

f At illi tacu. *Quia ſi dixiſſẽt: Nõ, timebãt ab eo rõne cõfutari. Si autẽ dixiſſent: Sic, nõ haberent frontem ipſum de hoc accuſandi.*

g Ipſe uero ap. *quia per impoſitionem manus ipſum curauit, & poſtea manũ retraxit.*

h Et reſpõdens, *cogitationibus eorum, quibus cogitabant illud factum illicitum.*

i Dixit. *oſtendendo illud eſſe licitum & bonum, per exemplum animalis bruti, cuius periculo licitum erat ſuccurrere in ſabbato ẽt ſecundum ipſos, & multo fortius ſuccurrendum eſt homini propter quem facta ſunt aĩalia bruta, & q factus eſt ad imaginem Dei.*

k Et non pote. *tanq̃ cõfuſi euidẽti ratione.*

l Dicebat autem. *Hic confutat conſequenter eos de ſuperbia & ambitione indebita bonorum. quod notatur cum dicitur:*

m Intendens quo. *Id eſt primas ſedes in conuiuijs ſolemnibus.*

¶ Cum inui-

## NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

ET factũ eſt. *Poſita informatione pœnitentium, hic conſequenter ponitur confutatio impœnitentium, Dicuntur autem impœnitentes proprie, q ad verbũ Chriſti non conterebantur, ſed potius indurabantur in malis ſuis: & inſuper Chriſto inſidiabantur quales erant phariſęi & legiſperiti. Primo ergo ponitur iſtorum cõfutatio. Secun-*

## MORALITER.

✱ c *Et factum eſt.* Sequitur.

e *Et e.h* Per hydopicũ, q cũ pl⁹ bibit plus ſitit, ſignificatur cupidus & auarus, q cũ plus acquirit, ad acquirẽdũ amplius inardeſcit. Iuuen. Creſcit amor nũmi q̃tũ ipſa pecunia creſcit. Et iſte ſtat ante Ieſum, cũ cõuertitur ad Deũ, paratus acquiſita diſpenſare ad honorẽ diuinũ. & ſic recupat ſanitatẽ, q a de cupiditate mutatur ĩ libertatẽ (Iuuenal.)



✱ *Cum inuitatus*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E in lege phariſæi, vel intendens in doctrina ſua quomodo debeant accubitus in eccleſia eligere.

*a Cum inuitatus fue.* Cum per gratiam fidei uocatus a prædicatore, membris eccleſiæ te iunxeris, non te de meritis gloriando, quaſi cæteris ſublimior extollas.

*b Ne forte ho.* Honoratiori poſt inuitato locum dat. qui de ſuæ conuerſationis confidentia ſecurior factus, cito illorum qui ſe in Chriſto ſecuti ſunt agilitate præitur, Et cum rubore nouiſſimum locum tenet &c. cum de alijs meliora cognoſcens, quidquid de ſua operatione altum ſenſerant humiliat, dicēs cum propheta: Exaltatus autem humiliatus ſum & confuſus.

*ab aliquo — † accubitu — Pſal. 87.d

*c Et tunc &c.* Et tunc erubeſcens ꝙ de te aliquando maiora præſumpſiſti, incipies ad pœnitentiam humiliari, & te minoris cognoſcere meriti. Ne nunc incipias quærere quod tibi ſeruatur in fine: quia hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſima benedictione deficiet.

*d Tunc erit tibi gloria coram &c.* Quotidie dominus dum conuiuas ſuos uiſitat, & diiudicat, tanta ſpiritus ſui humilibus dona præſtat, vt eos cætus fidelium cum admiratione glorificet, ſtupenſque in autoris ſui laudem proſiliat dicens Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus.

Pſal. 138.c

*e Dicebat autem.* Secundum ordinem literæ. Poſtquam monuit inuitatos qualiter debeant accumbere, monet & inuitatorem quos debeat inuitare, ne temporalis expenſio bonorum quam facit, cædat in uacuum, uel forſitan augmentet peccatum, ſed ita expendat temporalia, vt per hæc pateat via ad æterna.

† accumbētibus tecū — † Mat. 23.b Luc. 18.c

F *f Et ei qui.* Principi Phariſæorum loquitur, qui forſitan ſuperbire poterat, quia tot ad conuiuium quaſi ex miſericordia vocauerat. vel ſicut ex verbis domini poteſt concipi. ideo potius inuitauerat, ut ab illis iterum inuitaretur, & ſic nulla ſpecialis retributio ſequeretur.

*g Noli uo.* Fratres, amicos, & diuites alterutrum conuiuia celebrare. non quaſi ſcelus interdicit, ſed oſtendit non valere ad præmia vitæ. Sunt autem & quædam talium diuitum conuiuia, quæ non ſolum in præſenti retributiones, ſed etiam damnationem percipiunt in futuro. vnde apoſtolus. Non in comeſſationibus & ebrietatibus. i. in luxurioſis conuiuiis: quæ aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus contubernalibus ſolent exhiberi, vbi neminem pudeat aliquid inhoneſtum facere vel dicere.

Rom. 13.b

*h Ne forte.* Q. d. Si intendis inuitare, vt inuiteris, ibi potes falli, ſed ſi diſtribueris pauperibus de mercede, non falleris.

*i Voca pau.* Qui pauperes vocat, in futuro præmium percipiet. Qui amicos & fratres & diuites uocat, recepit mercedē ſuā. Sed ſi hoc propter Deum facit, in exemplum filiorum Iob, ſicut cætera fraternę dilectionis officia, ipſe, qui iuſſit, remunerat. Qui luxurioſos propter laſciuiam vocat, pœna non carebit.

*k In reſur.* Cum omnes reſurrecturi ſint. tamen ſingulariter & quaſi propria dicitur reſurrectio iuſtorum, qui in ea ſunt immutandi.

*l Hæc cum au.* Illectus dulcedine auditæ reſurrectionis in laudē eius prorūpit & in ea vere beatos fore aſſerit, & ſi nō bene intelligat qbus meritis ad illam beatitudinem poſſit attingi.

*m Beatus qui man.* Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Si quis incarnationis ſacramento perfecte incorporatus, diuinæ maieſtatis uiſione frui meruerit, hic æterna beatitudine gaudebit. Sed quia multi fidetenus quaſi orando percipiunt, dulcedinem vero eius veraciter attingere faſtidiunt, torpor eorum redarguitur, vnde ſequitur.

*Homo quidam*

---

a quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cùm inuitatus
a ¶ Nuptiæ Chriſti & eccleſiæ coniunctio.
fueris * ad nuptias, non diſcumbas
a ¶ Quia poteſt contingere. b ¶ Gratioſior inuitator, & ſi alijs occultus.
b in primo † loco, nē forte honoratior
a ¶ Per gratiam ſuam, te & illum oſtendens.
te ſit inuitatus ab eo & uēniens, qui
¶ Deus qui corda ſingulorum nouit. ¶ Intellige te minorem.
te & illū uocauit, dicat tibi: Da huic
c locum, & tunc incipias cum † rubore nouiſſimum locum tenere. Sed
a ¶ Quanto maior es, humilia te in omnibus.
cum uocatus fueris, uade, recumbe in nouiſſimo loco: vt cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amicē,
a ¶ Ad iudicium: vel, quotidie augendo humilibus gratiam, quam aufert a ſuperbis.
a ¶ Ex humilitate te amicum recognoſcat, qui ex præſumptione poſtponebaris.
a ¶ Ad maius præmium æternæ gloriæ, vel hic, ad maiora dona ſancti ſpiritus recipiendum.
d aſcēnde ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram † ſimul diſcūmbentibus:
a ¶ In eadem beatitudine, vel in eadem fide quieſcentibus.
a ¶ Incaute de meritis alleuat. b ¶ A Deo, & ſi non coram hominibus.
† quia oīs, qui ſe exāltat, hūmiliabitur: & qui ſe hūmiliat, exāltabitur. b c d e
a ¶ Proinde de beneficiis. b ¶ A Deo.
e f Dicebat autem & ei qui ſe īuitauerat. f
a ¶ Quacunq; hora diei. b ¶ Veſpere.
Cum facis prandiūm aut cœnām, g
a ¶ Carnali affectu, vel cognatione coniunctos.
g noli uocare amicōs tuos, neque fratres tuos, neq; cognatos, neque uicinos, neque diuites, ne forte & ipſi te reinuitent, & fiat tibi retributio. † Sed h i k l m n
¶ Propter hoc quod diuites.
¶ Non ait: Et fiat tibi peccatum, ſed fiat tibi retributio.
a ¶ A quibus nihil in præſenti potes expectare.
i cum facis conuiuium, uoca paupe- o
res, debiles, cæcos & claudos, & bea- p q r
¶ Vnde poſſunt.
tus eris: quia non † habent retribuere s
¶ A Deo. ſ. ¶ Alias retributione.
k tibi: Retribuetur enim tibi in reſur-
a ¶ Quod in reſurrectione eſſent beatificandi pauperum ſuſceptores.
l rectione iuſtorum. Hæc cum audiſ- t
ſet quidam de ſimul diſcumbenti-
m bus, dixit illi: Beatus qui manduca- u

---

G ¶ a Cum inuitatus fue. ad nup. non di. in primo lo. *Per primum locum non ſolum intelligitur hic honorabilior ſeſſio in conuiuiis ſolemnibus, ſed etiam qualibet electio vel poſtulatio ſeu promotio ad aliquam dignitatem. Et hoc patet ex hoc quod præmittitur. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam. Parabola eſt alterius rei ſignificatiua. Ad dignitates autem ſe nullus debet ingerere, ſed alios meliores ſe præponere quantum eſt in ſe: alioquin inuitator principalis. ſ. Deus, a quo eſt oīs ptās, deijciet eum a ſua dignitate ſaltē ſpūaliter ſnīa dānationis. Aliqādo ēt deijcit tales pœna tpalis depoſitionis. Si āt humiliter refugiēs, ſicut faciebāt patres antiqui, vt Greg. & Ambr. & conſimiles, tandem ex obedientia ſuſceperit, & ex charitate fraterna ea bene vſus fuerit, tandem cæleſtem gloriam obtinebit, iō ſubditur.* Et erit tibi gl. *Cuius ratio ſubditur cum dicitur:*

b Quia omnis qui ſe ex. *præſumptuoſe ſe dignitatibus ingerendo.* † pudore.

c Humiliabitur. *modo prædicto.*

d Et qui ſe hu. *non fallaciter & ficte, ſecundum quod dicitur Eccle. xix. d. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo: ſed qui veraciter & ex corde.*

e Exaltabitur. *ſecundum quod ſcribitur: Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.* Prou. 29.d

f Dicebat. *Hic conſequenter arguit Phariſæos de cupiditate: quia faciebant conuiuia non moti pietate, ſed magis cupiditate, intendentes per hoc conſequi aliquam vtilitatem ſeu honorem per adiutorium illorum, quos vocabant ad conuiuia & hoc eſt qđ dicitur:* Dicebat au. & ei qui ſe inui. *vt pro refectione corporali repēderet ei ſpiritualē. ſ. documētū pietatis. Sciēdū tamē, ꝙ licet dirigeret verbū ad ipſū, tamē per hoc alios aſſiſtentes, qui erāt in hoc culpabiles, arguebat.*

g Cum fa. prā. aut cœ. no. uo. a. *i. propter amicitiam ſecularem.*

h Neq; fra. tu. *i. propter conſanguinitatē.*

i Neque cogna. *i. propter affinitatem.*

k Neque uicinos. *propter familiaritatē.*

H l Neque diuites. *i. propter aliquam vtilitatem conſequendam. ideo ſubditur:*

m Ne for. & ipſi reinui. te. *Iſta reinuitatio intelligitur cuiuſcūq; boni tpalis recompenſatio. Notandū tamē, ꝙ ſi vocentur pdicti ad conuiuia pp charitatē mutuā nutriēdam, meritoriū eſt. Si āt ad laſciuiā aut gulā exercendā peccatū eſt. Si āt pp liberalitatē quādam ſeu vrbanitatem indifferens eſt, & pt bene fieri & male put ad finem vlteriorem ordinatur, qui pt eſſe bonus vel malus.* † Tob. 4.b

n Sed cum fa. con. *motus pietate.* † poſſunt.

o Voca pauperes. *carentes cenſu.*

p Debiles. *carentes conatu.*

q Claudos. *carentes greſſu.*

r Cæcos. *priuatos uiſu.*

s Et Beatus eris. *quia Deus retribuet tibi. Pietas. n. ad oīa vtilis eſt promiſſionē habēs vitæ, quæ nūc eſt, & futuræ, iō ſubditur:* Retribuetur e. ti. in reſ. iu. *Sequitur:* 1. Tim. 4.c

t Hæc cū audiſſet quidā. *Chriſtum loquētem de reſurrectione. motus verbo Chriſti prorupit in hac verba.*

v Beatus. qui man. pa. in re. *Dicunt aliqui, quod per panem iſte intelligebat beatitudinem veram, quæ conſiſtit in uiſione & fruitione deitatis Chriſti principaliter & humanitatis ſecundario, qui vocat ſe panem vitæ: Alij autem dicunt, quod iſte erat rudis & carnalis credens quod reſurrectio futura eſſet ad vitam cibis corporalibus indigentem, ſicut credunt Saraceni & Iudæi moderni Et iſtud uidetur verius, quia ſtatim Chriſtus reſpondens propoſuit parabolam de his, qui propter ſuam ineptitudinem excludendi ſunt a conuiuio cæleſti.* Ioan. 6.d

¶ At ipſe dixit

## MORALITER.

*a Cum inui. fue.* omnes catholici ſunt ad Chriſti & eccleſiæ nuptias inuitati: ſed illi in primo loco recumbunt, qui dignitatibus eccleſiæ ſe ingerunt, quos ſponſus eccleſiæ Chriſtus deiicit ab eccleſia triumphante & aliquando etiam a militante. humiles vero recumbunt in nouiſſimo loco, vt ſponſus eos exaltet in cælo.

*g Cum fa. pran.* Prædicator verbi diuini facit conuiuium ſpirituale, ſed ſi faciat hoc propter honoris uel lucri temporalis cōſecutionem, non habebit a Deo mercedem. Si vero faciat propter animarum ſalutem, recipiet cum iuſtis uitam æternam.

*Homo quidam*



A *a Homo quidam.* Verbum incarnatum ſatietatem internæ dulcedinis multis pręparauit: ſed pauci veniūt, quia multi q p fidē ei ſubijciuntur, male viuendo ei continuo contradicunt.

*b Cœnam magnam.* Hoc cōuiuiū, nō prādiū ſed cœna dicitur, quia poſt prādiū, de quo Matthæus agit, cęna reſtat. poſt cœnā nullū conuiuiū reſtat. de prandio multi, & de cœna nullus eiicitur. Mt. 22.a

*c Et mi. ſer. ſuum ho. cœne.* Hora cœne finis ſeculi. vñ Apoſtolus. Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. In hoc fine mittitur ſeruus. i. ordo prędicatorum ad inuitatos per legem & prophetas, vt repulſo faſtidio ad guſtandam cęnam ſe præparēt, quia oīa iam ſunt parata. Chriſto enim immolato, introitus regni patet. 1. Co. 10.c — † venite

*d Et cœ. &c.* Ideo excuſant, qa nemini intercluditur regnum: niſi quem ſuæ vocis pfeſſio excluſerit, Excuſat autē ſe oīs, q plus terrena q̄ cęleſtia diligit, etiam ſi ad cæleſtia ſe tendere dicat.

*e Villam emi.* Villa i. terrena ſubſtantia. Exit ergo videre villam qui ſola exteriora cogitat propter ſubſtantiā, & hoc eſt quod ab amatoribus mundi prius quæritur ſ. ſubſtantia corporis. Aug. In empta villa, dominatio notatur & ſuperbia. Habere. n. villā poſſidere, hoīes ſibi ſubdere. vitium malum, vitium primum. Primus. n. homo dominari uoluit, qui habere dñm noluit. Primus ergo inuenta ſuperbia venire noluit. Secūdus oſtendit qnq; iuga. i qnque ſenſus corporis, quia nihil inueſtigandum intelligit, niſi qđ per hos adminiſtratur. & ideo inuitātes ad cœnā æternorū nō ſeqt. Hęc iuga boū dñr, qa per hos terrena reqrūtur: boues. n verſant terram. Et bene iuga dñr. Duæ. n. ſunt aures, duo oculi duæ nares In guſtu etiam duo inſtrumenta, lingua & palatū. In tactu gemina volūtas carnis: interius & exterius. Tertius vxorē ducit, quia volūtas carnis multos impedit. Amor rerum terrenarū viſcus eſt ſpiritualium pēnarū. Drur. de Ser. 33. poſt prin. to. 10. — B

*f Rogo te.* Dum dicit, *Rogo te habe me excu.* humilitas ſonat in voce, dum uenire contemnit, ſuperbia in actione.

*g Iuga bo.* Quinq; iuga boū, qnq; corporis ſenſus, qui recte iuga dicuntur, qui in vtroque ſexu geminantur, qui quoniā nō interna, ſed ſola exteriora cognoſcunt & tangunt, recte per eos curioſitas deſignat, q̄ dū exterius inueſtigat vitam proximi, ſua intima neſcit. Et curioſi animus q̄to eſt peritus alieni, tanto ignarus ſui. Nec diſcrepant verba excuſantis a ſignificatione ſui vitii, dum dicit: *Eo probare illa*. quia probatio ad curioſitatem ſolet pertinere.

*h Vxorem du.* quia multi non propter fœcunditatem, ſed propter deſideria carnis vxores ducunt. ideo per rem iſtam carnis voluptas deſignatur, propter quam ad cœnam Dei faſtidioſus uenire recuſat Tria genera hominum a magna cęna vidētur excludi. Gētiles pp immoderatum affectum tēporalium Iudæi, qui Chriſtū reſpuētes iugū legis ceruicib. ſuis imponunt. vbi ſunt qnque iuga decē verborū, vel qnque libri veteris legis. Hæretici, qui velut Eua fęmineo affectu tentant rigorē fidei, & lubrica facilitate prolabētes, lenocinia falſi decoris affectāt, intemeratā negligētes pulchritudinē veritatis. Itaque poſt diuitum faſtidia. confert ſe dominus ad gētes. Introducit bonos & malos, vt bonos augeat, malorū affectus in melius mutet. Inuitat pauperes ac debiles, cæcos & claudos, oſtendens ꝙ debilitas corporis nullū excludit a regno, rariuſque delinquat, cui deſit illecebra peccandi, & citius ad dominum conuertatur, qui non habet in mundo vnde delectetur.

*i Exicito &c.* Moraliter. Mittit ad plateas cum peccatores de latioribus viis vocat ad anguſtam, quæ ducit ad vitam. Mittit ad vicos, cū illos vocat, quos tēporalium rerum coartat īopia. Mittit ad vias, cū illos vocat, qui iam in quodā bonæ voluntatis tramite cōſtituti ſunt nullis cupiditatibus tēporalibus occupati. Mittit ad ſepes, cū eos uocat, q culta ab incultis ſecernūt & incurſus arcēt beſtiarū. i. bona a malis diſtinguūt, & munimenta fidei aduerſus diaboli tētamenta obtēdūt. Cum de vicis & plateis vocat, iudæos ſignificat, qui tenere legem ſub vrbana conuerſatione nouerant. Cum de viis & ſepibus uocat agreſtem populum gentium ſignificat — C

*k Factum eſt.* Multos tales ex iudæis ad cœnam tuam collegimus, ſed iſti locum conuiuij tui non implent. ſupereſt locus, vbi gentium numeroſitas ſuſcipiatur vnde ſubditur.

*l Exi in vias & ſepes &c.* Nota quod in hac ter-

---

a ¶ Ego ſum panis uiuus, qui decelo deſcendit.
bit pānem in regno Dei. At ipſe di-
a ¶ Q. Vere beati qui comedent, ſed dediti terrenis uel curioſitati vel voluptatibus huius mundi non comedent. b
a b xit ei: Hōmo quidam fecit cœnam c d
c magnā, & uocauit multos: Et miſit e
¶ Ordinem prædicatorum. ¶ In fine ſeculi.
ſeruum ſuum hora cœnę dicere inuitatis, † ut uenirent: quia iam para-
d ta ſunt omnia. Et cœperunt † ſimul f
¶ Qui venire noluerunt.
e omnes excuſare. Primus dixit ei: Vil g
a ¶ Magno labore acquiſiui, vel precio fidei, quam in Deo habeo, hæc recepi. b ¶ Ab interna contemplatione.
lām emi, & neceſſe habeo ēxire, &
a ¶ Totum ſtudium ad eam applicare. b ¶ Ora pro me, quia peccator ſum.
f uidēre illam: Rogo te hābe me excu
g ſatum. Et alter dixit: Iuga boum e- h
mi quinq;, & eo probare illa: Rogo te habe me excuſatum. Et alius di-
a ¶ Coniugium non reprehenditur, ſed integritas ad maiorem honorem vocatur.
h xit: Vxōrem duxi, & ideo non poſ- i
ſum uenire. Et regreſſus ſeruus * nunciauit hęc domino ſuo. Tunc iratus k
i paterfamilias, dixit ſeruo ſuo. Exi- l m
cito in plateas & uicos ciuitatis, &
a ¶ Qui in paupertate ſuperbiunt. b ¶ Qui ſuo iudicio apud ſe infirmi ſunt. c ¶ Qui lumen ingenii non habent. d ¶ Qui rectos greſſus non habent in opere.
pāuperes ac dēbiles & cæcōs & clāudos introduc huc. Et ait ſerūus: Do-
a ¶ Ordo prædicatorum.
k mine factū eſt ut impaſti, & adhuc n
l locus eſt. Et ait dominus ſeruo: Exi o
in uias & ſepes, & cōpelle intrare, ut
¶ Numero prædeſtinatorum fidelium, qui numerus in expletus non remanebit.
impleatur domus mea. Dico autem p
¶ Excuſantium.
uobis, qđ nemo uirorū illorum qui
a ¶ Et ſi per ſeram pœnitentiam aliquando intrare quærant. vnde dicitur fatuis uirginibus, Amen dico uobis, neſcio uos, nemo ergo vocatus excuſet ſe.
uocati ſunt, gūſtabit cęnam meam *.

---

## NIC. DE LYRA.

¶ a At ipſe dixit ei: Homo quidam &c. *Hic conſequenter Chriſtus arguit eos de ingratitudine: quia iudæi præ cæteris gentibus fuerunt inuitati ad beatitudinem cæleſtem, primo per prophetas, ſecūdo per ipſum Chriſtum eis prædicantem in perſona propria. tertio per apoſtolos: & tamen renuerunt venire per fidem: & ideo vocati ſunt gentiles, ſecūdum quod dicitur: Vobis oportebat primū loqui verbū Dei. ſed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis eternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. ſic. n. nobis præcepit Deus. & hoc eſt qđ dicitur nobis parabolice.* † ſimiliter — Act. 13.b

b Ho. q. &c. *i. Xp̄s verus hō & verus Deus.*

c Fecit cœ. mag. *i. ſtatuit cæleſtē beatitudinē, q̄ vocatur cęna, eo ꝙ ē refectio vltima.*

d Et uoca. mul. *quia vult omnes homines ſaluos fieri.* 1. Tim. 2.b

e Et miſit ſer. *i. ſeruos accipiendo ſingulare pro plurali. ſicut: Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum.* Exod. 8.f — * Ille

f Et cœ. ſi. o. ex. *i. p mala opera ſe retrahere: & accipitur hic oēs p maiori pte: qa pauci ſaluantur reſpectiue, vt dictū eſt ca. pce.* 1. Co. c. 2.e

g Villā e. &c. *Hic notātur ſupbi p dñiū villæ emptum, quia ſupbi volūt alijs dominari.*

h Iuga boū. *p hoc aūt intelliguntur cupidi terrenis nimis ītēti, finē ſuū ibi cōſtituentes.*

i Vxorē duxi. *per hoc intelliguntur carnales & laſciui. Ad iſta vero tria uitia reducuntur omnia excludentia a beatitudine cæleſti, ſecundum qđ dicit Iohānes: Oē quod eſt in mūdo, aut eſt cōcupiſcētia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* D

m Exicito &c. *quia principes iudæorum et ſacerdotes & legiſperiti & maiores illius populi propter ſua peccata ſunt dimiſſi a Deo. Pauperes āt & ſimplices & publicani illius populi ſunt vocati, vt patet in apoſtolis & in pluribus alijs ex decurſu euangelij.*

n Et adhuc locus &c. *quia nō ſolum de iudæis, ſed etiam de gentibus per diuerſas partes orbis multi ſunt vocati ad fidem & ad gloriam, vt prædictum eſt, & hoc notatur cum dicitur:* * Multi. n. ſunt vocati, pauci vero electi.

o Exi in uias &c. *i. extra iudæam diſcurrendo ad populum gentilem, ſicut fecerunt apoſtoli, vt prædictum eſt.*

p Dico autem uo. &c. *Non eſt intelligendum per hoc, quod nullus de iudæis ſit ſaluatus, ſed quia pauci comparatiue: Sicut communi modo loquendi dicitur: Nemo eſt in eccleſia,*

¶ *vel in foro,*

## MORALITER.

*b Homo qui.* Homo Chriſtus fecit magnum conuiuim, quando inſtituit euchariſtiæ ſacramentum.

*d Et uoca.* Nam omnes catholici ad hoc generaliter ſunt vocati: ſed illi uocati ſunt ſpecialiter, quibus Deus dat ſpecialia dona, quaſi ex ſpeciali amicita, vtpote donum corporalis decentiæ, uel donum temporalis abundantiæ, vel mundialis excellentiæ, quib. debent ad bonū uti, vt ſint ad dictum conuiuium ſpāliter pparati.

*e Et mi.* ſ. prædicatorem euangelicum.

*f Et cœ.* Excuſatio iſta eſt indiſpoſitio volūtaria, qa corpe decētes freqnter ex hoc cadūt i luxuriā, diuites i auariciā, excellētes ī ſupbiā, primi ſignant p uxorē ducentes. ſcđi p iuga boū ementes. tertij p villā emptā vendentes: & oēs iſti ad cœnam dñicam ſunt inepti.

*k Tunc ira.* contra contemptores ſuæ cœnæ.

*l Dixit ſer. i.* prædicatori euangelico.

*m Exici.* Per pauperes intelliguntur vere humiles, qui ſunt pauperes ſpū, vt exponit Aug. Bti paupes ſpū. i. nō hñtes inflantē ſpiritū. Per debiles, nihil ſibi virtutis attribuentes. Per cęcos viſum ab illicitis reprimentes. Per claudos: defectus proprios conſiderantes, Omnes iſti ſunt ad cœnam dominicam introducendi. Matth. 5.a — De Ser. do. in mon. l. 1. poſt princ. tom. 4.

*n Et adhuc locus eſt &c.* Hoc dicitur, eo quod eccleſia plures recipere ſemper eſt parata.



*Si quis uenit*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hac tertia inuitatione non dicitur, inuita, ſed compelle intra-
E re. Qui n. huius mundi aduerſitatib. fracti, ad Dei amorem redeunt, atq; a pſtis vitæ deſiderijs corrigunt, illi nõ niſi cõpulſi intrãt. Quidã aũt vocant & cõtenũt, q donũ intellectus accipiunt, ſed ope nõ implẽt. Quidã vocant & veniunt, q acceptã itelligẽtiã ope adiplẽt. Notãdum qđ ſicut pctõres fuerunt q venire noluerũt, ita pctõres sũt q veniũt, ſed ſupbi pctõres reſpuunt, humiles eligunt.
*a Ibant autem.* Turbę, quæ ſequunt Ieſum iter faciẽtẽ in Ieruſalẽ, ſignãt eos q ad cœnã inuitati vel cõpulſi veniũt, & tota intentione Ieſũ imitant, pcedẽtem ad ęternæ pacis viſionem. Hos ergo inſtruit, q ſincero amore patriam illam debeant appetere, & pro ea carnalis pietatis affectibus renunciare.

*Odiſſe & diligere ſimul poſſumus*

† Matth. 10. d
† Mar. 8. d

*b Si quis ue.* Simul & odiſſe & diligere poſſum⁹: Vt & cognatione cõiũctos, ex diuino pcepto diligamus: & quos aduerſarios in via Dei patimur, odiendo &, fugiendo neſciamus. Et vt hoc odium non de affectione, ſed de charitate videatur procedere, addit:
*c Adhuc.* Tunc bene aĩam odimus, cũ eius carnalib. deſiderijs non acquieſcimus, ſed reluctamur & frãgimus. Hoc odiũ qualiter exhiberi debeat, ſubdit.
*d Et qui baiu.* Crux duob. modis baiulatur: Cũ vel per abſtinentiam caro afficit: Vel per compaſſionem proximi affligitur animus. *Et qui non.* Ita debetis odiſſe, crucem baiulare, venire poſt me: quia ita conſummabitur ædificium, per quod venitur ad regnum.
*e Et ue.poſt.* Aliquis. n. carnem lacerat pro inani gloria, vel pximo carnaliter compatitur, vt culpæ faueat: hic crucẽ ferre videtur, ſed Deum non ſequitur.

†viderint

*f Quis.n.* Poſtquam dominus ſequentibus ſe in Ieruſalem dedit ſublimia pręcepta de contemptu mundi, & de abiectione corporis, ſupponit præceptum de perſeuerantia, ad quam neceſſaria eſt cum humilitate patientia. Et hoc per ſimile ædificantis.

F

† cõſulat

*g Turrim ædif.* Quia ſublimia pręcepta dedit, ædificandæ ſublimitatis comparationem ſubiungit.

†ad pacẽ

*h Computat.* Ille computat ſumptus, q diſcernit eſſe erogandam temporalem pecuniam, & cor auertendum a cupiditatib. mundi, & animam præparandam contra aduerſa mundi.

2. Cor. 4. b

*i Omnes qui ui.* Sicut ait Apoſtolus. Facti ſumus ſpectaculum mundo, angelis & hominibus. Et in omni quod agimus, cõſiderare occultos aduerſarios dẽmus, q noſtris opib. inſidiant: & niſi ꝯ eos vigilemus, patimur irriſores, quos hẽmus ad malũ ſuaſores.
*k Aut quis.* Poſt ſimilitudinem de turre ædificanda, ſupponit ſimilitudinem maioris rei, de rege pugnaturo. In quo oſtenditur, per impletionem præcedentium mandatorum, nullum ad gloriam poſſe pertingere, niſi ſæueri iudicis ſententia temperetur per miſericordiam. In conſpectu enim Dei omnis homo imperfectus, Ergo ſicut in ſuperiori præmeditatio erat neceſſaria, ad cauendum inimici deriſionem, ſic eſt & ad impetrandam iudicis miſericordiam.
*l Si poſſit.* Quaſi cum decem milibus occurrit Deo, qui offert opera decem mãdatorum, quæ exterius geſſit: Sed Deus quaſi cum duplicato numero contrauenit, cum vix illum præparatum in ſolo opere, diſcutit ſimul de opere & cogitatione. Et ideo dum adhuc longe eſt per dilationem iudicij, nos fragilitatis noſtræ inſufficientiam attendentes, ad impetrãdam ſęueri iudicis pacem debemus pręmittere legationem lachrymarum bonorum operum, piorum affectuum.
*m Sic ergo &c.* Infert a pręmiſſis ſimilitudinibus. Quandoquidem nõ bene poteſt ędificare, qui non cõputat ſumptus, nec ſecure pt occurrere q nõ pmittit legationẽ, ergo nec meus pt eſſe diſcipulus, qui non renũciat oĩb. Hac igiť cõcluſione oñdiť, q ædificare turrim, facere pacẽ cũ fortiore, nihil aliud eſt q̃ eſſe diſcipulũ Chriſti. Pręparare vero ſumptus vel mittere legationẽ ad faciẽdã pacẽ, nihil aliud eſt q̃ renũciare oĩbus q̃ poſſidemus. Hoc tamẽ diſtat inter renũciare omnib. & relin-
quere

a ¶ Captæ dulcedine prædicationis & miraculorum.
b ¶ Diſcedente a domo conuiuij.

a Ibant autem turbę multæ cum eo: a
b Et conuerſus dixit ad illos: †Si quis b

a ¶ Diligimus quod ſunt, odio habeamus, quod in Dei itinere nobis obſiſtunt.

uenit ad me, & non odit patrem ſu- c
um & matrẽ & uxorem & filios &
c fratres & ſorores, adhuc autem & d
animã ſuam, non poteſt meus eſſe e
d diſcipulus. † Et qui non baiulat cru f

a ¶ Crux a cruciatu dicitur, quæ ſemper eſt portanda, vt amor Chriſti oſtendatur.

e cẽm ſuam & uenit poſt me, non po
f teſt meus eſſe diſcipulus. Quis eñ g

a ¶ Per aſſumptam patientiam. b ¶ Humilitatis.

g ex uobis uolens turrim ædificare,

a ¶ Quieſcens a tumultibus mundi.
b ¶ Omne quod agimus, præuenire per ſtudium conſiderationis debemus.

h nonne prius ſedens computat ſum h i

a ¶ Terrenum ædificium, congregando expenſas conſtruitur, cæleſte autem expenſas diſpergendo.

ptus, qui neceſſarij sũt, ſi habeat ad

¶ Fidei.

perficiẽdũ: ne poſquã poſuerit fun- k

a ¶ Non habens conſummationem operum, quæ conueniunt fidei.

damentum & non pôtuerit pficere l

a ¶ Maligni ſpiritus qui gratulantur de noſtro defectu.
b ¶ Ideo debet ſollicitus eſſe in ædificando, ne deficiens, deriſionem ab inimico patiatur.

i omnes qui † uidẽt incipiant illudere ei dicentes: quia hic hõ cępit ædificare & non potuit conſummare?

a ¶ Q. Committere bellum cum Deo, eſt intelligere aliquem ſe ex meritis ſuis ab eo ſaluari.

k Aut quis rex iturus † cõmittere bel- m
lum aduerſus alium regem, † non
l ſedens prius † cogitat, ſi poſſit cum n
decem milibus occurrere ei, qui cũ o

a ¶ Id eſt ſi intelligit ſe ex ęquo non poſſe occurrere.

uiginti millibus uenit † ad ſe? Aliõ-

a ¶ Patienter expectante.

quin adhuc illo lõnge † agente, legationem mittens rogat ea, quæ p
m † pacis ſunt. Sic ergo omnis ex q

¶ vel in foro, quando ſunt ibi pauci.

G

a Ibant autem. *Poſita confutatione impœnitẽtiũ, hic cõſequenter ponitur inſtructio ſequentium Chriſtum. & primo ſimplici verbo. ſecundo parabolico, ibi: Quis enim ex uo. &c. Circa primum dicitur,*
b Si quis uenit. *i. vult venire per fidem credendo, ſicut ſunt ſeculares. vel ſtatum perfectionis aſſumendo, cuiuſmodi ſunt religioſi.*
c Et non odit. *Hic accipitur odium large, inquantum propter perturbationem parentum & amicorum, non dimittit venire ad fidẽ catholicã, ſicut patet de ſctõ Chriſãto & multis alijs: Vel de ſeculo ad religionem.*

† Math. 10. d. 28. q. 1. § quod aut

d Adhuc ui. *i. vitã corporalem, eam cõtemnendo propter Deũ, paratus vitã ſuã exponere pro fide, caſu neceſſitatis occurrente.*
e Non po. *Diſcipulatus autem Chriſti dupliciter poteſt intelligi. Vno modo generaliter ſecundum ſtatum cõmunẽ fideliũ: & ad hoc ſufficit fides cũ obſeruatiõe mãdatorũ. Alio mõ cũ hoc per obſeruantiam conſiliorũ. In utroq; tamẽ ſtatu requiritur repreſſio concupiſcentiarũ carnaliũ, magis tamẽ in ſecundo modo diſcipulatus quàm primo, ideo ſequitur.*
f Et qui non ba. *per carnis macerationem & concupiſcentiarum repreſſionem.*
g Quis enim ex uo. *Adducit hic cõſequenter duas parabolas ad ſuũ ppoſitũ de aggreſſu ſtatus pfectionis: qui cõſiſtit in obſeruãtia cõſiliorũ. Et primo oſtẽditur quid requiritur in tali aggreſſu. ſcđo ĩ debito vſu, ibi: Bonum eſt ſal. Circa primũ dicitur:* Quis eni. ex uo. *i. aggredi perfectionem euangelicam:*
h Nonne prius ſe. *i. quietatus a tumultu paſſionum deliberans.*
i Computat ſumptus. *i. conſiderat, ſi habeat illud quod ad hoc requiritur: quod eſt promptitudo ad relinquendum omnia propter Deum, vt patebit poſtea.*
k Ne p. p. *qđ cõſiſtit ĩ obſeruãtia mãdatorũ.*
l Et n. p. p. *quia nõ hẽt prõptitudinem animi ad relinquẽdũ oĩa qđ eſt primũ in ſtatu pfectionis acquirẽda. Talis fuit ille iuuenis de quo dicitur Mat. xix. c. qui obſeruauerat mãdata, cui dixit Chriſtus: Si vis perfectus eſſe, vade & vende oĩa quæ habes, & da pauperibus. Et ſequitur ibidẽ, q abijt triſtis, eo quod multa habebat poſſeſſiones, quarum amore fuit impeditus a ſtatu perfectionis, & ideo non habuit ſumptus ad perficiendum turrim, cuius poſuerat fundamentum.*

H

† vt cõgreditur in bello
† nonne

m Aut q. r. *Hic ponitur ſcđa pabola ad idẽ, cũ dicitur: Quis rex iturus committere bellũ. Hic accipitur rex, quicumque vult aggredi perfectionis ſtatum, quia debet bene regere operationes & cogitationes ſuas, & habet committere bellum, ad rapiendum ſibi cæleſte regnum, ſecundum quod dicitur: Regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

† contra
† exiſtens
Mat. 11

n Si poſ. *i. cum obſeruantia decem mandatorum: Sed quia non ſufficit ad perfectionis ſtatum acquirendum, vt prædictum eſt, quia rex cęleſtis.*
o Cum uigin. *quia duplam obſeruantiam exigit ab eo. ſ. mandatorum & conſiliorum. ideo ſubditur.*
p Rogat ea. *aſſentiendo regi cæleſti in obſeruantia conſiliorum, quæ incipit ab euangelica paupertate. ideo concluditur.*
q Sic ergo omnis &c. *Ex hac concluſione patet, quod iſta parabola & præcedens vadunt ad iſtam intentionem.*

¶ Bonum

MORALITER.

✱ *b Si quis ue.* Grego. Home. xxv. Quaſi per odium diligitur, qui carnaliter ſapiens dum praua nobis ingerit, non auditur. Et ſic odiendi ſunt, non ſolum domeſtici, ſed etiam anima propria, dum pars ſenſibilis nobis ingerit inhoneſta. Tom. 1.
*e Et qui non baiulat &c.* Non vt trabem ſuper humeros apponamus, ſed vt ſemper Chriſti mortem præ oculis habeamus.
*g Quis enim ex nobis uolens &c.* Turris hæc eſt eccleſia, quæ dicitur turris Dauitica, quam ædificant boni doctores & prædicatores. Sumptus autem huius ædificationis ſunt ſcripturarum ſanctarum intelligentia, & exemplaris vita, quibus carentes ſunt ad hoc ædificium impotentes. Can. 4. b
*m Aut quis rex iturus committere &c.* Rex ueniens contra nos cum xx. millibus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, ueniens ad iudicium cum Angelis & poteſtatib. cuius poteſtati reſiſtere nõ valemus, & ideo dum adhuc eſt longe, mittamus ad eum legationẽ lachrymarum & bonorum operum, ut eum placare poſsimus.

✱ *Bonum*



quere omnia, quia renunciare conuenit oĩbus, qui ita licite
A vtunt omnibus mundanis, quæ poſſident, vt tamen mente tẽdant ad ęterna. Relinquere eſt tantum modo perfectorum, omnia temporalia qui poſt ponunt & ſolis ęternis inhiant.
*a Bonum.* Vere qui vult meus eſſe diſcipulus, oportet vt renunciet omnibus: quia ita erit bonum ſal. i. dignus cõſtitui in numero apoſtolorũ ad condienda corda auditorum ſpirituali ſapientia. Si autem condimento veritatis ſemel illuminatus, iterum per amorem temporaliũ ad apoſtaſiam redierit, quo alio doctore corrigetur, qui dulcedinem ſapientiæ, quam guſtauit, uel aduerſis territus, vel proſperis illectus abiecit?
*b Neque in ter.* Sal ſterilem facit terram. Vnde ira victorum deſtructas vrbes ſale ſeminabat, ne in eis germẽ oriretur. Ita apoſtoli deſtructo peccati regno, germen uitiorum compeſcunt. Sal cibos condit, carnes ſiccat. Prædicatio a uermibus & putredine vitiorum illæſam ſeruat ſuo creatori humanam naturam, *Si autem.* i. ſi apoſtoli per quos alij condiẽdi ſunt, proſperis vel aduerſis ceſſerint, per quos eis error auferetur, cum eos Deus elegit tollere alijs? *Neque interne. in ſter.* quia qui retro vadit, neque ipſe fructum ferre, neque excolere valet, ſed eijcitur. Vnde vtilis exhortatio ſubditur, *Qui ha. au. audi. au.*

uobis, qui non † renunciat omnibus
quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe
a diſcipulus. Bonum eſt ſal. † Si autem a b

a ¶ Quis medicabitur incantatori percuſſo a ſerpente.

ſal quoq; † euanuerit, in quo condie c

a ¶ Quam ſuo iniectu germinare prohiberet.

b tur? Neq; in terrãm, neq; in ſterquili

a ¶ Agriculturæ profuturo, quia licet viuacibus glebis immixtum, non fœtare ſemina frugum, ſed extinguere ſemina ſolet. ¶ Quod non ſinit fœcundare.
b ¶ Ab vnitate eccleſiæ ſecernendus.

nium † utile eſt, ſed forãs † mittetur. d

a ¶ Quibus verbum Dei percipere poſſit.
a ¶ Obediendo & faciendo quod didicit.

Qui habet aures audiendi, audiat.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Bonum eſt ſal. *Oſtenſo quid requiritur in perfectionis aggreſſu, hic conſequenter oſtenditur, quid requiritur in eius debito vſu. ſ. diſcretio quæ requiritur in omnibus operibus bonis, ſecundum quod dicit Apoſt. Rationabile obſequium veſtrum. & hoc eſt quod dicitur:* Bonum. *i. diſcretio, quæ eſt condimentum bonorum operum, ſicut ſal eſt condimentum ciborum.* Rom. 12. a
b Si autem ſal. *i. diſcretio defuerit.*
c In quo condietur? *quia opus bonum de genere inſipidum eſt & inutile, ſi careat diſcretione.*
B d Sed foras mit. *hoc eſt a perfectione cadet. vnde & In collationibus patrum collatione ſecunda Moyſi abbatis declaratur per rationes & exempla, quod illi, qui ceciderunt a ſtatu perfectionis, hoc fuit communiter propter defectum diſcretionis.* C

MORALITER.

✱ *a Bonum eſt ſal.* i. diſcretio, quæ condit opera noſtra.
*b Si autem ſal.* i. ſi diſcretio ab operibus noſtris bonis de genere defuerit, non erunt Deo accepta. In cuius figura ſal in omni ſacrificio ponebatur. † Matt. 5. b Marc. 9. g

In c. xiiij. vbi dicitur in poſti. Sicut credunt Saraceni & Iudæi moderni.

ADDITIO. I.

*Ex traditionibus Iudæorum Talmudicis & alijs apud eos autenticis nullo modo habetur, quod in futuro ſeculo homines cibis corporalibus indigeant, & ideo ſi forte ſint aliqui moderni, qui hoc credant, hoc contingit ex fatuitate eorum. vnde apud præcipuos doctores eorum, & ſecundum Thalmudicas traditiones, prout habetur in li. Canhedrin. c. vl. in futuro ſeculo non eſt cibus nec potus, nec vſus venereorum, ſed iuſti ibidem in capitibus coronati delectantur in uiſione diuinæ habitationis. Quod ſi recte intelligeretur, bene adaptaretur fruitioni diuinæ, in qua ſancti cum aureolis fruuntur viſione Chriſti: in quo eſt vera habitatio diuina. unde magis redarguendi ſunt, quod non receperunt doctrinam Chriſti, quæ traditionibus eorum bene intellectis maxime conſonat.*

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Iuga bonum emi quinque &c.

ADDITIO. II.

*Proprius videtur hæc parabola per Augu. exponi in libro de uerbis domini, vbi quod dicitur Villam emi. applicat ad ſuperbiam, prout Poſtil. dicit. Vbi autem dicitur: Quinque iuga boum. ad quinque ſenſus carnis, qui geminati ſunt, prout ipſe declarat. vbi notabiliter exponit illa verba excuſationis. ſ. Et eo probare illa. Non enim dixit: eo paſcere illa quia ad neceſſitatem naturalem bonum eſt vti ſenſibus, non autem ad curioſitatem & ſuperfluitatem. Quod autem ſequitur: Vxorem duxi. exponitur ex carnalitate, in quo etiam Poſtil. concordat.* Ser. 33. poſt prin. to. 10.

D

GLOS. ORDIN. CAP. XV.

ERant. Quia nõ ſolũ iuſtus p interitũ peccare, ſed & pctõr p ſolertiã pt reſipiſcere: poſt electionẽ infatuati ſal. cohors penitẽtiũ itus admiſſa deſcribiť, q ad audiẽdũ verbũ Dei ppinquãtes nõ ſolũ ad colloquendũ, ſed ẽt ad cõueſcẽdũ recepti ſunt. Vnde dedignant Phariſęi, qa falſa iuſticia nõ cõpaſſionẽ, ſed dedignationẽ habet. Sed quia ægri erãt, ita vt ſe eſſe ægros neſcirẽt, quatenus quod erant agnoſcerent, cæleſtis medicus paradigma obijcit, quo in eorũ corde vulneris tumorẽ pręmit, dicẽs,
*b Quis ex uo.* Didiceras in ſupiorib. abnegare negligẽtiã, vitare arrogãtiam, deuotionẽ ſumere, ſecularib. occupationib. nõ teneri, caduca nõ pferre ppetuis. Sed qa fragilitas hũana firmũ neqt ĩ tãto ſeculi lubrico tenere veſtigiũ etiã aduerſus errorẽ, remediũ tibi medicus demõſtrat. ſ. iudex ſpẽ venię nõ negat. Vñ ſãctus Lucas tres ex ordie pabolas ponit, ouis, drachmæ, filij.
*c Cẽtũ o.* qa cẽtenarius nũerus pfectus eſt. Deus cẽtũ oues. i. pfectũ nũerũ habuit, cũ ãgelorũ & hoim ſubãm creauit. ſed vna perijt, qñ homo paſcua uitæ peccãdo dereliqt. ergo qa rõnalis creaturæ numerus pereunte homine erat diminutus, quærit in terra hominem vt ſumma integretur.
*d Nõne d.* q d. murmuratis, quia peccatores recipio, ſed ego non veni niſi vt aberrantes colligam, ſicut vnuſquiſq; veſtrũ aberrãtẽ ouẽ reducere laborat. Pro. 24
*e Im. i. h.* Ouẽ ĩ hũeris poſuit, q hũanã naturã ſuſcipiens, peccata ipſe portauit. vñ hũeri Xpi crucis brachia ſunt, illic pctã nr̃a depoſuit, in illa nobilis patibuli ceruice requieuit.
*f Et ue.* Repato hoĩe ad cælũ redit paſtor, ibi ãgelorũ choros
inuenit.

CAP. XV.

a ERant autem appropinquantes ei * Pu-

a ¶ Qui publica vectigalia exigunt vel conducunt, & qui lucra ſeculi per negocia ſectantur.

blicãni & peccato-

a ¶ Dupliciter errant, quia & ſe iuſtos putant cum ſint ſuperbi, & illos eos cum iam pœniteant.

res ut audirent illum. † Et murmu- b c
rabant Phariſæi & Scribæ, dicentes:

a ¶ Q. d. contrarius eſt legi quæ hoc prohibet.

quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos para- d
b bolam iſtam, dicens: † Quis ex uo- e
c bis homo, qui habet cẽntũ oues, & f

a ¶ Diues paſtor, cuius nos omnes centeſima portio ſumus.

d ſi perdiderit unam ex illis, nõnne di- g

a ¶ Angelicam naturam in ſumma beatitudine exiſtentem quaſi reliquit, dum ſeipſum exinaniuit.
b ¶ Id eſt in cælo, quod deſertum eſt ab homine peccata.

mittit nõnagintanouem in deſerto,

a ¶ Dum per prædicationem vocat.

& uãdit ad illam, quę perierat, do- h

a ¶ Inuenit dum conuertitur aliquis.

nec inueniat illã? Et cũ inuenerit eã,
e imponit in humeros ſuos gaudens,
f & ueniens domũ conuocat amicos

NIC. DE LYRA. CAP. XV.

ERant au. *Superius deſcripta eſt peccantium monitio ad pœnitẽtiã, hic conſequenter deſcribitur eorũ conuerſio ad iuſticiã, & primo in generali, ſcđo in ſpãli. c. xix. Prima in tres: quia primo oſtenditur, quod peccatores redeũtes ſunt benigne recipiendi. ſcđo caute nutriẽdi. c. xvij. tertio deuote ĩſtruẽdi. c. xviij. Tr̃ia in duas: qa priõ deſcribitur doctorũ receptio benigna. ſcđo docetur eorum ſatiſfactio condigna. c. ſe. Circa primum oſtenditur conuerſio peccatorum, cũ dicitur:*
a Erant a. *ex propoſito emendationis vitæ.* * omnes
b Vt a. *i. parati ei obedire. ſcđo ſubditur iniuſta murmuratio malignãtium, cum dicitur,*
c Et mur. *Notantes Chriſtum de mala vita, eo quod talibus amicabilem ſe præbebat. & ſequitur Chriſti reſponſio, cum dicitur:*
d Ait ad il. *In reſponſione oſtenditur, quod peccatores redeuntes ſunt dulciter recipiẽdi & ad hoc inducũtur tres parabolæ. ſecunda incipit ibi: Aut quæ mulier. tertia ibi: Homo quidam habuit duos filios.* Matt. 9. b
e Quis e. u. h. *Hic ponitur prima parabola de oue pdita & humeris paſtoris cũ gaudio reportata. Et patet ſñia ex dictis Mat. 18. c.*

† 50. diſt. c. quia ſancti tas tua. 26. q. 7. c. pœnitentẽ De pe. diſ. 1. c. ſerpens & c. importuna.

¶ Aut quæ mulier

MORALITER.

✱ *a Erant autem ap. e. pub.* Sequitur:
*e Quis ex uo. homo.* Per hoiem cẽtũ oues habentem, ſignificatur præſidens monaſterio centum religioſos habenti in clauſtro. Quod deſertum dicitur, eo q aſperitas uitæ ibi ſeruat, Per numerũ ẽt cẽtenariũ intelligiť quilibet alius numerus clauſtraliũ. nã in no. & ve. Teſt. frequenter poniť determinatus nũerus p indeterminato.
*f Et ſi perdi.* per apoſtaſiam.
*g Nonne.* i. in obſeruatione clauſtrali, ubi ſunt in tuto.
*h Et uadit ad illam quæ perierat.* vt ad bonum reducat. & gaudet non de illius errore, ſed de bona reductione.



✱ *Quam ſuper*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

inuenit. Qui amici, qa in ſtabilitate ſua voluntatem eius cõti
E nue cuſtodiunt, qui & vicini, qa claritate viſioīs eius fruũtur.
Matt. 9. b Et nota, ꝙ non dicit: Congratulamini oui inuentę, ſed mihi quia gaudium eius eſt vita noſtra.

*a Dico uobis.* In nonaginta nouẽ, iuſtorũ numerus intelligiť: in vna oue, pctõrũ. vñ alibi: Non veni vo. iu. ſed pec. Dicit ergo, Maius gau. erit in cæ. ſu. vno pec. pœ agẽ. q̃ ſu. no. no. iu. qui nõ ĩ. p. Quia vt quotidie experimur, q illicita nõ cõmiſerũt, ĩ reb. licitis ſæpe ſibi vſum pbẽt, ad cęleſtia anxie nõ anhelãt Et qa ſecuri sũt, ad bona agẽda pigri remanẽt. Ecõtra ãt peccator pleriũq; facit. Mai⁹ ergo gaudiũ de eo q̃ de ſtãte iuſto, vti dux in p̃lio, plus eũ militẽ diligit, q poſt fugã reuerſus hoſtẽ fortiter premit, quã eũ q nũq̃ fugit nec vnq̃ fortiter egit. Sed & ſunt qdã iuſti, de qb. tñ gaudiũ eſt, vt eis nullus pęnitens præponi poſſit: qui & ſi non ſint ſibi malorũ cõſcij, tamen licita reſpuũt, in oĩb. ſe humiliãt. Quantum ergo gaudium eſt, ſi humiliter plãgit iuſtus, cum gaudium ſit, ſi quod male geſſit, plangit iniuſtus?

*b Gaudium.* Angeli, qa rationales, gaudẽt de recõſiliato ſibi hoĩe, qđ incẽdit nos ad pbitatẽ, vt agamus quod illis gratũ ſit: quorum & affectare patrocinium, & offenſam timere debemus,

*c Quam ſuper.* Si in nonagintanouem iuſtis q nõ errauerũt nec indigẽt pœnitentia, angeli intelliguntur, maius videť impios iuſtificare quam iuſtos creare & conſeruare: quia & ſi vtrũq; æqualis potentiæ, hic maioris miſericordiæ & maioris gaudij.

*d Aut quæ.* Mulier. i. Dei ſapientia, x. drachmas habuit, cũ hoĩes & angelos ad imaginẽ ſuã creauit. Sed vnã pdidit, cũ hõ a ſimilitudine Creatoris receſſit.
F Sed Dei ſapientia lucernã ad q̄rẽdũ accẽdit, cũ in carne apparuit: qa lucerna eſt lux in teſta. i. verbũ in carne. Qđ vbi inter hoĩes claruit, domũ euertit: qa cõſcias hoĩm de reatu ſuo pturbauit. & ſic drachma repiť, dum in hoĩe ſimilitudo conditoris reparať.

*e Habens dra.* Angelorũ & hoĩm naturã, quã ad æternitatẽ dominus cõſiſtere voluit, ad ſuã ſimilitudinẽ creauit. Decẽ ergo drachmas mulier habuit, cũ nouẽ ordinib. angelorum additus eſt hõ, vt cõpleref decimus electorum numerus Qui nec poſt culpã a creatore periit, quia eum ſapientia Dei per carnẽ miraculis corruſcãs ex lumine teſtę reparauit.

*f Conuocat.* Amicæ & vicinæ ſupnæ poteſtates, quæ tãto Deo iuxta ſunt, quanto eũ vicinius cõtẽplanť. Quas vocat, dũ per exhibitionẽ grẽ hoĩb. impẽſæ ad amorem ſui vehemẽtius accẽdit.
Triũ parabolarũ ratio. Tres parabolæ nõ ocioſe proponuntur. ouis, drachmę, filij: vt triplici remedio puocati vulnera noſtra curemus. Xp̃s paſtor ouẽ reuehit, cuius peccata in ſuo corpore uſcepit. Mulier. i ecclesia quaſi mater drachmã regrit, & ſuffragať. Deus pater reconciliatũ recipit & veſtit. Eadẽ diuini operis miſericordia, ſed diuerſa pro meritis noſtris gratia. Ouis a paſtore lapſa reuocať, drachma q̃ perierat ĩuenif: filius ad p̃rẽ pprijs veſtigijs redit & a p̃re honorať. Ouis ſumus, petamus paſcua drachma ſum⁹, habeam⁹ pciũ: filij ſumus, feſtinemus ad p̃rem.

*g Homo quidam.* Duab. præmiſſis parabolis, q̃tum ipſe cũ angelis gaudeat de pœnitentiũ ſalute inſinuat. In hac tertia nõ ſolũ gaudiũ oſtendit, ſed etiam murmur inuidentiũ reprehẽdit. Homo iſte Deus p̃r, habuit duos filios. quia autor & creator eſt duarum ſtirpium humani generis. i. Iudęorum & Gentiliũ.
Ioan. 1. a Maior filius, q in cultu vnius Dei pmãſit, Minor, q vſque ad colẽda idola Deũ deſeruit. Subſtãtia eſt oẽ, qđ viuimus, ſapimus, cogitamus, loquimur. Hęc Deus dedit æq; oĩb. vñ: Erat lux vera q̃ illu. oẽm &c. Huius ergo ſubſtantiæ portionẽ minor ſibi petit dari, cũ hõ rõnalis ſuo ſenſu delectatus p liberũ arbitrium ſe regere & a dominio creatoris quæſiuit exire.

*h Et dixit.* Sicut De⁹ nõ hẽt aliũ a quo formeť, a quo regať, ſic iſte vult ſua ptãte vti, vt nullo formante, nullo regente uiuat.

*i Pater da.* Dimidiũ patrimoniũ petentib. datur, nec eſt culpa p̃ris, qui dat adoleſcentiori. Nulla in regno Dei infirma ętas, nec fides grauať annis, niſi ipſe certe ſe iudicauerit in idoneũ qui poſcit. Si iſte non receſſiſſet a patre, impedimentum neſciſſet ętatis, ſed peregre profectus merito patrimoniũ vaſtat. G

*k Et diuiſit.* Fidelibus ſuæ gratiæ protectionem, quam deſiderabant impertiendo: infidelibus vero naturalibus ſolum ingenii, quo contenti erant, beneficium concedendo.

& uicinos, dicens illis: † Congratulamini mihi: quia inueni ouem me-
a am, quæ perierat. Dico uobis, quod
Vel coram angelis Dei.
b ita gaudium erit in cælo ſuper uno
Pœnitentiam agere, eſt perpetrata mala plangere & plangenda non perpetrare.
c peccatore pœnitentiá agente, quam a
ſuper nonagintanouem iuſtis, qui
d non indigent pęnitentia. Aut quæ b
a Drachma eſt nummus certæ quantitatis habens imaginem regis.
e mulier habens drachmás decem, ſi c
perdiderit drachmam unam, non- d
ne accendit lucernam, & † euertit do- e
mum, & quærit diligenter donec in
f ueniat eam? Et cum inuenerit, cõuo- f
cat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdiderã. Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam
a Hæc parabo a de Iudæo & Gentili, generaliter autem de pœnitente & iuſto, vel qui ſibi iuſtus accipi poteſt.
g agente. Ait autem: Hõmo quidam g
h habuit duos filios, & dixit adoleſcen h
i tior ex illis patri: Pater, da mihi por- i
tionem ſubſtantiæ, quæ † me con- k
k tingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. l
l Et non poſt multos dies, congrega-
m tis omnibus adoleſcentior filius pere- m
Vſque ad obliuionem Dei.
gre profectus eſt in regionem longin
a Luxuria conſumit omnia bona naturæ.
quam, & ibi diſſipauit ſubſtãntiam n
ſuam uiuendo luxurioſe. Et poſtq̃ o

† Cõgaudete, & infra
† uerrit, euerrit
† mihi eue nit, ad me pertinet
H

*l Non poſt.* Non multo poſt inſtitutionẽ humani generis placuit animæ liberũ arbitrium ferre ſecũ, quaſi quandã potentiam naturę ſuæ, & deſerere eum, a quo condita eſt, cõfidẽs virib. ſuis. Et has vires tãto citius ꝯſummat q̃to datorẽ deſerit. Hæc eſt pdiga vita, q̃ amat fundere & ſpaciari ĩ põpis exteriorib. reliquẽs eũ, q ſibi ẽ ĩterior.

*m Peregre profe.* Non locum mutando, ſed animũ. Quanto quis in prauo opere plus

NIC. DE LYRA.

¶ b Aut quæ. *Hic ponitur ſecunda parabola de drachma perdita & reinuenta. Vbi dicitur:* Quæ mu. ha. drach. de. *Mulier iſta eſt ſapientia diuina habens nouem ordines angelorum, quaſi drachmas nouem & decima drachma eſt humana natura ad imaginem Dei facta: & ideo capax ipſius per cognitionem & amorem; Iſta drachma decima fuit pdita p peccata primorũ parẽtũ.*
d Nonne ac. *Lucerna eſt lumen in teſta, quia diuina ſapientia lumen Deitatis accẽdit ĩ teſta noſtrę mortalitatis ad q̃rẽdũ naturã humanã pditã, et reducẽdã eã btĩtudinẽ.*
e Et euer. *Iſta domus eſt ſynagoga, quę fuit euerſa vt inueniretur natura humana.*
f Et cum inue. *i. angelorum ſocietates, quæ congaudent de peccatoribus ad Deum conuerſis, ſecundum quod dictum eſt in parabola præcedenti, & ex hoc iterum concludit: Ita dico vobis gaudium erit &c.*
g Homo quidam. *Hic ponitur tertia parabola de filio prodigo, p quẽ deſignatur populus Gẽtilis, q erat ſubditus peccatis, vel ẽt qcũq; pctõr ſingularis. Dicit ergo:* Homo quidam. *i. ipſe Deus pro nobis humanatus.*
h Habuit du. *i. duos populos. ſ. Iudaicũ & Gẽtilẽ, vel duos filios. i. iuſtos & pctõres: qa pctõres ſunt filij Dei inquãtum ſunt ad eius imaginem, licet non ſint filij Dei p gratiam.*
i Et dixit. *i. Gẽtilis populus. vnde & populus Iudaicus vocatur filius Dei p̃mogenitus. Exo. iiij. e. Filius meus primogenitus Iſrael. Vel peccator, qui dicitur iuuenis moribus, & ideo dicitur adoleſcentior filius.*
l Et diui. *quia dona Dei hominibus largiuntur, licet diuerſimode.*
m Adoleſ. *per multiplicationem peccatorum elongando ſe a Deo patre & a cæleſti ciuitate.*
n Et ibi diſſi. ſub. ſu. *quia per peccata mortalia tolluntur bona gratiæ, & peiorantur bona naturæ.*
o Viuen. *luxuria ſpirituali, quæ eſt idololatria quantum ad Gentilem populum, & luxuria corporali non ſolum quantum ad Gentilem, ſed etiam quantum ad peccatorem informem fidem habentem.*

¶ Facta eſt fa-

MORALITER.

✻ *a Quam ſuper nonagintanouem iuſtis qui non in.* Non quia plus diligat illum, ſed quia ſpecialem rationem gaudendi habet de reductione eius, quam non habet de non errantibus, tamen non errantes ſemper ſunt plus diligendi cæteris paribus.
*b Aut quæ.* Per hanc mulierem poteſt intelligi prioriſſa vel abatiſſa, habens moniales in quocumque numero ratione prædicta.
*c Si perdi. drach.* intra domum per infamiam.
*d Nõne ac. lu.* qa dẽt diligenter inquirere ueritatẽ quantũ ad factũ & circũſtãtias & ſi inuenerit illã monialẽ innocentem uel ueraciter pœnitentẽ, debet gaudere cũ vicinis ſuis. i. cum monialib. alijs.
*g Hõ q.* Hõ ille Xp̃s eſt, eius aũt filii ſunt oẽs chriſtiani per eius baptiſmũ regenerati, quorũ tamen aliqui ſunt iuſti, & aliqui pctõres.
*i Et d. a.* Per quẽ ſignať quilibet peccator, quia iuuenis eſt morib.
*k Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me con.* Per hoc ſignificať qđ pctõr recedit a Dei patris lege, ut agat p libito voluntatis ſuæ.
*l Et d. i. ſ.* quia Deus dimittit quẽlibet agere ſm arbitrii libertatẽ.
*m Adoleſcentior fi. peregre profectus eſt.* per multiplicationem peccati elongans ſe a patria cæleſti, ideo ſubditur.
*n Et i. d. ſu. ſu.* bona gratuita perdendo, & naturalia peiorando.
*n Et poſtquam conſummaſſet omnia, facta eſt &c.* Nam in regione peccati fit magnus defectus pabuli diuini.

✻ *Et ipſe cœpit,*



opere plus delinquit, tanto ab eius gratia lõgius recedit. Quid
A lõgius quam a Deo recedere? Qui a Deo recedit, exul eſt patriæ, ciuis mundi. Regio longinqua eſt vmbra mortis.

*a Et ipſe cœ.* quia nihil ſatis eſt prodigæ voluptati, quia voluptas ſemper habet famẽ ſui. Merito ergo eget, qui theſauros ſapientiæ, diuitiarumq; cœleſtium altitudinem reliquit.

*b Vni ci.* Vnus ciuium ille eſt, qui cõcupiſcẽtijs terrenis merito prauitatis ſuæ præpoſitus princeps mundi vocatur. Qui in villam mittit, quia cupiditati mundialis ſubſtantiæ ſubiugat. Porcos paſcit, cum ea, quibus immundi ſpiritus gaudent, operatur.
Porci natura.
*c Vt paſce. por.* Porcus immũdum animal, quod ſordibus delectatur. ſic diabolus, qui in idolis cruore pecudum paſcitur, & morte ipſius hoīs. Miſit ergo in villã. i. ſuũ fecit famulũ, vt paſceret porcos, immolans ei animam ſuã,
*d Et cup.* Cibus dæmonum eſt ebrietas, fornicatio & huiuſmodi, quæ blãda ſunt & ad ſui vſum puocant. Neq; alia cura eſt luxurioſis, niſi vt ventrẽ ſuum impleant, quorum Deus venter eſt.
Phil. 3. de ſiliquæ ſiue ſiliqua carmina poetarũ. Sed eis non poteſt ſaturari, qa voluptas ſemper habet famẽ ſui. Vel ſiliquę, cibus dæmonum ſunt carmina poetarum & doctrinæ ſeculares, ſterili ſuauitate reſonantes, quæ cum delectent, in eis nihil eſt, quod ad vitã pertineat: ſed eſt ſonitus & ſtrepitus verborum, nulla refectio, vbi ſtudioſi eorũ famę veritatis & virtutũ pereãt.
*e Et*, ideo: *nemo*, qui aliquid ſolidũ & rectum quęrebat. Vnde iſte iam ab eis quæ forinſecus illiciunt & ſeducũt, in conſcientiæ interiora reducere faciẽs intentionem ſuam dicit: *Quanti mer. Nemo il. da.* quia diabolus cum aliquẽ ſuum facit, vltra ad vitiorum abundã
B tiã nõ procurat, ſciẽs eſſe iã mortuũ.
*f Quanti mer.* Qui futuræ mercedis intuitu digna operari ſatagunt, quotidianis ſupernæ gratię reficiuntur alimentis. Sed fame perit, qui extra domum patris. i. ſine fide uiuens, vitam beatam in inani philoſophia inqrit.
*g Pater pec.* Et ſi Deus omnia nouit, vocem tamen expectat confeſſionis Sine periculo prodas quod ſcis iã eſſe cognitum habes cauſam vt pro te interueniat Chriſtus, ne pro te gratis mortuus ſit: habet & cauſam ignoſcẽdi pater, quia qđ vult filius, vult & p̃r. *Pater pe. in cę. c.* Peccato aĩæ cęleſtia ſignificanť dono ſanctiſpũs imminutą.
*h Fac me ſi.* Ad filij affectum, q omnia, quæ patris ſunt, ſua eſſe non ambigit, aſpirare non præſumit, ſed mercenarij ſtatũ iã pro mercede ſeruiturus deſiderat: ſed nec hũc ẽt niſi paterna dignatione ſe pmereri poſſe teſtať. Ambr Diſtat inter ſeruũ
Seruus mercenarius, & filius differunt. Sup. Luc. li. 7. c. 15. tit. 1, 90 med. to. 5. mercenariũ & filiũ. Seruus eſt q timore pęne p̃ntis vel futurę tẽperat a uitijs. Mercennarius eſt qui ſpe & deſiderio regni cęlorũ. Filius eſt q amore ipſius boni & virtutũ ſuccẽſus, qdqđ eſt eis contrarium toto odio deteſtatur. Vnde pdigus cũ in ſe reuerſus famis ſupplicia formidaret, iam ſeruus factus: ſtatim mercenarij iã de mercede cogitãs cupiebat. Sed pater occurrẽs nõ contentus minora concedere, vtroq; gradu citius tranſcurſo, priſtinæ filiorũ dignitati reſtituit, nec iam de mercede cõductoris, ſed de hęreditate facit cogitare parẽtis. Vnde iſte nõ addit qđ diſpoſuerat ſe dicturũ: Fac me ſicut vnũ de mercennarijs tuis, cũ panẽ non haberet, vel mercenarius eſſe cupiebat, quod poſt oſculum patris generoſiſſime dedignatur.
*i Cum autem adhuc longe eſſet uidit illum pater ipſius. &c.* Ante q̃ intelligeret Deũ, ſed tñ cũ iã pie eũ quæreret, tñ nondũ dignus operibus rediret, per verbũ incarnatũ anticipat filij reditum. Ante ad terras venit q̃ ille ad domũ confeſſionis, ipſum verbũ nõ deſerens, ſed in verbo vſq; ad peregrinationẽ noſtram condeſcendens. Brachium. i. filium in amplexum reuertentis humiliauit. Pater ſuper filij collum cecidit, dum leue iugũ ſuę
Cant. 1. a dilectionis ſibi impoſuit, & oſculatus eſt eũ, vt oſtenderet qđ alibi dicitur: Oſculetur me oſculo oris ſui. Rediens oſculum charitatis a patre accipit, dũ p gratiã certificať de indulgẽtia,

*Cito*

a Ornamenta naturæ. b Bonorum operum atq; virtutum. Verbi Dei. nam indigentia verbi veri tatis eſt in obliuione creatoris.
omniá conſummaſſet, facta eſt fã- a
a Omnis locus abſente patre penurię eſt.
a mes valida in rẽgione illa, & ipſe cœ- b
Sponte. Iam illaqueatus.
b pit egere. Et abijt & adhæſit vni c
ciuium regionis illius: & miſit illum d
c in villam ſuam, vt paſceret porcos. e
d Et cupiebat implere ventrem ſuum f
Siliqua genus leguminis. ſonoris follibus & vacuis, quod ventrem magis onerat quam reficit.
de ſiliquis, quas porci manduca-
e bant & nemo illi dabat † In ſe autem g
Bene in ſe reuertitur, quia a ſe receſſit.
a id eſt quanti ex Iudæis ob præſentia bona tantum legem cuſtodiunt, non ex dilectione.
f reuerſus dixit: † Quãnti mercen- i
narij in domo patris mei abundant k l
a In idololatria omni veritate deſtituor.
panibus: ego autem hic famẽ pereo. m
a Quia me facere cognoui.
b Qui longe receſſi, ad patrem qui ſub principe pecorum miſerabili egeſtate tabeſco.
Sũrgam & ibõ ad patrem meũ, & di- n o p
a Coram angelicis ſpiritibus, ſanctiſq; animabus, in quibus Deus ſedet.
g cam illi: Pater, peccaui in cœlũm &
coram te: & † iam nõ ſum dignus vo-
h cari filius tuus: fac me ſicut vnum
a Sicut deliberauit ita implet.
de mercennarijs tuis. Et ſũrgens
a In eccleſia conſtitutus, Vbi iam peccatorum fructuoſa poſſit eſſe confeſſio.
i venit ad patrem ſuum. Cũm autẽ ad q
a Ante oculos haberi non niſi qui diliguntur dici ſolent, impios enim & ſuperbos Deus non videre dicitur.
huc longe † eſſet, ũidit illum pater r
a Dum pro homine reducendo uerbum, in carne miſit.
ipſius & miſericordia mõtus eſt: & ſ
Ne quis impediat uenientem. In occurſu præſentia in amplexu clementia.
accurrens cecidit ſuper collum eius,
a In eccleſia conſtitutus incipit peccatum confiteri.
& oſculatus eſt eum. Dixitque ei
a Quia cœleſtem Ieruſalem reliqui.
filius: Pater, peccaui in cœlũm &

† ipſe autẽ
† Quot
† poſthac

¶ a Facta eſt fames va. *Per defectum verbi diuini & ſacræ ſcripturæ: quia gentilibus non eſt data lex vetus, neq; oracula prophetarum: ſecundum illud. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifſt. eis. peccatoribus etiam Iudęis in tali ſtatu lex & prophetæ non valebant ad ſalutem. Ideo ſubditur:* C
Pſal. 147. b
b Et ipſe cœ. ege. *ſpiritualibus bonis.*
c Et abijt. *ſ. diabolo, qui eſt ciuis in regione vmbræ mortis.*
d Et miſit il. *i. occupauit eum circa cupiditatem mundanam: cuius villæ diabolus dicitur dominus. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* Ioan. 14.
e Vt paſ. *i. vitia quæ fœtida ſunt & immũda. vnde. Radix omnium malorum eſt cupiditas. quia ſicut radix miniſtrat nutrimentũ omnibus ramis arboris, ſic abundantia temporalium, circa quam uerſatur mundana cupiditas, adminiſtrat materiam & fomentum omnibus uitijs.* 1. Tim. 6. b
f Et cup. &c. *quia intentus congregationi temporalium, quærit in talibus ſufficientiã, intendens eam habere per talia: ſed non aſſequitur intentum: quia talia non minuunt cupiditatem, ſed magis eam augent. Quãto. n. aliquis plus habet de bonis temporalibus, tãto plus ad habenda maiora anhelat, ſecundum quod dicit Beatus Greg. Et hoc de communi curſu accidere uidemus, & ideo bene ſubditur:*
g Et nemo illi da. *Quia non aſſequitur qđ intendebat. Et quia conſideratio huius defectus inducit aliquando ad pęnitentiam. Ideo ſubditur:*
h In ſe au. *Homo. n. peccando extra ſe egreditur, quia limites rectæ rationis tranſgreditur, & ideo pęnitendo ad ſe reuertitur.*
i Quanti mercennarij. *id eſt ſeruientes pro mercede æterna.*
k In domo pa. *i. in eccleſia ſeu congregatione iuſtorum.*
l Abundant pa. *ſ. pane ſacræ ſcripturæ per eruditionem, & pane eucharistiæ per ſacramenti receptionem.* D
m Ego autem hic fame pe. *quia ſi ad populum gẽtilẽ referatur hoc dictũ: patet, ꝙ ei talia nõ adminiſtrantur. Si aũt ad catholicũ peccatorem: patet ꝙ talia non proficiunt homini, quandiu manet in mortali peccato.*
n Surgam. *per infidelitatis vel peccati derelictionem.*
o Et ibo ad patrem meum. *per vitæ meliorationem.*
p Et dicam ei. Pater pecc. &c. *Per veram fidei confeſſionem, quantum ad populum gẽtilem, ſecundum illud. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. quantum ad catholicum peccatorem per integram peccatorum contritionem et puram confeſſionem.* Roma. 10. b
q Cum au. adhuc lon. eſſet. *i. motus ad pœnitendum, non tamen perfecte contritus, ad quod requiritur gratia diuina præueniens. Iõ ſubditur:*
r Vidit illum pa. *Oculo clementiæ. Sequitur:*

¶ Dixit

MORALITER.

✻ *b Et ipſe cœpit egere.* Nam exiſtens in mortali peccato fit, egens omni ſpirituali bono.
*c Et adh. uni c. &c.* i. diabolo, q ciuis eſt in regione vmbræ mortis.
*d Et miſit illum in uillam ſuam.* i. in peccatorum ſocietatem, in qua dominatur ſicut in propria uilla.
*e Vt paſceret porcos.* id eſt immundiciæ peccata.
*f Et cupiebat implere uen.* de cibo porcorum, qui eſt carnalitas.
*g Et ne. illi da.* quia nullus vtens ratione concedit carnaliter viuere.
*h In ſe au. re.* i. ad propriam conſcientiam per rationis dictamen: à qua receſſerat ſequendo ſenſualitatem.
*i Dixit: Quanti mer.* id eſt Deo ſeruientes.
*l Abundant pa.* verbi diuini & euchariſtiæ ſacramenti.
*m Ego autem hic fame pe.* priuatus omni bono.
*n Surgam.* de luto culpæ.
*o Et ibo ad patrem.* per conatum operandi bene.
*p Et di. ei. &c.* recognoſcendo culpam & petendo veniam.
*q Cum autem adhuc longe eſſet.* i. attritus & non perfecte contritus, ad quod requiritur gratia Dei preueniens. Ideo ſubditur:
*r Vidit illum pater ipſius.* oculo clementiæ.
*ſ Et accurrens ceci. ſuper col.* In ſignum reconciliationis perfectæ.

✻ *Dixit*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cito proferte ſto.pri.* Stola prima, veſtis innocentiæ, in qua primus homo conditus, ſed poſt culpam ſe nudum nouit, & pellicium .i. mortale ſumpſit indumentum. *Gen. 3.d*

b *Anulum.* id eſt ſignaculum fidei, quo ſignantur promiſſa in cordibus credentium.

c *In manu.* i. operatione, vt per opera fides clareſcat, & p fidẽ opera firmentˀ.

d *Et calc.* i. exẽpla priorũ munite in officio p̃dicandi, vt & opus ornetˀ bene viuẽdo, & curſus ad æterna p̃parãdo. *Et c.* Ne coluber inuadat, vt ſup ſcorpiones eat, vt ei cõueniat: Quam ſpecioſi pedes euan. Perdiderat.n. dignitatem ſpõſi, & nudis pedibus Paſcha celebrare non poterat. *Iſa. 52.d* *Rom. 10.c*

e *Adducite ui.* prædicate Chriſtum & mortem eius inſinuate, vt et corde credat, occiſum imitando, & ore participet paſſionis ſacrũ ad emẽdationẽ. *Rom. 10.c*

f *Et cæ.* Non ſolũ filius, p quo vitulus occiſus eſt, reficitˀ ſed & pater & ſerui eius: qa refectio Dei & ſanctorũ eſt ſalus peccatorũ. Et nota, qđ poſt datam ſtolã, annulum, calciamẽtum, vitulus immolatur: quia niſi quis ſpẽ primæ immortalitatis induerit, niſi anulo fidei opera præmunierit, niſi ipſam fidẽ confitendo prædicauerit, cœleſtibus non poteſt intereſſe ſacramentis.

g *Erat au.fi.* Filius .i. populus Iſrael, qui nec ad colẽda idola elõgauerat. Neq; in domo erat, qa interiora legis nõ penetrabat, literali ſenſu contentus, terrena operans, terrena expectans. Hic eſt qui agrũ emit, & quinq; iuga boũ, legis onere preſſus, terrenis ſenſibus fruitˀ, & vxorẽ duxit, in affectu carnis. *Sup. 14.d*

h *Et cũ ue.* Appropinquat filius domũ, cũ aliqs in populo illo ſpũaliter legẽ intelligens, labores ſeruilis operis improbat, & eccleſię libertatẽ cõſiderat. audit ſymphoniã & chorum .i. ſpũ plenos vocibus conſonis euãgeliũ p̃dicare. Vocat vnũ de ſeruis, cũ ſumit ad legẽdũ aliquẽ de p̲phetis. Et cũ interrogat, dum in eo ſcrutatur quæ ſint hæc feſta eccleſiæ, in qbus ſe eſſe nõ videt.

i *Audi.* Symphonia eſt diuerſarũ ætatũ & virtutũ, velut variarũ chordarũ indiſcreta cõcordia. Vñ: Multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ & anima vna. *Act. 4.f*

k *Interrogauit.* Et nũc querit Iſrael cur Deus lætetˀ in aſſumptione gentiũ: & pp inuidiã neſcit patris voluntatẽ & foris ſtat, quãuis per præcones rogetˀ.

l *Indignatus.* Indignabãt Iudæi & cõquęrebantur, qa Ieſus cũ Gẽtibus epularetˀ. Et adhuc de Gẽtiũ ſalute indignantˀ, nec volũt introire. Sed cũ plenitudo Gẽtiũ introierit, egredietˀ pr̃ ad rogandum Iſrael, quando manifeſta erit vocatio Iudæorum. *Rom. 11.c*

m *Ecce tot an.* Iuſticiã legis ſecutus, iuſticiæ Dei non eſt ſubiectus. Quæ.n. maior eſt iuſticia Dei quã ignoſcere pęnitẽtibus?

n *Mandatum tuum.* Quaſi nõ ſit p̃terire, ſaluti alterius inuidere, vel de iuſticia ſe iactare. Nunquã p̃teriui, cõuerſatus ſine q̃rela. Vel iactãtia eſt, nõ veritas, cui pater nõ cõſentit, ſed alia rõne cõpeſcit. Mecũ es. lege qua ſtringeris, non quin peccauerit, ſed quia Deus caſtigando ſemper retraxit. Vnde: Si dereliquerint filij eius legem meã, & in iudi. meis nõ am. &c. Viſitabo &c. Nec mirum ſi patri mentitur, qui fratri inuidet: cũ & in iudicio impudẽtius mẽtientur: Nonne in no. tuo dæ. e. Nũq̃ dediſti mihi &c. Nullius ſanguis p̲phetæ vel ſacerdotis a Romano imperio nos liberauit: & pro Gentibus glorioſus ſanguis funditˀ. Cũ amicis epulatˀ patre abſente, qa ſp in agro i. in fine ſeculi hędũ i. Antichriſtũ immolabit. Et cũ amicis dęmonibus ſaturabitˀ. Vñ dr̃: Tu ꝯfregiſti capita drac. de. e. eſ. po. *Pſal. 88.e* *Matt. 7.c* *Pſal. 73.c*

Aethio.in

a ¶Qui te deſerto idola co'ui. b ¶Cupit per gratiam fieri, quod fatetur indignum ſe eſſe per meritum.

cõram te. Iam non ſum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater

a ¶Pater ex natura, ex ſubſtantia, quam aliquando dedit non ergo pater iſtis tantum.

a ¶Coadiutores in excolenda uinea. b ¶Cõficate de hæreditate immortalitatis habenda. c ¶Id eſt veſtem ſpirituſſancti.

ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolam primam, & induite illum & date

a ¶Id eſt ſignaculum ſimilitudinis Chriſti, & expreſſionem veritatis. b ¶Id eſt operibus.

anulum in manu eius, & calciamenta in pedes eius, & adducite vitulum

a ¶Chriſtus vitulus ſignatus, omni ſpirituali virtute opimus, vt pro totius mundi ſalute ſufficiat.

a ¶Semper Chriſtus credentibus immolatur. ¶Gaudium eſt coram Deo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

* ſaginatum, & † occidite. † Et manducemus & † epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit:

a ¶Per infidelitatem. b ¶Per fidem.

a ¶Recedendo a conſortio iuſtorum. b ¶Redditus matri eccleſiæ. c ¶Hoc in primitiua eccleſia: ſed epulæ huius feſtiuitatis iam dilatata eccleſia, in orbe terrarum celebrantur.

perierat, & inuentus eſt. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius

a ¶Id eſt in terrenis operibus. i. longe a conſilio patris.

ſenior in agro. Et cum veniret & appropinquaret domui, audiuit ſym-

a ¶Symphonia eſt collatio quorumcumq; ſonorum & chorus vocum.

phoniam & † chorum, & vocauit vnum de ſeruis, & interrogauit, quæ

¶Propheticus ſermo.

hæc eſſent. Iſq; dixit illi: Frater tuus

a ¶Ab extremis terræ vnde maior exultatio. ¶Vnde: Cantate Deo canticum nouum: quia laus eius ab extremis terrę.

venit, & occidit pater tuus vitulũ ſaginatũ, quia ſaluũ illum recepit. † Indignatus eſt autem, & nolebat intro

¶Etiam hunc bonus pater ſaluare cupit.

ire. Pater ergo illius egreſſus † cœpit rogare illum. At ille reſpondens dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſeruio

¶Quod eſt de vno Deo colendo.

tibi, & nunquã mãdatum tuũ prętęriui.

*illum †immolate. mactate †lętemur †choros †13.q.7.c. quemadmodum †Iratus †rogabat adhortabatur.*

charitatem operantis.

d Et calciamenta in pe. *i. ſanctorum præcedentium exempla: quia calciamenta ſunt de pellibus animalium mortuorum.*

e Et adducite ui. *i. ſacramentum euchariſtiæ fidelibus adminiſtrate, in quo immolatur Chriſtus, qui eſt vitulus ſaginatus propter gratiæ pinguedinem.*

f Et manducemus. *quia in primitiua eccleſia non ſolum miniſtri eccleſiæ ſumebant hoc ſacramentum: ſed etiam totus populus quotidie, vt habetur Act. ij. f. Et adhuc ſemel in anno quilibet Chriſtianus tenetur refici hoc ſacramento. Reficitur etiam quotidie, quia ſacerdotes non ſolum ſumunt hoc ſacramentum pro ſe, ſed etiam pro populo.*

g Quia hic filius meus mortuus erat. *morte culpæ.*

h Et reuixit. *vita gratiæ.*

k Erat autem filius eius ſenior in agro. *quia Iudaicus populus in cultu vnius Dei erat occupatus.*

l Et cum. *ſcilicet eccleſia.*

m Audi. ſymphoniam & chorum, *quia cum ſpirituſſanctus deſcendiſſet ſuper apoſtolos alioſq; diſcipulos in die pentecoſtes, cęperunt laudare Deum varijs linguis, vt habetur Act. ij. a. Et tunc Iudæi, qui erant in Ieruſalem, audientes voces eorum admirati ſunt: & cœperunt quærere vnde eſſet tanta gratia & exultatio: ideo ſubditur:*

n Et vocauit vnum de ſer. & interroga. quid hæc eſſent. *quia Petrus pro alijs reſpondit oſtendens ꝙ erat ex dono ſpirituſſancti: quod iuſtificat venientes ad fidem catholicam, ſiue ſint Iudæi, ſiue ſint gentiles. vnde & ſimilis gratia ſpirituſſancti data fuit gentilibus credentibus, ſicut & diſcipulis Chriſti in die pentecoſtes data fuerat. vt habetur de Cornelio & alijs gentilibus, qui erant cum eo.* *Act. 10.*

o Indignatus nolebat introire: *quia Iudæi etiam ad fidem conuerſi, fuerunt admirati ꝙ gentiles, quos prius deſpexerant, æquarentur eis in gratia Dei vt habetur Act. x. g. Vnde cum Petrus rediſſet Ieruſalem, illi qui erant conuerſi ad fidem catholicam de Iudaiſmo, diſceptabant aduerſus illum, eo, quòd communicauerat cum illis, vt habetur Act. xi. a*

p Pater ergo illius &c. cœpit rogare illum. *quia Deus per apoſtolos, & ſpecialiter per Paulum oſtendit rationabiliter & per ſcripturas, ꝙ erant gentiles non contemnendi, ſed gaudenter ad communionem fidelium recipiendi.*

q Ecce tot annis ſeruio ti. *ſub lege Moyſi.*

r Et nunquam mandatum tuum præteriui. *ſcilicet mandatũ de cultu vnius Dei. Licet.n. multi de Iudæis fuerant idololatræ, tamen aliqui ſemper remaſerunt in fide & cultu vnius Dei: & illi poſſunt dici populus Iudaicus, ſicut & frequenter pars nominatur nomine totius.*

¶ Et nunquam

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Dixit autem. *i. ad apoſtolos & eccleſiæ miniſtros quibus præcepit prædicare, nõ ſolum Iudæis, ſed etiam Gentilibus & etiam nõ ſolum iuſtis, ſed etiam peccatoribus.*

b Cito proferte. *i. proferendam innocentiam & reſtituendam nunciate vere conuerſis & pœnitentibus.*

c Et date anulum in ma. eius. *i. prædicate dandum anulum fidei per charitatem*

## MORALITER.

* *a Dixit autem pater ad ſeruos ſuos.* Id eſt eccleſiæ miniſtros, quibus Chriſtus præcepit benigne recipere pœnitentes & confitentes.

*b Cito proferte ſtolam primam &c.* adminiſtrando ſibi eccleſiæ ſacramenta, vt ſicut prius ſpiritualiter adornetur.

*e Et adducite vitulum ſaginatum.* id eſt euchariſtiæ ſacramentum, Chriſtum continens immolatum.

*i Et cœperunt epulari & cæter.* quia peccator vere pœnitens de peccatis ad menſam Chriſti recipitur cum alijs Chriſtianis.

*k Erat autem filius eius &c.* Per quem ſignificatur Chriſtianus perſeuerans in iuſticia, remiſſe tamen operando & talis aliquando miratur, quòd Deus magis reſpicit peccatorem conuerſum: dando ei virtutem fortius operandi, ſicut dedit ſancto Bonifacio martyri. Et talis admiratio indignatio dici poteſt largè loquendo: quia parabola, quæ eſt quædam ſimilitudo, non ſemper currit omni modo. Pater autem amouet hanc admirationem ſeu indignationem, quando Deus per ſe vel per alium oſtendit iuſto, quòd quicquid operatur, iuſte fit, licet hominibus aliquando aliter videatur,



Aethio. i. nolẽtibus cõuerti, dediſti eũ in quo delectentˀ. *Occidiſti il. vi. ſa.* Cõfitẽtur veniſſe Xp̃m, ſed inuidia non vult ſaluari. Sic de Iudęo & Gẽtili. Gñaliter aũt de iuſto & pctõre p̃t accipi. Sed qũo Iuſtus inuidet fratri, nec vincitˀ de correctione patris? Sed oĩs iuſticia in cõparatione Dei nõ eſt iuſticia. vñ Paulus: Quotquot pfecti eſtis. Et alibi. Miſer ego qs me li. de. c. m. huius? In ſanctos ãt cadit Inuidia. Vñ apl̃i indignati ſunt p petitione mr̃is filiorũ Zebedęi. Nec mirũ, cum hoc ẽt de angelis putetˀ. Sidera qppe nõ ſunt mũda in cõſpectu eius & circa angelos ſuos p uerſum qd intellexit. *Omnia mea t. ſunt.* Oĩa, nõ ſp ad totũ: ſed ad partẽ maximã refertˀ, ut Oẽs declinauerũt, ſimul inuti. facti ſũt. Oẽs q venerũt, fu. ſunt. Oĩbus oĩa factus ſum. Oẽs q̃ ſua ſunt q̃. Oĩa mea tua ſunt: Non angeli, ſed lex & prophetæ: quãquã illi nil negauerit, quem ad eſum hortatur vituli. *Rom. 7.d* *Mat. 20.c* *Iob. 25.b* *Pſal. 13.a* *Ian. 10.b* *1. Cor. 9.d*

a *Nunquam &c.* Hoc nõ de oĩbus, ſed de his tm̃ q ad idololatriã nunq̃ verſi ſunt. qui & ſi temporalia quærebant, ab vno Deo tamen ea deſiderabant.

b *Deuorauit ſu.* Meretrices ſunt ſuperſtitiones gentilium, cum quibus ſubſtantiam diſſipat: qui relicto connubio verbi Dei, cum dæmone fœda cupiditate fornicatur.

c *Fili tu.* Nõ quaſi mentiẽtẽ redarguit: ſed ſecum pſeuerãtiã eius approbãs, et ad pfruitionẽ potioris exultationis inuitãs.

d *Omnia mea.* In ęterna btĩtudine, & oĩm ſingula, & ſingulorũ oĩa. Noſtra ſunt ſuperiora ad vidẽdũ: Noſtra erũt æqualia ad cõuiuãdũ. Nr̃a erũt inferiora ad dominãdũ. Sicut n. cupiditas nihil ſine anguſtia, ita nihil cum anguſtia charitas tenet. *Mat. 25.a*

¶ i. Nunquam, te mihi ad refectionem dediſti, eo ipſo ꝙ te hędum, id eſt peccatorem, & legis prophanatorem exiſtimaui.

iui, & nunquã dediſti mihi hędum,

a ¶Hoc ex perſona principum cum plebe. Vel ex perſona populi Ieroſolymitani cum alijs tribubus Iſrael.

vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquàm hic filius tuus, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi: Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua

a ¶Si deſinas inuidere.

ſunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et nunquam de. mi. *qa toto tpe legis moſaicæ nunq̃ tãtum beneficium datum fuit populo Iudaico: quãtũ datũ eſt tpe euãgelij gentili populo ad fidẽ conuerſo: ideo omnia beneficia illius tẽporis modica ſunt & quaſi nullius reputationis reſpectu beneficiorum nouæ legis.*

b Fili tu. ſem. *quia ſemper aliqui de iudæis adhæſerunt Deo per fidem, & multi ex eis receperunt fidem catholicam, qui ſunt participes beneficiorum nouæ legis. Iõ ſubditur:*

c Et om. *Cætera patẽt ex prædictis. Si aũt referatur iſta parabola ad iuſtum & peccatorẽ reuertentem, ſic filius ſenior exiſtens in agro eſt hõ à iuuentute in operibus virtuoſis exercitatus: Iunior aũt filius eſt pctõr pœnitẽs, q diu malè vixit, & aliquãdo ſibi datur à Deo maior gratia: & per cõſequẽs maior gloria, q̃ illi q bene vixit à iuuẽtute. Sicut patet de ſctõ Bonifacio martyre, nõ põtifice, q iuuẽtus in ſtupro pęnituit, & paſſus eſt ſub Diocletiano, cuius feſtũ colit eccleſia Romana ſcđo idus Maij: de quo iuſti aliquãdo admirãtur. Quæ quidẽ admiratio p̃t dici q̃dã indignatio: in q̃tũ talis nõ videtur dignus tanto bono. Sed Deus pater pacificat hanc indignationem, quando oſtendit per eruditionem vel inſpirationem, ꝙ hoc non prouenit ex parte peccatoris pœnitentis: ſed ex infinita bonitate Dei conferentis ſecundum vera ſua iudicia, facultatem humanam omnino tranſcendentia. Et ad hanc intentionem poteſt de facili litera applicari.*

## GLOS. ORD. CAP. XVI.

D*icebat au.* Poſtq̃ tribus parabolis murmurãtes de pęnitẽtiũ receptione redarguit: ſupponit duas parabolas de dãda eleemoſyna & ſequenda parſimonia. Et cõgrue poſt pniam de eleemoſyna ſubditˀ: Iuſte n. a Deo pœnitẽtes mĩam expectat: qui indigenti fratri mĩam præſtat. Monet ergo apoſtolos ad clemẽtiam q. d. Dimittite & dimittetur vobis: date & dabitur vobis. *Sup. 6.f*

b *Ad di.* Quia phariſæi ſuperbi & auari ſicut petentibus veniam, ita egentibus pecuniam negabãt: ideo ſaluator nunc ad illos nunc illis audiẽtibus ad diſcipulos de pietate verba facit.

c *Homo qui.* Villicus proprie, villæ cuſtos: ſed ponitˀ hic pro œconomo. i. diſpenſatore, qui vniuerſam ſubſtantiã domus diſpẽſat. In hoc qppe diſpẽſatore nõ oĩa ad imitãdũ dẽmus ſumere. ſ vt fraudulẽter erga Deũ agamus. Sec ecõtrario iſtæ ſimilitudines dantˀ, vt intelligamus: ſi laudari potuit a domino, cui fraudẽ faciebat: q̃to magis placet Deo, q ſm eius p̃ceptũ opera illa facit. Nec reprehenditur villicus, in quo diſcimus, nõ ipſi eſſe dñi ſed potius alienarũ diſpenſatores facultatũ. Et iõ licet peccauerit: tñ qa ſibi in poſterũ ex indulgentia rerum dñi q̃ſiuit auxilia, prædicatur. Alle. Villicus eſt, cui Deus aliquas pecunias ad erogandũ pauperibus cõmiſit. Qui ſi cogitat talẽ villicationẽ cũ vita illa finiẽdam, magis de amicis acqrẽdis, q̃ de cõgregãdis diuitijs pertractat. Intelligẽs finita vita iſta nõ eſſe ei locum, vt terram ſuam deuota compũctione fodiat ad ferendum fructum. Et ibi etiam confuſibile erit mendicare, eo modo, quo mendicabunt fatuæ virgines.

Centum

## CAP. XVI.

a ¶Hæc accuſatio eſt, quando non exercet opera pietatis erga illos quibus debuit. b ¶Diſſipatio eſt uel quando male congregatur, uel non bene expenditur.

Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos: Homo quidam erat diues qui habebat † villicum, & hic † diffamatus eſt apud illũ, † quaſi diſſipaſſet bona illius, & vocauit illum, &

a ¶Vocat quando incutit timorem æternę damnationis.

a ¶Dum uiuis cogita qualiter debeas operari.

ait illi: Quid hoc audio de te? † Redde rationem † villicationis tuæ:

¶A tempore mortis.

† Iam enim non poteris villicare.

¶Timore perterritus.

Ait autem uillicus intra ſe: Quid

¶Vt pœnas euitem.

faciam: quia Dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco. † Scio quid faciam, vt cum amo-

¶Tempore huius uillicationis.

*†œconomum, diſpẽſatorem †delatus †veluti diſſipans facultates †de accu. c. qualiter. 2. †poſt hæc*

*Moraliter œconomum, diſpenſatorẽ Clericorum diſpenſatio mala.*

mum ſciendũ ꝙ ad hoc inducitur parabola, vt p hoc intelligatur, ꝙ ſicut diſpẽſator faciens curialitatẽ de bonis domini ſui, receptus dicitur in domibus illorũ qbus fecit, ſic diuites huius mũdi, ſi de bonis à Deo ſibi traditis ad diſpẽſationẽ dẽt pauperibus, recipiẽtur in domo ipſorũ, q̃ eſt cęlũ, ſcđm illud. Beati pauperes ſpũ, quoniã ipſorũ eſt regnũ cęlorũ. Dicit ergo: *Mat. 5.a*

b Hõ q. *i. ipſe Deus pro nobis humanatus.*

c Erat di. *ſecundum ꝙ dicitur xxi. propoſitione libri de cauſis. Primum eſt diues p ſeipſum, & nõ eſt diues maior. Et Pſal. cxi. a. Gloria & diuitiæ in domo eius.*

d Qui ha. *i. diſpenſatorem cui tradidit bona temporalia ad diſpenſandum:*

e Et hic diffa. *quia nihil latet eum.*

f Quaſi diſ. *quia frequẽter contingit, ꝙ diuites huius mundi & maxime eccleſiæ miniſtri, quibus tradita ſunt bona temporalia ad exponendum in pijs operibus, frequenter cõſumunt ea in illicitis & ſuperfluis cõtra voluntatẽ domini tradẽtis talia eorũ diſpẽſationi.*

g Redde ra. *qa de oĩbus ſibi traditis Deus exiget rationẽ vſq; ad minimũ quadrãtem.*

h Iam.n. *quia oĩa à te auferẽtur in morte.*

i Ait au. *quia aliquãdo contingit, ꝙ diuites huius mundi male conſumẽtes bona ſibi tradita, timore mortis ducũtur ad pęnitentiam, & ad cogitandum de vita futura.*

k Fodere non va. *i. proprio labore & pęnitentia non poſſum ſatisfacere de peccatis, & venire ad vitam beatam.*

l Mendicare er. *quia verecundum debet eſſe huius mundi diuitibus, petere à pauperibus & religioſis ſuffragia & ſpiritualia, & non rependere eis in temporalibus bonis.*

m Scio quid fa. *quia bona temporalia eis diſtribuam.*

n Vt cum amo. *ſcilicet in morte.*

¶ Recipiant

## NIC. DE LYRA. CAP. XVI.

D*icebat au. &c. Poſtq̃ deſcripta eſt pœnitẽtiũ receptio benigna, hic cõſequẽter deſcribitur eorũ ſatisfactio cõdigna: q̃ potiſſime eſt p eleemoſynarũ largitionẽ ſcđm illud. Pctã tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas in miſericordijs pauperũ. Et ad hoc ſaluator inducit primo parabolã. Scđo, rẽ geſtã. Scđa ponitur ibi: Hõ qdam erat diues. Circa primũ primo ponitur Xp̃i eruditio. Scđo phariſæorũ deriſio, ibi, Audiebãt aũt. Prima in duas: qa primo ponitur parabolæ narratio. Scđo, ipſius ad p̲poſitũ applicatio, ibi: Et ego vobis dico. Circa primum*

## MORALITER.

* *a Dicebat au. &c.* Parabolã iſtã lr̃aliter expoſui de mala diſpenſatione bonorũ fortunæ. Nunc aũt eã exponã de mala diſpẽſatione bonorũ naturæ, quæ ſunt, claritas intelligẽtiæ, capacitas memoriæ, viuacitas ſenſuum exteriorum, & integritas & ſanitas membrorũ: quibus homo poteſt bene & male uti. Et malus vſus, eſt diſpẽſatio mala, & tanto peior altera, quanto bona naturalia bonis fortunæ ſunt potiora. Propter quod à domino iuſte reprehenditur, dicens:

*g Quid hoc au.* Hoc aũt dñs ei dicit: qñ terrorem mortis immittit.

*i Ait au. uil. intra ſe: Quid fa. &c.* Hoc autem dicit, quando non ſolum mortem timet corporalem, ſed etiam æternam.

*n Scio quid fa. &c.* Id eſt per alios bonos procurabo mihi ſalutem. *Bona naturæ quadruplicia.*

* Conuocatis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Centum ca.* Cadus Græce, amphora dicitur Latine continẽs tres vrnas. Chorus modijs.xxx.impletur. Simpliciter ſic poteſt accipi. Quiſquis indigentiam pauperis vel ex dimidia, vel ex quinta parte alleuiat, miæ ſuæ mercede donandus eſt. Vel ſic accipiatur, vt cũ Iudæi decimas dederint ſacerdotibus & Leuitis ſuis, ſuper iuſticiam eorum abundet iuſticia eccleſiæ Chriſti. Et cum illi decimas, iſti dẽt dimidias: ſicut Zaccheus fecit de bonis ſuis, vel duplicẽt illorum decimas dando quintas.

Cadus Chorus

Inf. 19. b

† œconomi diſpẽſatio nẽ.

b *Et lau.* Si diſpenſator iniqui mãmonæ domini voce laudatur, quod de re iniqua ſibi iuſtitiam preparauit, & paſſus diſpendium, tamen laudat prudentiã eius, non quod aduerſum Dñm fraudulenter egerit; ſed quod pro ſe prudẽter fecerit: quãto magis Chriſtus qui nullũ damnum ſuſtinere poteſt, & pronus eſt ad clemẽtiam, laudabit diſcipulos, ſi ĩ ſibi creditos miſericordes fuerint?

c *Quia fi.* Cuius quiſq; opera agit, eius & filius dicitur. vnde: *Filij hu.* i. tenebratum: & filij lucis æternæ vitæ.

Mammona

d *Facite uo.* Mammona lingua Syrorum diuitiæ iniquitatis, quia de iniquitate collectæ ſunt. Si ergo iniquitas bene diſpenſata vertitur in iuſticiam, quanto magis epulæ diuini ſermonis in quo nulla eſt iniquitas, bonum diſpenſatorem leuant in cœlum? Vnde ſequitur: Qui fidelis eſt in mini. &c.

† 14 q. 5. c. qui habetis.

1. Ioan. 4. d

e *Qui fide.* in pecunia cum paupere participanda. *Et in maiori fi. eſt.* adhærens creatori, & cum eo ſpiritus vnus effectus. Sed qui temporalia quę poſſidet, non bene diſpenſat, æternorum ſibi gloriam, de qua tumet, euacuat. Si.n. non diligit fratrem quem videt, Deũ quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et ſi habens ſubſtantiam, viderit fratrem egentem & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

† multo

† minimò

F

f *Si ergo &c.* qui non dat fratribus ad vtendum quod a Deo pro omnibus eſt creatum, iniquus erit in ſpirituali pecunia diuidenda, vt non pro neceſſitate, ſed pro perſonis doctrinam domini diuidat.

g *Et ſi in alieno.* Si carnales diuitias, quæ labuntur, non bene diſpenſatis, veras & æternas diuitias quis dabit vobis?

h *Nemo ſeruus.* Corripiens auariciam dicit amatores pecuniæ Deum amare non poſſe. Qui ergo Deum amat, pecuniam contemnit. Non valet enim ſi

† Mat. 6. c

quaquam, ſenſibilia autem bona ſunt magis cognita quàm ſpiritualia: quia ſenſibilia ſunt cognita per experientiam ſenſus, illa autem ſolum per fidem. G

g Et ego uobis dico. *Hic ponitur prædictæ parabolæ applicatio, cum dicitur:*

(a ¶ Illi quibus miſericordiam impendero.)

tus fuero à † villicatione, recipiant a me in domos ſuas. Conuocatis itaque b ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo: Quantum debes Do a mino meo? At ille dixit: Centum † cados olei. † Dixitq; illi: Accipe † cautio (¶ D. mediam partem dimittit.) nem tuam, & ſede cito, ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum choros tritici. Ait illi: Accipe literas (a ¶ Quantam partem dimittit. b ¶ Non de fraude ſed de prouidentia, quamuis peccantem laudat.) b tuas, & ſcribe octoginta. Et lauda c uit Dominus uillicum † iniquitatis, c quia prudenter feciſſet, quia filij d huius ſeculi prudentiores filijs lu e f (¶ Carnali.) cis in generatione ſua ſunt. Et ego g (a ¶ Non quoslibet pauperes, ſed eos qui poſſunt vos recipere in æterna tabernacula.) d vobis dico: † Facite vobis amicos h de mãmona iniquitatis, vt cùm de i feceritis, recipiant vos in æterna ta k e bernacula. Qui fidelis eſt in mini l (a ¶ In carnalibus in ſuos fratrem bene expenſis. b ¶ In ſpiritualibus erogandis.) mo, & in † maiori fidelis eſt: & qui m (¶ Qui non dat fratribus.) f in † modico iniquus eſt, & in maio n ri iniquus eſt. Si ergo in iniquo mam o (a ¶ i. in diuitijs, quibus præeſt iniquus mammon, vt de eis tentet homines. ¶ i. veræ vitæ gaudia vel virtutes, quibus ad uitam venitur.) g mona fideles non fuiſtis, quod ve p rum eſt, quis credet vobis? Et ſi q r (a ¶ Alienum eſt a vobis quidquid ſeculi eſt, quia præter naturam.) in alieno fideles non fuiſtis, quod r (a ¶ Ea quæ propriè homini deputata ſunt, Chriſtus eſt, quia vita noſtra eſt.) ueſtrum eſt, quis dabit uobis? t h † Nemo ſeruus poteſt duobus u

† botos

† literam

h Facite vobis amicos de mammona in. *Mammon eſt nomen dæmonis tentantis de diuitijs male acquirendis: & ideo nomẽ eius ad diuitias ſignificandas deriuatur, & poteſt eſſe primæ vel tertiæ declinationis, dicẽdo mammona mammonæ, vel mammon mammonis. Facere igitur amicos de mammona iniquitatis, eſt dare diuitias pauperibus, quæ dicuntur mammona iniquitatis. quia frequenter ad iniquitatem inducunt & implicant: non tamen per ſe, ſed ex abuſu hominum. vnde dicit Beatus Ambro. Sicut diuitiæ impedimenta ſunt reprobis: ita probis ſunt adiumenta virtutis. Aliter etiam poteſt exponi de diuitijs iniquo affectu vel malo actu acquiſitis, de quibus poteſt tamen eleemoſyna fieri vt de acquiſitis per meretriciũ, & huiuſmodi. Dare igitur talia pauperibus, eſt facere ſibi amicos de mammona iniquitatis. i. de diuitijs iniquo actu uel affectu acquiſitis. Si autem iniuſto titulo acquirantur uel poſſideantur diuitiæ, de eis non debet dari eleemoſyna: ſed eſt reſtitutio facienda.*

Sup. Luc. li. 8. c. 18. 1. tom. 5.

† iniuſtitiæ Iniuſtę poſſeſſa non ſunt dãda pro eleemoſyna

i Vt cum defeceritis. *à præſenti uita.*

k Recipiant uos in æter. *i. per ſua merita & ſuffragia impetrent apud Deum nos finaliter recipi in beata uita.*

l Qui fidelis eſt in mi. *Bona minima ſunt temporalia. Similiter ſunt aliena à nobis: quia ſunt extra nos. Bona autẽ ſpiritualia, ſunt bona maiora: ſunt etiam noſtra, quia non poſſunt auferri à nobis, nobis nolentibus. Dicit igitur Saluator:* Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fide. eſt. *q.d. qui bona temporalia quæ ſunt minima, fideliter diſpẽſauit per eleemoſynarum largitionem, dignus eſt ut ſibi committatur diſpenſatio ſpiritualium, quæ ſunt maiora, quia fidelitas diſpenſationis prima eſt argumentum fidelitatis ſecundæ.* H

m Et qui in modico iniquus. *Bona temporalia (quæ modica ſunt) in illicitis conſumendo, aut male retinendo.*

n Et in maiori iniquus eſt. *i. in diſpenſatione bonorum ſpiritualium quæ maiora ſunt, quia infidelitas prima eſt argumentum infidelitatis ſecundæ. Ideo ſequitur:*

o Si ergo. *temporalia male diſpenſando, quæ ſunt magis bona ſecundum apparentiã, quàm ſecundum ueritatem.*

p Quod uerum eſt. *i. bona ſpiritualia, quę ſunt uera bona.*

q Quis credet vobis? *i. tradet nobis adminiſtrandum? q.d. nullus ſapiens. Et ideo tales ſi promoueantur in eccleſia, non eſt ex Dei ordinatione, ſed magis permiſſione.*

r Et ſi in alieno. *id eſt in temporalibus, quæ ſunt aliena à nobis, ut prædictum eſt.*

ſ Quod veſtrum eſt. *i. bona ſpiritualia, quæ ſunt habentibus intrinſeca, ut prædictum eſt.*

t Quis dabit uobis? *ſ. ad diſpenſandum. q.d. nullus ſapiens hoc faceret.*

u Nemo ſeruus poteſt duobus do. ſer. *ſ. contrariis. Ideo ſequitur:*

¶ Non po-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Recipiãt me in do. ſuas: *id eſt per eorum ſuffragia & merita recipiar in vita beata.*

b Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus Domini ſui. *quia religioſi & pauperes quantumcumq; iuſti, ſunt debitores Dei. In hoc tamen tenet iſta parabola, quod ſicut iſte, qui curialis fuit creditoribus de bonis Domini ſui, recepit ab illis curialitatem quibus fecerat: Sic diuites huius mundi ſi bona eius tradita pauperibus diſpenſent, per hoc de offenſis ſatisfaciant: Parabola.n. ſimilitudo eſt. Similitudo.n. nõ ſemper currit quatuor pedibus: imo ſi teneret in omnibus, iam non eſſet ſimilitudo: ſed magis identitas.*

c Et laudauit Dominus uillicum iniquit. *Non de fraude, ſed de prudentia. Sic diuites huius mundi non ſunt laudabiles de conſumptione bonorum in illicitis actibus, ſed de hoc quòd prudenter ſe conuertunt ad diſtribuendum bona in pijs operibus, vt per hoc prouideant ſibi in vita futura: quia ſola eleemoſyna eſt comes defunctorum, ſecundum quòd dicit Beatus Auguſti.*

d Quia filij huius ſeculi, *id eſt homines temporalibus intenti.*

e Prudentiores. *id eſt magis aſtuti ſunt & feruidi in temporalibus negocijs agendis.*

Prudentia filiorum huius ſeculi ratio duplex 1 0. de trini. ca. 1. 2. & 3. tom. 3.

f Filiis lu. *i. quàm homines ſpiritualibus deputati ſunt in negocijs ſpiritualibus. Et hoc uidemus ad ſenſum frequenter accidere. Cuius vna ratio eſt, corruptio naturæ, propter quam homo pronior eſt ad malum quàm ad bonum. Alia ratio eſt, quia bona terrena ſunt ſenſibilia: & ideo fortius mouent animum. quia bonum non mouet niſi vt cognitum. ſecundum quòd dicit Auguſtinus: Inuiſa diligere poſſumus, incognita autem nequaquam,*

## MORALITER.

✱ b *Conuocatis itaq; ſingulis de. Domini ſui &c.* Omnes autem quantumcumq; iuſti, ſunt debitores Dei. Homo vero dotatus prædictis naturalibus bonis, de curſu communi abundans eſt in fortunæ diuitijs: quarum tamen non eſt dominus, ſed diſpenſator: & ideo qui de illis dat pauperibus, donat de bonis Domini ſui, & per eorum merita acquirit ſalutem ſibi. Ideo concluditur:

c *Et lau.* Dicitur autem, villicus iniquitatis propter diſſipationem bonorum naturæ: ſed laudatur à Domino: quia prudenter diſpenſauit bona fortunæ. propter quod inducit alios ad ſimile, dicens:

b *Facite uobis amicos de mammona iniquita. &c.* i. de temporalibus diuitijs. Quæ ſic nominantur, non quia ſunt malæ ſecũdum ſe, ſed quia frequenter ſunt occaſio mali. j. Timot. vj. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli: & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.

✱ Audiebant



A valet.n. ſimul tranſitoria & æterna diligere. Qui ęternitatẽ diligit, tpalia in vſu, nõ in affectu poſſidet. Ideo debetis fideliter diſtribuere, vt domini temporalium, non vt ſerui, quia ſimul non poteſtis ſeruire Deo & pecuniæ.

a *Aut vni adh.* Non quidẽ diliget. Nemo.n. diligit diabolum, ſed ſua cupiditate implicitus ei adhęret. vt ſi qs alienæ ancillæ coniunctus patitur ſeruitutẽ: & ſi nõ diligit, eũ cuius ancillã diligit. *Et al.* nõ quod odio habeat. Nullius.n. cõſciẽtia Deũ odiſſe põt, ſed cõtẽnit, dũ minas eius ſuis cupiditatibus poſtponit, & de bonitate eius & impunitate ſibi blanditur.

b *Non po.* Nõ ait: habere diuitias, ſed ſeruire. Seruit, qui cuſtodit vt ſeruus: ſed qui ſeruitutis excuſſit iugum, diſtribuit vt dominus. Qui ſeruit mammone, illi vtiq; ſeruit, qui merito ſuæ peruerſitatis rebus iſtis præpoſitus, princeps mundi a domino dicitur:

c *Audiebant au.* Monebat dñs ſcribas & phariſæos non ſuperbe ſapere, non de ſua iuſticia præſumere, ſed peccatores pœnitentes ſuſcipere. & ſua quę forte inciderẽt peccata eleemoſynis redimere. Sed illi pceptorem miſericordiæ, humilitatis & parſimonię, derident: quaſi minus vtilia & nũquam facienda noxius imperaret: vel certe vtilia, ſed a ſe iam perfecta ſuperfluus ingereret. Vnde eos redarguit.

d *Et ait &c. qui iu.* Dũ peccatores quaſi infirmos & deſperatos cõtẽnitis, & vos pfectos in oĩbus cũctæq; fragilitatis expertes, eleemoſynarũ remedio nõ egere creditis. Sed hęc tumoris altitudo quã iuſte dãnanda ſit, videt ille qui illuminat abſcondita tenebrarum, & manifeſtat conſilia cordium.

Ma. 5. b

B

e *Lex & pro.* Diſputãtem cõtra philargyriã deridebãt, quaſi cõtrariũ legi & pphetis. cũ in lege multi diuites Deo placuerunt, & cũ lex ſuis obſeruatoribus bona terræ promittat, quibus occurrit docẽs diſtãriã eſſe inter legem & euangeliũ: quia in lege carnalib. pp terram præcipiũtur minora, & in euãgelio ſpiritualibus propter cęlum præcipiuntur maiora. Ideo in euangelizatione regni addit:

f *Et omnis.* Magna vis eſt cum de terra genitus cęlum quærit poſſidere per virtutem, quod non potuit tenere per naturam cum linguas etiam deridentium contemnit: ſicut dominus irriſus eſt a phariſæis. Omnis qui vim facit, vehementi ſtudio pperat, non torpẽti lenteſcit affectu. Eſt ergo fidei religioſa violentia, ſegnicies crimino ſa. Faciamus ergo vim naturæ, vt non ad terrena demergat, ſed ad ſuperna ſe erigat.

g *Facilius eſt.* Quamuis dicam, lex & prophetæ vſq; ad Iohannem: tamen nõ prædico legis deſtructionem: quia facilius eſt maxima mundi elementa quã minima legis præcepta tranſire. quia etiam illa, quæ leuia vel ſuperſtitioſa videntur, non vacãt a ſacramentis ſpiritualibus, quin oĩa & in euãgelio recapitulentur. Et tamẽ lex & pphetæ vſq; ad Ioãnẽ. qa nõ potuit vltra vẽturũ pphetari, quẽ claret veniſſe teſtimonio Iohannis.

h *Omnis qui.* Ambro. Non omne coniugium eſt a Deo. Nõ n. Gentilibus Chriſtianæ copulantur, cum lex prohibeat. Vbi eſt impar coniugium, lex Dei non eſt.

i *Homo qui.* Contra deriſores auaros quod propoſuit exẽplo aſtruit. ſ. quod diues apud inferos torquetur, qui Lazarum non fecit ſibi amicum, a quo poſſet recipi in æterna tabernacula. & magis videtur narratio quàm parabola.

k *Qui in.* Greg. Purpura color regij habitus eſt conchis marinis ferro circuncisis emiſſa. Byſſus genus ligni candidiſſimi & molliſſimi. Si cultus pcioſarũ veſtium culpa nõ eſſet, ſermo Dei non tã euigilanter exprimeret, quod diues purpura & byſſo indutus apud inferos irremediabiliter torquetur: nec reprehẽdit diues quod aliena rapuerit, ſed quod ſua nõ erogauerit. Quid ergo ille erit, qui aliena rapit? Hoc ẽt hũc iferno tradidit: qa in ſua felicitate timidus nõ fuit, qa pcepta dona ad vſũ arrogãtię inflexit qa viſcera pietatis ignorauit, qa pcepta pcio redimere noluit.

Et erat

(a ¶ Inter ſe diffidentibus. ¶ Nihil medium. b ¶ Diabolum.)

a dominis ſeruire: aut.n. unum odiet, (a ¶ Deum. ¶ Diabolo.) & alterũ diliget: aut † vni adhęrebit, (a ¶ Deum cuius mandata poſtponit & diligit naturaliter. ¶ Exponit qui ſint duo Domini.) b & alterũ cõtemnet. Nõ poteſtis Deo a c ſeruire & mammonæ. Audiebant au b (a ¶ Intelligentes parabolam aduerſus ſe dictam, & carnalia præſentia ſpiritualibus futuris quaſi incertis præponentes.) tẽ omnia hæc Phariſęi, qui erãt auari d & † deridebant illum. Et ait illis: Vos c d eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autẽ nouit corda ueſtra: e (a ¶ Veſtra altitudo diſplicet Deo: & in hoc ne defendatis vos per legem, quia lex veſtra iam amiſit ſtatum.) quia quod hominibus altum eſt: abo f g (a ¶ Vbi temporalia dabantur.) e minatio eſt ante Deũ † Lex & prophe h (a ¶ Qui pœnitentiam & vitæ auſteritatem uerbo & exemplo propter cœleſtia docebat. ¶ Qui eſt finis legis & initium gratiæ. b ¶ A tempore eius.) tæ vſq; ad Ioannem: † ex eo regnum (¶ Supple tendens.) f Dei euangelizatur, & omnis in illud i g vim facit. † Facilius eſt autem cælum k & terram præterire, quàm de lege (¶ Non ſoluo legem: Sicut in hoc mo apparet, ſic & de aliis intelligite.) h vnum apicem cadere. † Omnis l qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alteram, mœcatur: & * qui di (a ¶ Matthæus, excepta cauſa fornicationis.) miſſam à viro ducit, mœchatur. (a ¶ Quaſi ignotus apud Deum, nomine non deſignatur. b ¶ Hoc niſi ad inanem gloriam.) Homo quidam erat diues, qui indue m n (¶ Ecce voracitas.) i k batur purpura & biſſo, & epulabatur o p

rendis & male diſpenſandis. C

b Audiebant au. *Hic conſequenter ponitur phariſæorum deriſio irrationabilis. Secũdo eorum cõfutatio rationabilis, ibi: Et ait illis. Primũ ponitur cũ dicitur:* Audiebant au. *quaſi irrationabiliter loqueretur. Tũ quia Abrahã fuit diues valde, vt habetur Gene. xiij. a. & multi alij qui Deo ſeruierũt & placuerũt. Tũ quia lex vetus & pphetæ inducebãt ad ſeruitutẽ Dei, pmittendo abundantiã tpalium, vt patet in multis locis ve. te. Phariſæi tamẽ iſta inducebãt ab defenſionẽ ſuæ auariciæ. Male ẽt inducebãt: quia illi qui bene utũtur diuitijs, nõ ſeruiũt eis, nec dæmoni de eis tẽtanti: ſed magis econuerſo diuitiæ eis ſeruiũt: quia ſunt eis iuuamẽta virtutis, ut prædictũ eſt. Tales aũt fuerũt Abrahã et alij diuites: qui Deo ſeruierũt & placuerunt. Similiter lex & pphetæ ſeruientibus Deo nõ pmittebãt abũdãtiã tẽporalium, tanquã principale præmiũ, cum ſint minora bona quã actus meritorij. præmiũ aũt principale eſt maius bonũ, cũ ſit finis actus meritorij, et finis ſp potior eſt his, quæ ſunt ad finẽ ordinata. Et ideo ubicũq; in ſacra ſcriptura p actibus virtutũ promittuntur bona tpalia, ſub illis intelligũtur bona ſpũalia et ęterna, tanquã principaliter promiſſa, neq; tpalia ſic promittũtur ad malũ vſum, ſed ad bonũ.*

† vnum amplectetur

c Et ait. *Hic cõſequẽter ponitur phariſæorũ cofutatio. Et primo dicta cõfutatio ponitur. Secundò dubium remouetur, ibi: Facilius. Primo igitur ponitur phariſæorum confutatio, cum dicitur:*

† Mat. 11. b

† ex tunc, ex eo tempore.

d Vos eſtis. *Auariciam veſtram prædicto modo colorando falſe.*

e Deus au. *i. iniquitatem ibi latentem:*

f Quia qd. *i. apparẽs iuſticia & nõ exiſtẽs.*

g Abominatio eſt. *qa ſcdm quod dicit B. Hie. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.*

Pluri in le.

† Matt. 5. c & 19. b

* omnis.

h Lex &. *Non quod lex vel prophetia defecerit: ſed quia extũc pfectio euãgelica pdicari incępit, quæ inducit ad cõtemptum temporaliũ propter amorem ſpiritualiũ & cęleſtiũ, tanquã propter maius bonum expeditius cõſequẽdũ. vnde dicitur libro de eccleſiaſticis dogmatibus: Bonum eſt facultates cum diſpenſatione erogare, melius eſt tamen intentione ſequendi Chriſtum, totum ſimul donare & abſolutum à ſollicitudine cum Chriſto egere. Sed quia ad hoc requiritur magnus conatus liberi arbitrij: Ideo ſequitur:*

D. Augu. c. 71. to. 3.

D

i Et oĩs in il. *quia homo nutritus & aſſuetus in amore bonorũ tpalium, nõ põt talia cõtemnere propter Deum, niſi ſibi quandam violentiam faciat, quia conſuetudo quædam natura eſt. Illa autem, quæ contra naturam ſunt, ſunt aliquo modo violenta.*

k Facilius. *Hic remouet dubiũ: qa dixerat ſaluator:* Lex & pro. *poſſent aliqui credere quod iſta eſſent per Chriſtum annihilãda: quod non eſt verum imo per Chriſtum fuerunt impleta, & imperfectio eorum amota, ut plenius declaratum fuit Matt. v. & hoc eſt quod dicit ſaluator:* Facilius eſt &c. *Et adhoc inducit vnum exemplum, dicens:*

l Oĩs q di. *Lex.n. pmittebat repudiũ vxoris: nõ tamẽ ſicut licitũ: ſed pp maius malũ euitãdũ, vt declaratũ fuit Deu. xxiiij. a. & Mat. xix. b. Et iõ Xp̃s imperfectionẽ legis amouit, quãdo indiſſolubilitatẽ matrimonij oſtẽdit di.* Omnis qui di. vxo. &c. *Et patet ſña ex dictis Matth. e. xix. b.*

m Hõ qui. *Hic inducit exẽplũ ad pvocãdũ hoĩes ad opera miæ ex diuite dãnato pp defectum pietatis & miæ & non dicitur hic quod ſit parabola: quia ſecundum doctores eſt narratio rei geſtæ. Dicit ergo:* Homo quidam. *Scdm quod dicit Greg. non exprimitur nomen eius, quia non erat à Deo cognitus per approbationem, ſecundum quod dicit ſaluator reprobatis. Nunquam noui vos: Diſcedite a me omnes &c.*

Vbi ſup.

Matt. 7. d

n Erat diues. *Ecce ſuperfluitas in cenſu.*

o Qui indue. pur. *Ecce exceſſus in ueſtitu.*

p Et epulabatur &c. *excedens in uictu.*

¶ Et erat

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Non po. *i. obedire Deo & diabolo, tentanti de diuitijs male acquirendis*

## MORALITER.

✱ b *Audieb. au.* Auarus.n. liberalẽ dicit pdigũ, vt hr iiij. Ethic. & p cõſequẽs dicit eũ deridẽdũ tanquã ſtultũ. pp quod phariſæi qui erãt auari, deridebant Xp̃m, eo quod laudabat diſperſionẽ bonorũ tpaliũ.

*l Omnis qui di.* vxor nullo modo dimittenda eſt ſapientia. Sap. viij. a Et quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere &c.

*m Hõ q.* Hoc expoſui literaliter de diuitijs fortunæ: qa ſm doctores catholicos nõ ponitur hic parabola: ſed narratur res geſta: nũc aũt exponi põt de diuitiis naturæ prædictis. Et quia talis communiter eſt etiam diues in temporalibus & ſuperbus, Ideo ſubditur:

*o Qui indueba. purp. & byſſo.* Ecce pompa veſtium.

*p Et epulabatur quo. ſplendi.* Per exceſſum victualium.

✱ Et erat

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Et erat qui.* Si qua reprehēſibilia in pauperibus uidemus, deſpicere non debemus: quia fortaſſe quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis curat.

b *Vlceribus plenus.* Huius vlcera diues faſtidioſus exhorret, ne inter præcioſas epulas, vnguentoſq́; conuiuas, fœtorem vlcerum lambentibus canibus, ſuſtineat.

c *Cupiēs.* In vna re duo iudicia Dei explentur. Ex viſione pauperis diuiti nō miſerenti cumulus dānationis inferī & rurſum ex viſione diuitis, tentatus quotidie pauper ꝓbaī: quē ad maiorē ipſius probationē, paupertas ſimul & ęgritudo, & viſa diuitis copia, & nulla ſibi adhibita conſolatio afficiunt:

d *Canes.* Poteſt in lingua canū, lingua ſignificari adulātium, qui vulnera lingunt, dum mala, quæ in nobis reprehēdimus, improbo fauore laudāt. Allego. Alle Diues qui induebatur purpura & byſſo, & comedebat quotidie ſplendide, Iudaicū populū ſignificat, q cultum vitæ exterius habuit, & acceptæ legis delitijs vſus eſt ad nitorē, non ad vtilitatē. Lazarus vlceribus plenus gētilē populū ſignificat, q cōuerſus ad Deū, dū peccata cōfitetur, virus ꝙ intꝰ latebat, quaſi rupta cute foras emittit. Et cupiebat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat: qa gentilē quenq̄ ad cognitionē legis admittere ſuperbus ille deſpiciebat. qa n. nō ad charitatē, ſed ad elationē doctrinā legis habuit, quaſi de acceptis opib. tumuit. Et qa ei verba defluebāt de ſcīa, quaſi micæ cadebāt de mēſa. Sed econtra pauperis vlcera canes lambunt, quia dum prædicatores loquēdo a peccatis eripiunt: quaſi tangendo vulnera ad ſanitatem reducūt, ſicut canis curat uulnera, dum lingit. Vnde Lazarus adiutus, bene interpretatur: quia ipſi hunc ad ereptionem iuuant, qui eius vulnera per linguæ correctionem curant.

†Et in inferno eleuans oculos.

F e *In ſi.a.* Sinus abrahæ, eſt requies beatorū pauperū quorū eſt regnū cęlorū, in quo poſt hanc uitam recipiuntur. Sepultura inferni, pęnarum profunditas eſt, quæ ſuperbos & immiſericordes poſt hanc vitā vorat. Sinus abrahæ, requies eſt patris, in q̄ recūbūt veniētes ab oriēte & occidēte cū Abrahā, Iſaac & Iacob, ſed filij regni purpura & byſſo induti, foras eijciunī. *Math. 5.a*

f *Et ſep.* In lege non tenacia, ſed rapina damnatur. In euangelio diues quòd ſua non dedit, torquetur.

g *Eleuans au.* A longe vidēt in fideles, dū in imo poſiti añ diē iudicij, fideles ſuper ſe in reqe attēdūt, quorū gaudia poſt cōtemplari nō poſſunt. Lōge eſt qđ cōſpiciūt, quia illuc ꝑ meritū non attingunt. *Refrigeret lin. meam.* Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ in opere ſeruare cōtēpſit. Ibi ergo amplius ardebat, vbi ſe oſtendit ſcire qđ facere noluit. Ab extremo digito ſe tāgi deſiderat, qui æternis ſupplicijs datus, optat operatione iuſtorū vltima participare. *Fili re. quia re. bo. in vi. tua:* qa oē tuū gaudiū felicitatē trāſitoriā putaſti. Habēt & iuſti in mūdo bona, ſed qa in recōpēſatione nō recipiūt, ſed ad æterna ſanctis deſiderijs ęſtuāt, q̄ adſunt minime bona videnī. *Memento ſi.* Ecce Abrahā filiū vocat, quē tñ a tormēto nō liberat, quia præcedētes pr̃es huius populi multos a ſua fide deuiaſſe cōſiderāt, nec vlla cōpaſſione a tormētis eripiūt, quos tñ filios ꝑ carnē recognoſcūt. *Habeo.n.qu.fra.* Iudaicus pp̄ls iam ex magna parte dānatus, ſequaces, quos in terra reliqt, quinq; libris Moyſi carnaliter ītellectis, vel qnq; corpis ſēſibus deditos nouit. Quinq; ſūt ergo fratres, quos ad ſpūalē ītelligētiā nō aſſurgere gemit. *Si Mo. & pro. non a. neq; ſi quis ex mor. re. cr. ei.* Ex mortuis dn̄s reſurrexit, ſed qa Iudaicꝰ pp̄ls Moyſi credere noluit, ei q reſurrexit credere cōtēpſit. Et cū Moyſi verba ſpūalr̄ ītelligere noluit, ad eum quem Moyſes prędixerat, non peruenit. Vnde veritas: Si crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi.

*Ioan. 5.g Vbi ſup. Viſio damnatorum.*

h *Vidit Abr.* Greg. in home. Credēdū eſt, ꝙ ante retributionē extremi iudicii iniuſti in requie quoſdā iuſtos conſpiciant, vt eos vidētes & cōſpiciēs in gaudio, nō ſolum de ſuo ſupplicio, ſed etiam de illorum bono crucientur. Iuſti vero in tormentis ſemper iniuſtos intuentur. Vt hinc eorū gaudiū creſcat, qa malū cōſpiciūt qđ miſericorditer euaſerūt: Vt ēt pc̄tōres in iudicio amplius puniant, & eorū vident gloriam quos contempſerūt: & de illorū pœna torquenī quos inutilr̄ amauerunt.

i *Vt in.* Qui micas cadentes de menſa, Lazaro non dedit, de extremo eius digito aquam diſtillari in ore ſuo cupit: & q minima in vita non dedit, in inferno minima quærit.

*Quia re-*

a quotidie ſplendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui † iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus cupiens ſaturari de micis, quę cadebant de menſa diuitis, et nemo illi dabat. Sed et cānes ueniebant, et lingebant ulcera eius. Factum eſt autem, ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem et diues, et ſepultus eſt † in inferno. Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, uidit Abraham a lōge, et Lazarum in ſinu eius: et ipſe clamans dixit: Pater Abraham miſerere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meā, quia crucior in hac flam-

a ¶Pauper humilis per approbationem ex nomine ſcitur.

a ¶Hos nec a ſe remouere poterat, nec uiſitator erat qui remoueret.

a ¶In qua amplius crucior. In hoc nota, quia ſicut mos eſt, etiā inter conuiuia loquacitati ſtudeit. b ¶Torquetur ante iudiciū, quia luxurioſo carere delitijs pœna eſt.

NICOLAVS DE LYRA. G

¶ a Et erat qui. men. no. la. *Exprimitur autem eius nomen, quia erat Deo cognitus per approbationem, ſicut & Moyſi dixit. Noui te ex nomine. Et ex hoc dicit Amb. hic ꝙ eſt magis narratio quàm parabola.*

b Qui iace. *vt ex vicinitate magis appareret duricia diuitis, & probaretur patientia pauperis.*

d Cupiens ſatu. *Non dicit de precioſis.*

e Quę c. *In quo apparet maxima duricia, eo quòd perire permittebatur unde pauper poterat ſubleuari.*

f Et ne. il. *quia tali Domino talis familia, et ideo ſibi conformabatur in mentis duricia.*

g Sed & canes ve. *Ecce brutalis pietas in lingēdo vlcera pauperis, arguit duriciam diuitis: quia curialiores erant canes pauperi, quàm eorum Dominus.*

h Factū eſt autem vt moreretur mendicus. *In patientia quæ opus perfectum habet probatus.*

i Et porta. ab ang. *i. ad limbum ſanctorum patrum: vbi deſcendebant iuſti morientes antequam impedimentum generale gloriæ per paſſionem Chriſti eſſet amotum.*

k Mortuus eſt au. *Quia diuitiæ nō poſſunt à morte ſaluare.*

l Et ſepultus eſt. *ſ. damnatorum: quia erat diaboli parrochianus ei primitias reddens: bona temporalia in illicitis conſumendo, & horas eius audiendo, cantilenis diſſolutis et malis uerbis intendendo.*

m Eleuans autem oculos. *quia eius oculi aperti erant per pœnam, qui ante fuerant clauſi per culpam.*

n Vidit Abraham à lon. *quia multum etiā ante apertionem ianuæ cæleſtis diſtabat ſtatu reproborum, intantum ꝙ impoſſibilis erat tranſitus ab vno in alium, ut dicitur infra. Ex hoc autem loco dicit Greg. ſuper Lucam. Et ponitur in. iiij. ſententiarū in fine, ꝙ infideles in imo .i. in inferno poſiti ante diem iudicij fideles ſuper ſe in requie attendunt: quorum gaudia poſt contemplari nō poſſunt. Qualiter autem intelligendum ſit dictum Beati Gregorij: maiorum diſcretioni & iudicio dimitto. Sed ꝙ damnati vſq; in diem iudicij videant gloriam beatorum, ut uidentur verba eius ſonare, non habetur ex hoc loco ſufficiens argumentum: quia Saluator narrauit hic rem geſtam, vt prædictum eſt, & per conſequens factam ante Chriſti paſſionem. Ex quo ſequitur: quòd Abraham & Lazarus nondum erant in gloria cæleſti, ſed in limbo ſanctorum patrum.* H

o Pater Abraham &c. *Hunc falſo & pro nihilo vocat patrem: quem in operibus minime noluit imitari. vnde & Saluator Ioban. viij. f. dicit Iudæis: Vos ex patre diabolo eſtis &c.*

p Mitte Lazarum. *Irrationabiliter petijt illum ad ſe iuuandum mitti, cui micas panis noluit mittere eſurienti.*

q Vt refrigeret linguam meam. *Ibi plus cruciabatur: quia per eam plus peccauerat ſecundum officia naturæ, in quibus lingua deſeruit, ſcilicet guſtui & loquelę, vt habetur. ij. de anima. Quod autem per linguam in officio guſtus peccaſſet, patet per illud, quod ſupra dictum eſt: Epulabatur quotidie ſplendide. Similiter in officio loquelæ: quia inter epulas ſplendidas magis relaxatur lingua ad loquendum inepta. Notandum tamen hic, quod lingua & digitus metaphorice dicuntur in animabus ſeparatis, quales erant anima Lazari & diuitis: ſicut in Deo qui ſpiritus eſt, manus dicitur virtus eius operatiua. Et ſimiliter in Lazaro hic per digitum intelligitur virtus* ¶ *eius auxilia-*

*Lingua & digitus metaphorice in animis ſeparatis*

MORALITER.

* a *Et erat quidam mendicus.* Per quem ſignificatur homo ſimplex & ignarus indigens conſilio eius.

c *Vlceribus plenus.* i. pęnitens de ſuis facinoribus: quod ſignificatur per vlcera, in quibus putredo erumpit ad exteriora.

d *Cupiens ſaturari de micis.* i. de conſilii ſui verbis, quæ procedunt ex ſcientia ſicut micæ de menſa.

f *Et nemo illi dabat.* quia talis contemnit pauperes, & eos alloqui dedignatur.

g *Sed & canes ueniebant & lingebant vlcera eius.* Per canes lupos à gregibus arcentes, ſignificantur prædicatores & confeſſores, qui debent tales dulciter conſolari.

h *Factum eſt autem, ut moreretur mendicus &c.* quia frequenter cōtingit, ꝙ ſimplices & ignari ſaluantur: & homines aſtuti & literati damnantur. Vnde Aug. de Paulo ſimplice dixit: Simplices & illiterati rapiunt cœlum, & nos cum literis trahimur ad infernum.

o *Pater Abraham miſerere mei &c.* Per hoc ſignificatur, quòd damnati vellent ſi fieri poſſet, à beatis adiuuari: ſed hoc impeditur per Dei ſententiam, qua magnum chaos, impoſſibile eſt pertranſiti.



a *Quia re.* Aug. Nota ꝙ diues iſte aliquid boni habuit, ex quo A bonum tranſitorium in hac vita recepit: et lazarus aliquid mali habuit, ſed ignis inopia purgauit.

b *Et in his om.* Sicut reprobi a pœnis ad gloriā ſanctorū tranſire volunt, ita iuſti ꝑ mīam mente ire volunt ad poſitos in tormētis, vt eos liberent, ſed nō poſſunt quia iuſtorū aīę & ſi in naturę ſuę bonitatæ mīam habentiam tamen autoris ſui iuſticię coniunctæ, tanta rectitudine cōſtringuntur, vt nulla ad reprobos cōpaſſione moueantur. Nota ꝙ apud aīum iuſtorū nō fuſcat beatitudinē aſpecta pœna reproborū: qa vbi iā cōpaſſio miſeriæ nō erit, minuere bonorū lætiā nō valebit. Et licet iuſtis ſua gaudia ſufficiant, ad maiorē tamen gloriam vident pęnas malorū, quas per gratiam euaſerunt: quiaq claritatem Dei vident, nihil in creatura agitur, quod videre non poſſint.

c *Rogo er.* Poſtq̄ ardenti de ſe ſpes tollitur, aīus ad propinquos recurrit: qa reproborum mentem pœna ſua qn̄q; inutiliter erudit ad charitatē, vt iā tūc ēt ſuos ſpūaliter diligant: q hic dū peccata diligerent, nec ſe amabāt. Seruatur ergo diuiti ad pęnam, & cognitio pauperis, quem deſpexit, & memoria fratrum, quos reliquit, vt de viſa deſpecti gloria, & de pęna inutiliter amatorum amplius torqueatur.

d *Vt mit.* Serius diues iſte magiſter incipit eſſe, cum iam nec diſcendi tempus habeat, nec docendi.

e *Si moy.* Qui verba legis deſpiciūt, redēptoris præcepta, qui ex mortuis ſurrexit, quanto ſubtiliora ſunt, tāto hæc difficilius implebūt: & cuius dicta implere renuūt, ei ꝓculdubio credere recuſant. Nota ꝙ in villici illius ſupiore, & iſtius diuitis pn̄tis cōparatione, incentiuum fit miſericordiæ, & ibi fortaſſe ſanctis, quos amicos dicit, quibus tabernacula tribuit, B hic vero docet pauperibus conferendum.

ma. Et dixit illi Abraham: † Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & lazarus ſimiliter mala, Nunc autem hic conſolatur, tu uerò cruciaris. Et † in his omnibus, intēr nos et vos † chaos magnum firmatum eſt, vt hi, qui volunt hinc tranſire ad uos, non poſſunt: neq; inde huc tranſmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres, vt teſtetur illis, ne et ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moyſen et prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pāter Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moyſen et ꝓphetas nō audiunt, neq; ſi q̄s ex mortuis reſurrexerit: credēt.

a ¶Inter pauperem & diuitem chaos eſt, quia poſt mortem nequeunt merita mutari.

a ¶Qui uerba Dei deſpexerat, hoc audire non poſſe ſuos ſequaces æſtimabat.

*Ser. de tem. 217. in Do. 15. ſerm. 1. & 10.*

†ſuper hęc omnia †hiatus, vorago.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *eius auxiliatiua, ꝑ linguā diuitis, virtus conceptus mētis expreſſiua.*

a Fili re. *Hoc ſibi dicitur ad augmentū ſuę pęnæ: quia maximum infortunij genus eſt fuiſſe felicem, vt dicit Boetius. 1. de conſolatione.*

b Nunc autem. *propter meritum patientiæ.*

c Tu vero cru. *propter defectum miſericordiæ.*

d Et in his &c. *Id eſt diſtātia magna meritorum & ſtatuū firmata eſt rigore iuſticiæ diuinæ, vt impoſſibilis ſit tranſitus ab vno ſtatu in alium.* C *Ideo ſubditur:*

e Vt hi qui vo. *quia animæ ſeparatæ ſunt extra ſtatum meriti & demeriti. Quod autem damnati vellent venire ad locum electorum ſi eſſet poſſibile, nō eſt dubiū: ſed de electis ꝙ vellent ire ad locū damnatorum, videtur falſum. Ad quod dicendū, ꝙ nō vellēt ire illuc ad manēdū: vellēt tamē ire illuc ſi eſſet poſſibile ad propinquos ſuos liberandum. Iſtud tamen velle intelligitur ſecundum voluntatem naturalem, non autem ſecundum voluntatem deliberatiuam, in qua conformātur ſimpliciter diuinæ iuſticiæ.* †De pœ. di. 3. c. cauendum.

f Rogo er. *Dixit hoc non charitate ductus, cum illam non haberet, ſed timore ſeruili, ne in ipſorū conſortio eius pęna augeretur: qa fuerat eis occaſio peccandi: Tū ratione diuitiarum quas eis dimiſerat ad abuſum: Tum exemplo malæ uitæ, quod eis dederat ad ſequendum.*

g Et ait illi &c. *q docuit moralia agenda.*

h Et pro. *qui docuerūt myſtica & credēda. Et iſta ſufficiunt ad ſalutem. Ideo ſequitur:*

i Audiant illos. *Ex hoc patet, ꝙ iſte diues & amici eius erant de gente Iudæorum, quia gentiles non habebant doctrinam Moyſi & prophetarum.*

k Non pater Abr. &c. *Moti ex nuncio ſic mirabiliter eis apparente.*

l Si moy. *Hoc patuit per effectum: quia Lazaro reſurgenti & Chriſto teſtimonium perhibenti, non crediderunt, ſed magis interficere eum voluerunt, vt habetur Iohan. xij. c. Similiter nec Chriſto reſurgenti, ſed magis ſuaſerūt falſo ipſum non reſurrexiſſe: ſed corpus eius à diſcipulis ſuis furatum fuiſſe, vt habetur Mat. xxvij. g.*

In ca. xvj. vbi dicitur in poſtil. Lex. n. permittebat repudium vxoris &c.

ADDITIO I.

*De hac permiſſione agitur ſatis large in additione, ſupra Deut. xxiiij. & Matth. xix. Vide ibi.*

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Qualiter autem intelligendum ſit dictum Beati Greg. maiorum diſcretioni dimitto &c. D

ADDITIO II.

*Verba B. Greg. vbi dicit: ante diem iudicij: intelligenda ſunt, ac ſi dicat: Ante diem paſſionis Chriſti. In paſſione. n. fuit quodammodo iudicium mundi. Iuxta illud. Nunc iudicium eſt mundi.* *Ioan. 12. c*

REPLICA.

In ca. xvj. tangit poſtil. de matrimonij indiſſolubilitate. Sed Bur. ſe opponit per ea, quæ poſuit Deu. xxiiij. & Matt. xix. ſed vide Cor. *Matt. 19.*

GLOS. ORD. CAP. XVII.

E T *ad di.* Sciēdum, cum dn̄s de mīa loqueretur, phariſęi auari in irriſione perſeuerabant, in quo infirmis auditoribus ſcandalū, ne attenderēt, faciebāt. Hos ergo increpat loquēs apoſtolis. ſ. ꝙ illi ſuo vitio faciebant, vt euenirent ſcandala ꝑ ſe, quæ non poterant non euenire in mundo erumnis & erroribus pleniſſimo. q. d. Vos ne turbemini ſi iſti deriſores ſcandala mouent, quia ita neceſſe eſt fieri, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Nota, ꝙ inquantum potes ſine peccato vitare ſcandalū ꝓximi debes. Quod ſi de veritate eſt, ꝓ ſcandalo veritas relinqui non debet.

b *Si la. me. &c. & pro. &c.* ſm ritū prouinciæ, vbi erat iſta criminū pœna, vt alligato ſaxo ī ꝓfundū demergerēt. Et vere vtilius, innoxiū pęna grauiſſima vitā finire, q̄ lędēdo fratrē mortē męreri perpetuam. Vel per lapidē molalē, ſęcularis vitę circumitus & labor exprimiī: ꝑ mare extrema damnatio. Quicūq; ergo ſpēm ſāctitatis hn̄s, verbo vel exēplo cęteros deſtruit, melius eſſet ei, vt eum ſub exteriori habitu ad mortē terrena acta cōſtringerent: qa ſi ſolus caderet, tolerabilior eū pęna cruciaret.

c *De puſi.* Non ętate, ſed fide & animo, qui occaſiones quærūt quomodo ſcandalizentur: ideo conſulere oportet vos his, ne occaſione veſtri recedant a fide & a ſalute.

d *Attendite vo.* Quo ordine ſcandala declinare & væ ꝑpetuū euitare poſſimus, inſinuat. Sed ſi nos attēdimus ne quē lædamus, ſi

*Mar. 11. d* *Mar. 18. b*

CAP. XVII.

E T ait ad diſcipulos ſuos: Impoſſibile eſt, vt non ueniant ſcândala, † Væ autem illi, per quem veniunt. † Vtilius eſt illi ſi † lapis molaris imponatur circa collum eius et proijciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnū de puſillis iſtis. † Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, incre-

a ¶Offendicula.

¶Melius eſt pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis ſeruari cruciatibus: non enim iudicabit Deus bis in idipſum.

a ¶Magnus enim moueri non poteſt. b ¶Ergo. ¶Ne quem lædatis.

NIC. DE LYRA. CAP. XVII.

E T ait ad d. *Poſtq̄ Saluator oſtēdit, quod pc̄tores pęnitētes ſunt benigne recipiēdi, hic cōſequēter oſtēdit ꝙ ſunt caute nutriendi, Circa quod primo ponitur informatio Chriſti benigne. Secundo ſubditur phariſęorū interrogatio maligna, ibi: Interrogatus autem à pha. Circa primum ponitur Chriſti inſtructio. Secundo inſtructionis confirmatio, ibi: Et factum eſt. Prima in duas: quia primo ponitur dicta informatio. Scd̄ò apoſtolorum poſtulatio, ibi. Et dixerūt apoſtoli. Circa primū ſciēdū, ꝙ pc̄tōres cōuerſi ad pœnitētiā primò caute nutriūtur, quādo à præbēdo eis occaſionē reuertēdi ad vomitū diligēter cauetur: & talis occaſio vocatur ſcādalum: Et dicitur à [illegible] ſcandalō grece, qđ eſt impactio pedis, quæ facit hoīem ruere. prout dictum fuit Mat. xviij. vbi iſte paſſus exponitur. Scd̄o nutritur caute, quādo defectus eorum patiēter portantur & iniuriæ remittūtur: quia de nouo conuerſi ad pn̄iam propter conſuetudinē priſtinam habent quandam pronitatem recidiuandi. Ideo dicit Saluator:* *Diuiſio* †Mat. 18. a †Mar. 9. f †expedit

c Si peccauer. &c. *dulciter & charitatiue.*

¶ Si ſepties

MORALITER.

* a *Et ait.* id eſt difficile. Sic. n. vno modo dicitur impoſſibile, ut habetur. v. meta.

b *Væ au.* Chryſ. Per ſcandalizantis pœnam brauium ſaluantis addiſce: Niſi. n. unius animæ ſalus eſſet ſibi nimium curæ, non comminaretur ſcandalizantibus tantam pęnam.

c *Si peccauerit.* Charitate monendo.

* *Et ſi*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E mus,ſi pœnitentem zelo iuſticiæ corripimus: ſi ex corde pęnitenti dimittimus: Nec iubemur paſſim peccanti,ſed pęnitentiam agēti dimittere. Primum ergo eſt peccantem increpare, ut poſtea penitenti poſſimus dimittere. Ita.n. peccat qui peccantem videns tacet,ſicut qui pęnitenti non indulget.

† Reſipuerit.

*a Et ſi pœnitentiam.* Aliter fratri pęnitēti,aliter inimico perſequenti. veniam dare præcipimur. Fratri cōceſſa remiſſione ſocia charitate cōicamus, perſecutori malum nobis volenti,vel ſi poteſt facienti, bona volumus & facimus quod poſſumus.

*b Septies.* Solet vniuerſitas ſeptenario deſignari. Præcipitur ergo vt omnia peccata dimittantur,vel ſemper pęnitenti dimittatur.

Sup. 16.c † Adijce.

*c Adauge.* Cū ſupra dixiſſet:Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt:& ſi in alieno fideles nō fuiſtis,qđ ve.eſt q.da.v. Apſi q in alieno et in minimo.i.in terrenorum contemptu fuerant fideles,in ſuo & maiori fidem poſtulant augeri,ut qui ex fide iam hēnt exordia virtutis, in eadem proficiant, donec ad perfectionem ueniant.

† Sycamino, ſycomoro.

*d Sicut gra.ſina.* Fidem perfectam grano ſinapis comparat, quæ in facie eſt humilis & nullarum virium apparēs: ſed præſſuris trita quantum intus ferueat,oſtendit. Sinapis granum tritum & cribratum tepidæ pingui mulſæ ad mixtum, ſi ieiunus contra ſolem uel in balneo gargariſes, oēm noxiū humorem de capite purgat,& imminentium imbecillitatum pericula uitari facit. Sic fides tentationis piſt illo probata, ab omni leuium cogitationum ſuperficie, cribro diſcretionis caſtigata & perfectæ dilectionis melle dulcorata, omnes de corde uitiorum ſentinas, non ſolum ad præſens exhaurit, ſed & in futurum ne recolligi poſſint præcauet. F

*e Arb.mo.* Per morū colore ſāguineo, cuius fructus & virgulta rubent,euangelium crucis exprimitur, quæ per fidē apoſtolorū de gente Iudæorū (in qua velut in ſtirpe gñis tenebatur verbum prædicationis)eſt eradicata,& in mare gentium tranſplantata,cui ēt conuenit ſubiecta parabola de miniſtris verbi. Folia mori ſerpenti ſubiecta necem inferunt,& verbū crucis vt cuncta ſalutaria confert,cuncta noxia tollit. Fructus mori in flore albet,formatus irrutilat,maturitate enigreſcit. Sic diabol⁹,flore angelicę naturæ & ptāte rutilātis præuaricādo terror inhorruit odore q per fidē excluditur.

Sup.9.g Ioan.21.c

*f Quis au.* Seruus arās aut paſcēs doctor eſt eccľiæ.de quo dř: Nemo mittēs manū ad aratrū,& aſpiciens retro,aptus eſt regno Dei. Et dñs Petro dicit:Paſce oues meas. Qui ſeruus de agro regreditur,cum intermiſſo opere p̄dicādi,quaſi ad curiā cōſcientiæ rediēs ſua dicta vel facta pertractat,cui dñs nō ſtatim iubet ab hac uita trāſire,& ęterna quiete refoueri, ſed domi parare q cęnet.i.poſt laborē apertę locutionis,humilitatē ꝓpriæ conuerſationis exhibere: in tali.n.conſcientia Deus cęnat. Vñ,Cęnabo cū illo,et ipſe mecū.et p̄cinge te.i.fluctuātiū cogitationū ſin⁹,qbus greſſus operū impediri ſolet,cōſtringe.

Apoc. 3.d

*g Et mi.m.* Miniſtrat conditori qui eius naturam conſiderans, & eius iudicia pertimeſcens,de ſuis ſe virtutibus humiliat. Miniſter enim a minori ſtatu dicitur.

*h Sic & nos.* Poſtq̄ ad pfectionē fidei exhortatus eſt,p quā fiūt mirabilia opera,ēt cōtra rerū naturā monet,ne qs de ſuis operibus glorietur,ſed quanto fides eſt foris uirtutibus excellentior, tanto conſcientia intus ſit humilior, quia domino iure debemus obſequium.

Ioan. 15.a

*i Serui inutiles.* Si homo ab homine ſeruo non vniforme, ſed multiplex miniſterium exigit,nec gratiam habet,quanto magis uos,qui ſine me nihil poteſtis, non vnius vſum operis vel laboris exercere debetis ſed ſemper nouis ſtudiis augere priora,nec uos iactetis,quia bene ſeruitis.

Matt. 20.b · 2. Cor. 5.b

*k Quod debuimus fa.* Qui ueni miniſtrare, non miniſtrari, nos debitores ſibi fecit ne noſtris operibus confidentes, ſed eius examen pauentes, omnibus impletis, quæ præcepta ſunt, nos imperfectos eſſe recognoſcamus, quamdiu peregrinamur a Deo.

*Et factum*

ᵃ pa illum: & ſi† pœnitentiam egerit, ᵃ
a Ne vel nimis difficilis venia,vel nimis remiſſa ſit indulgentia.
ᵇ dimitte illi. & ſi ſepties in die pec- ᵇ
a Si enim in Deum non erit noſtri arbitrij.
cauerit in te,& ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens pœnitet me, dimitte illi. Et dixerunt apoſtoli ᶜ
a Q.d. Dicis erogandam pecuniam, condonanda peccata ſed vt habeamus perfectam noticiam horum faciēdorum Adauge nobis fidem.
ᶜ Domino:† Adauge nobis fidem. Di- ᵈ
ᵈ xit autem Dominus: † Si habueritis ᵉ
fidem ſicut granum ſinapis, dicetis ᶠ
a Species pro genere,quia fides conſummata etiam elementis imperare poteſt.
ᵉ huic arbori† moro,eradicare, & trāſ- ᵍ
plantare in mare, & obediet uobis.
ᶠ Quis autem veſtrum habēs ſeruum ʰ
arantem aut paſcentem boues, qui ⁱ
regreſſo de agro dicat illi ſtatim: ᵏ
a A labore. b Ad menſam. c Potius.
trāſi & recumbe: & non dicat:pāra ˡ
ᵍ quòd cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem & bi-
a Poſtquam tua prædicatione & compunctione refectus ero,tunc tandem æternis meæ ſapientię epulis reficieris.
bam:& pōſt hæc tu māducabis & bibes? Nunquid gratiam habet ſeruo
a Q.d. Quid mirum ſi fecerit ſeruus quod debet, cuius eſt laborare & aſſidue ſeruire?
illi: quia fecit,quæ ei† imperāuerat?
ʰ Non puto. Sic & uos,cū feceritis oīa
ⁱ quæ præcepta ſunt vobis,dicite:ſerui ᵐ
Quia empti precio. Quia bonorum operum non eget Deus. Vel quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
ᵏ inutiles ſumus:Quod debuimus fa-

G ¶ b Si ſepties in die &c. *i.toties quoties, ſecundum quod expoſitum fuit Mat.xviij. vniuerſitas enim numero ſeptenario deſignatur.*

c Et di. *Hic conſequenter ponitur apoſtolorum poſtulatio. Cauere n.à ſcandalis,& remittere iniurias toties quoties,procedit ex magnitudine fidei,qua aliquis credit & ſperat pro talibus in vita futura remunerari. & ideo apoſtoli,qui erant adhuc imperfecti & ignari,audita prædicta Chriſti doctrina, petierunt augmentum fidei,dicentes.*

Fides augetur dupliciter.

d Domine Adauge nobis fi. *Augetur autem fides dupliciter. Vno modo extenſiue.ſ. quando plura credibilia cognoſcuntur & creduntur explicite,ſicut fideles literati cognoſcunt & credunt explicite quę ſimplices implicite credunt: credendo de talibus in quodam generali illud,quod tenet eccleſia. Alio modo augetur intenſiue,videlicet quādo credibilia clarius cognoſcuntur & firmius feruentiusq; tenentur: & vtrumq; augmentum fidei requiritur in eccleſiæ prælatis. propter quod apoſtoli qui poſt Chriſtum fuerunt primi prælati in eccleſia Dei: petierunt vtrumq; augmentum fidei, quod Chriſtus dedit eis: maxime poſt reſurrectionem ſuam dando eis gratiam ſpirituſſancti. Et ideo prædicit eis virtutem fidei,dicens:*

† Matth.

e Si ha b.fidem,ſicut granum ſina. *Quod licet ſit modicum quantitate,eſt tamen maximum virtute. pp quod fides ei cōparatur.*

f Dicetis huic arbori moro: *id eſt dicere poteritis.*

g Eradicare,& tranſ. in mare. *Duo mira coniungit.ſ. eradicationem ſubitam arboris de terra ſolida, & tranſplantationem eius in aqua fluida, vt per hoc magis appareat virtus fidei. Sed quia de talibus operibus quę non fiunt principaliter virtute credentis,ſed virtute Dei operantis, nullus debet eleuari, ſed magis ſub Deo humiliari. Ideo ſubditur:*

h Quis autem veſtum habens ſer.arant. *ſcilicet laborantem in agro.*

i Qui regreſſo de agro. *ſcilicet de labore.*

† imperauerit.

k Dicat illi ſtatim:tranſi & re. *i. quieſce poſt laborem, & refocillare. q.d. non ita dicitur ei à Domino ſuo,ſed magis dicitur ei:* H

l Para q cœnem. *Ita q poſt laborem in agro requiritur ab eo labor in domo. Et ſi in omnibus ſeruus obediat,non tamen propter hoc tenetur ſibi regratiari Dominus:nec ſeruus in ſuperbia debet eleuari, quia ad hoc tenebatur ex conditione ſeruitutis. Et ex hoc concludit Chriſtus,q apoſtoli de bonis operibus non debent eleuari, ſed magis humiliari. Ideo ſubditur:*

m Dicite ſer.inuti.ſu. *quia ſecundum veritatem nulla vtilitas prouenit Deo de humanis operibus,ſed ſolum ipſis operantibus.*

¶ Et factum

## MORALITER.

✱ *a Et ſi pe.* ſ.toties quoties: quod per ſepties ſignificatur, eo q per ſeptenarium vniuerſitas figuratur.

*e Si ha.* Comparat autem grano ſinapis ipſam fidem,eo q granum ſinapis tantæ virtutis eſt, quòd creſcit in arborem: & ſic virtus fidei charitate formata eſt magna in operatione. Ideo ſequitur:

*f Dicetis huic ar.* Cuius fructus liquorem ſanguini ſimilem emittit. vnde dicitur.j.Macha.vj.d. Oſtenderunt Elephantibus ſanguinem vuæ & mori. Et ideo arbor morus crucem ſignificat, cuius fructus dicitur ipſe Chriſtus in ea ſuo ſanguine rubricatus. Hanc autem arborem tranſtulerunt apoſtoli de terra Iudææ,& plantauerunt in mari.i.in latitudine gentiū,quæ poteſt dici mare,eo quòd eſt aquarum congregatio. Et Apoc.xvij.d.dicit:Aquæ multæ,populi multi,quando fidem Chriſti crucifixi prædicauerunt gentibus,dimiſſis Iudæis;quibus Paulus & Barnabas conſtanter dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud,& indignos vos iudicatis vitæ ęternæ, ecce conuertimur ad gētes:ſic enim pręcepit nobis Deus.

Act. 13

*h Quis autem ue.* Seruus reuertens de labore,ſignificat prædicatorem vel doctorem,reuertens poſt laborem ad domum propriç cōſcientiæ,cui non ſtatim dicit Chriſtus:tranſi & recumbe, vocando eum de præſenti vita ad requiem patriæ:ſed adhuc requirit ab eo aliud bonum opus,in quo Dominus delectatur: & cum hoc fecerit,reputet ſe parum aut nihil feciſſe pro domino reſpectu mercedis quam expectat ab eo. ſic dicebat Beatus Franciſcus etiam poſt multos labores & magnos: Fratres, incipiamus ſeruire Domino, quia vſq; nunc parum profecimus.

✱ *Occurrerunt*



A *a Et factum eſt.* Poſt parabolam quæ inuitat ad humilitatem & perſeuerantiam in diuerſis officiis Dei, reprehenduntur ingrati de impenſis beneficiis.

*b Occurrerunt.* Leproſi ſunt hæretici,q quaſi varios colores habētes in eodē corpore,uarias ſectas,nunc falſitatis,nūc ueritatis pmiſcent in eadem p̄dicatione Hi aūt quia uitantur & ab eccleſia remouenī longe,neceſſe habent,ut magno clamore interpellent unde ſequitur:

* Et ipſi

*c Qui ſtete.a lon.* Qui cōtra decalogum peccauerant,nec amādo Deū(de quo male ſentiunt) nec proximum, a quo diuidunī. ſub denario ad Deū clamāt & ſananī, dū in eccleſiæ ſocietate doctrinā integrā verāq; aſſequunī,& oīa ſcđm catholicæ fidei regulā differunt, & uarietate mēdaciorū quaſi lepra carent. Sed vnus gratias agit.i.qui in unitate eccleſiæ per humilitatē remanēt. Qui vero p ſupbiā elati mūdatori ſūt ingrati,nouē ſunt,qa p unitatē a perfectione denarii deficiunt. vñ Apľs: Qui cū Deū cognouiſſent,nō ſicut Deum glorificaue.aut gr.e.ſed e.in co.ſuis.

† abirent · Rom. 1.c · † glorificās

*d Et le.uo.d.* Quia in uerbis Saluatoris ſe erraſſe cognoſcunt, ſaluandi præceptorem vocant,& per cognitionē præceptoris redeunt ad formam ſalutis.

*e Ite oſtendite uos ſacerdotib. Et fa&.* Quiſquis hæretica prauitate uel Gentili ſuperſtitione,uel Iudaica pfidia uel fraterno Schiſmate p Dei grā mūdatus caruerit,neceſſe eſt ut ad eccleſiam ueniat, coloremq; fidei uerū aliis ſimilē oñdat. Vñ Paulus ad Ananiā,Cornelius ad Petrum mittitur. Cætera vitia dñs ī cōſcia p ſeipſū corrigit & ſanat.

Act. 9.a · Ibid. 10.a

*f Vnus au.ex il.* Vnus autē regreſſus ſignat unius eccleſiæ deuotam in Xp̄o humilitatē,q cadēs ad pedes eius grās agēs,qa repreſſis p̄ſumptionis cogitationib.q̄ ſit infirmus uidet,nihil uirtutis ſibi tribuit,bona q̄ agit de mīa intelligit. Vnde et Samaritanus.i.cuſtos cognominatur,qui ita bona q̄ accepit, Deo tribuit,ut cum Pſal. dicere poſſit:Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. B

Pſal. 58.b

*g Et ceci.in fa.* Cadit in faciem,qui de perpetratis malis erubeſcit,Ibi enim cadit homo,vbi confunditur. Qui in faciem cadit.uidet quo cadat.qui retro cadit non uidet. Boni ergo in faciem cadunt,quia humiliant ſe in his uiſibilibus.ut ad inuiſibilia erigantur. Mali retro cadunt,quia cadunt in inuiſibilibus,ubi non uident quid eos ſequatur.

*h Surge.* Qui infirmitatem ſuā agnoſcens humiliter ante Deū iacuit,diuina cōſolatione ſurgere ad fortiora opera,& ire creſcendo uſque ad perfectiora iubetur.

*i Fides tua.* Fides quæ ad agendas gratias inclinauit,ecōtra pfidia illos damnat,qui de acceptis beneficiis ſunt ingrati.

*k Te ſaluum f.* In ſuperiori parabola decernitur,fidem per humilitatem debere augeri In iſta rebus ipſis manifeſte oſtenditur, non fidei tantum agnitam rationem, ſed fidei executam operationem eſſe,quæ ſaluum faciat credentem.

Infr. c.19.b

*l Interrogatus autem a Phariſæis.* Ideo interrogauit,qa ſicut Lucas inferius aperuit:Exiſtimabant q ueniente dño Ieroſolymā,confeſtim regnū eius manifeſtareī. Ita ut & ipſi apoſtoli hac opinione ducti, poſt reſurrectionem eius interrogarent eum:Dñe,ſi in tpe hoc reſtitues regnum Iſael? Et alibi Cleophas:Nos autem ſperabamus q ipſe eſſet redēpturus Iſrael.

Act. 1.a · Inf. 24.c

*m Non ue.re.Dei cum obſer.* Quia quando ueniet,neque ab angelis,neque ad hominibus poteſt obſeruari, ſicut dominicæ incarnationis tempus, & prophetarum vaticiniis præfixum, & angelorum eſt præconiis manifeſtatum: adeo ut cōceptus eſt,natus,baptizatus,prædicans,moriens,reſurgens, ad cælos aſcendens:comitantibus indeſinenter uel angelorum vel hominum,vel certe miraculorum ſit declaratus iudiciis.

*Ecce*

ᵃ cere fecimus. Et factum eſt dum ᵃ
iret in Ieruſalem:*trāſibat per mediam Samariam & Galilęam. Et cum ingrederetur quoddam caſtellum,
ᵇ ᶜ occurrerūt ei decē viri leproſi. Qui ᵇ ᶜ
ᵈ ſteterunt a longe,& leuauerunt uo- ᵈ
cem dicentes:Ieſu pręceptor miſere ᵉ
ᵉ re noſtri. Quos vt vidit, dixit: † Ite ᶠ
a Qui ſunt figura ſacerdotii futuri in eccleſia.
oſtendite vos ſācerdotibus. Et factū ᵍ ʰ
ᶠ eſt,dum † irent, mūdati ſunt. Vnus ⁱ
autem ex illis,ut vidit quia † mūda ᵏ
tus eſt,regreſſus eſt cum magna uo-
ᵍ ce† magnificās Deum. Et cecidit in faciē ante pedes eius, gratias agens.
Et hic erat Samaritanus. Reſpon- ˡ
dens autem Ieſus dixit: Nonne de-
Ingratos quaſi ignotos ubi ſunt inquirit.
cem mūdati ſunt:& nouē ubi ſunt?
Non eſt inuentus qui rediret & ᵐ
daret gloriam Deo, niſi hic alie-
ʰ nigena. Et ait illi: Surge, uade
ⁱ ᵏ quia fides tua te ſaluum fecit.
ˡ Interrogatus autem à phariſæis, ⁿ
Dies iudicii.
quādo uenit regnum Dei? Reſpon- ᵒ
Dies iudicii.
ᵐ dens eis,dixit: Non ueniet regnum ᵖ
Temporis.
Dei cum obſeruatione, neq; dicēt: ᵠ

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Et factum eſt. *Hic conſequenter ponitur doctrina Chriſti prædictæ confirmatio per opera miraculoſa in ſanatione decem leproſorum, cum ſubditur.*

b Occurrerunt ei decem uiri leproſi. *quia audierant famam de mirabilibus Chriſti.*

c Qui ſteterunt a lon. *Tum propter Chriſti reuerentiam. Tum quia non debebant appropinquare ſanis hominibus,ne eos inficerent.*

Et le-

d Et leuauerunt uocem dicentes, *ex magno deſiderio ſanitatis.* C

e Dicē Ieſu præ.mi.no. *i.ſolo verbo potes curare nos.* Ite oſtē. uos ſa. *Lex enim præcepit,vt emundati a lepra ſacerdotibus ſe offerrēt, & hoc duplici de cā. Vna erat,quia ſacerdotes debebant iudicare vtrum talis eſſet vere curatus. Secunda erat,quia pro ſua emundatione tenebatur offerre ſacrificium determinatum in lege. Legalia aūt tunc curſum ſuum habuerunt. unde & Chriſtus ea ſeruauit,vt patet in eius circūciſione & oblatione in templo, & immolatione agni Paſchalis. & ideo illos,quos a lepra ſanauit,ad ſacerdotes miſit.*

Leuit. 14.a

h Et fa.eſt &c.mun.ſunt. *ex fide & obedientia ad Chriſtum meritorie de congruo, ſed diuina uirtute effectiue.*

i Vnus au.&c.mun.eſt. *ſuam ſanationem virtuti Chriſti imputans.*

k Re.eſt. *tanq̄ gratus gratias Deo agens.*

l Et hic e.Sa. *i.de Gentibus illis quæ miſſæ fuerūt a rege Aſſyriorum in Samariam & alias ciuitates terræ illius, captiuatis inde Iudæis & trāſlatis in Aſſyrios,vt habetur. iiij.Reg.xvij. Et iſti Samaritani partim colebant idola,& partim Deum, & Iudæi nō communicabant cum eis,ſicut nec cum alijs Gentilibus,ut habetur Ioh.iiij.b. Et per hoc quod dicitur:* Et h. e. *inuenitur q alij nouē erant Iudæi,nec reuerſi ſunt ad gratias agēdum: quia decepti a ſacerdotibus quibus ſe repræſentauerant, qui doctrinæ Chriſti & miraculis detrahebant,ſecundum eorum informationem attribuerūt ſuam ſanationem obſeruantiæ legis & non virtuti Chriſti, licet a principio fideliter & deuote petiuiſſent ab eo ſanari. ideo ſubditur:*

† De pę.di.1.c. porro. §.hoc idē. ver. hinc ēt leproſi. † ſanatus

m Non eſt in.ni.h.a. *Et in hoc figuratum fuit quod Gentiles venturi erant deuote ad fidem Chriſti, Iudæis remanentibus in ſuo errore.*

n Interro. au. *Deſcripta inſtructione Chriſti benigna,hic conſequenter ponitur Phariſæorum interrogatio maligna. Chriſtus.n. in ſuis ſermonibus frequenter fecerat mentionem de aduentu regni Dei, vt patet ex prædictis in hoc euangelio & in alijs. Et iō Phariſæi qui doctrinam Chriſti deridebant vt dictum eſt c.præcedenti,irriſoria ab eo quærebant.* D

o Quando ue.reg.d. *q.d.dicerent: Antequam veniat regnū de quo loqueris,occupabit te mors crucis. Sed dominus tanquam vere patiens,nō dedignatus eſt eis reſpondere rationabiliter & manſuete,dicens.*

p Non veniet regn. *Per aduentum autem regni Dei intelligitur aduētus Chriſti ad iudicium,quia ueniet tanquam rex ad iudicādum. Venit autem ad iudicium dupliciter. Vno modo particulariter.ſ. in morte cuiuslibet,quia qualis unuſquiſque in morte reperitur, talis in iudicio extremo præſentabitur ſcilicet in parte electorum vel damnatorum. Alio modo uniuerſaliter,& ſic veniet ad iudicium in fine mūdi. Et neuter aduentus eſt cum obſeruatione temporis,quia nihil incertius eſt hora mortis. De tempore etiam futuri iudicij dixit apoſtolis. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta. & multo fortius illud tempus eſt incertum aliis,ſecundum quòd dicit Aug. Illud uerbum omnium calculantium digitos quieſcere iubet.*

Chriſtus dupliciter venit ad iudicium. · Act. 1.a · Lib. epiſtol. epiſtola.79. to.9.

q Neque di. *ideſt non poſſunt dicere certitudinaliter & determinate tempus aduentus Chriſti ad iudicium. Vnde & illi qui voluerunt hoc determinate dicere, ut abbas Ioachim, & quidam alii,inuenti ſunt falſum dixiſſe. quia tempora ab eis determinata tranſierunt.*

¶ Et ait

## MORALITER.

✱ *b Occurrerunt ei de.ui.le.* Denarius numerus, uniuerſitatem ſignificat, eo quòd eſt perfectus. Numeri namque ſequentes uſque ad centum,ſunt ipſius & partium eius repiicationes. Nam undecim ſunt decem & unus,& ſic uſque ad.20. qui ſunt bis decem. 30. ter decem, & ſic conſequenter. Ergo per decem leproſos occurrentes Chiſto, ſignificatur uniuerſitas peccatorum, pœnitentium & confitentium.

*f Quos ut ui.* per effectum remiſſionis peccatorum.

*g Dixit. Ite oſtendite uos ſacer.* Quia licet peccata remittantur in contritione,tamen tenetur ea homo confiteri.

*i Vnus au.ex il.* Hoc autem dicitur,ad ſignificandum, quòd pauci ſunt reſpectiue qui grati ſunt de beneficiis largitatis diuinæ.

*l Et h.erat Sa.* qui cuſtos interpretatur. nam illi ſunt grati Deo,qui ſe cuſtodiunt a peccati recidiuo.

Moraliter

*p Non ueniet regnum Dei cum obſeruatio neque dicent.* Moraliter. Dei regnum,gratia(quæ eſt arra gloriæ)poteſt dici. Ipſa uero non venit cum obſeruatione,quia neſcit homo utrum amore uel odio dignus ſit:Eccle.ix.a. ideo ſubditur.



✱ *Ecce*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Ecce.n.re.* Non poterit obſeruari, quia regnum meum non eſt corporale, ut putatis, ſed ſpirituale: quod fide iam incepit.
b *Regnum Dei* Vel ſic poteſt accipi reſponſio dñi. Regnũ Dei intra uos eſt, q quandoq; venturus iudex omniũ, nũc ẽt regnat in cordib. fideliũ. Sed cũ hæretici turbant eccleſiã prauis dogmatib. deſiderant fideles, ut dñs una die ad terras rediens, ſi fieri poſſet, ueritatem fidei intimaret. Sed non uidebunt: quia quod ſemel euangelico fulgore eſt exhibitum: non eſt opus corporali uiſione domini firmari.
c *Venient di.* Noluit dicere quãdo ueniret: ſed ṽturũ dixit, ut incuteret oĩbus terrorẽ iminẽtis iudicii, nec ſecuritatẽ afferret dilatiõis. Et ne videret cõtriſtare apoſtolos, ſi eis aliqd denegaret, ſecũdum aliũ euangeliſtam dicit: De die autem & hora nemo ſcit, neque angeli, neque filius, niſi pater. Marc. 13.d
d *Deſid.* Poſt meam aſcenſionem, qñ uos in hoc exilio mundi ingemiſcentes deſiderabitis me uidere in gloria mea, quę voluntas laudanda, non tamen in hoc mundo implenda.
e *Vnum diem ſi.* Bene unum dicit, quia in illa gloria, de qua propheta ait: Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper milia, nulla eſt tenebrarum interruptio, nulla ſaltem memoria miſerię uel doloris. Huius diei præſentiam, bonum eſt deſiderare, non tamen magnitudine deſiderii nobis fingere ſomnia, quaſi inſtet dies domini, quod ab aliquibus faciendum prædicit. Pſal. 83.c
f *Et di.u.Ec.h.* Fuere quidam, qui computantes curricula ætatũ, conſummationis ſeculi certum annũ, diẽ & horã ſe dicerent inueniſſe. Multi hæretici fuerunt, & futuri ſunt, qui ſe Chriſtos aſſererent, quorum primus Simon magus, ultimus Antichriſtus.
F g *Nam ſi.* Nolite illis credere. quia ſecundus aduentus repẽtinus erit, & ita manifeſtus, ꝙ nullus poterit ignorare de ſub cælo: quia diſcrimen iudicii ſub cælo, hoc eſt, in aeris medio geritur. unde: Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera. 1. Theſ. 4.d
h *Primum au.o.* Loquens de gloria aduentus: inſerit etiam de paſſione, ut cum morientem uiderent, quem regnaturum audierant, dolorem paſſionis, ſpe promiſſæ claritatis mitigarẽt.
i *Et ſi fa. eſt in die.* Subitũ aduentus ſui diem pluribus aſtruit exẽplis, & quẽ fulguri (cito omnia tranſuolanti) comparauerat, diebus Noe, vel Loth ęquiparat, quando repentinus mortalibus ſuperuenit interitus. Gene. 7.b Ibidẽ. 19.c
k *Ede. & bi.* Non connubia vel alimẽta dãnantur: cũ in his ſucceſſionis, ĩ illis naturæ poſita ſint ſubſidia, ſed immoderatus licitorum uſus arguitur. Quia .n. his ſe totos dãdo, Dei iudicia ꝯtẽnebãt, igne uel aq̃ pierũt.
l *Vſq; in diẽ.* Allego. Noe arcã ædificat: cũ dñs fideles in eccleſia cõgregat. Quã & conſumatã ingreditur, cũ hanc in die iudicii præſentia ſua illuſtrat Sed dum arca ędificatur, iniqui luxuriantur, & dum intratur, æterna damnatione plectuntur. Allego.
m *Simi.ſi.* Prætermiſſo maximo ſodomitarum ſcelere, ſola ea commemorat, q̃ vel leuia uel nulla eſſe putarentur. ut intelligas quali pœna feriantur illicita, ſi licita & ea ſine quibus uita non ducitur, immoderatius acta igne & ſulphure punientur.
n *Loth.* Allego. Loth, qui interpretatur declinans, eſt populus electorum, qui dum in Sodomis, id eſt inter reprobos ut aduena moratur, quantum ualet, ſcelera eorum declinat. Exeunte Loth, Sodoma petit, quia in cõſummatione ſeculi exibũt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum: & mittent eos in caminum ignis. Allego. Gen. 19.c
o *Filius hom.re.* Qui interim apparens omnia uidet, tunc apparens omnia iudicabit, qñ cunctos iudiciorum ſuorum oblitos huic ſeculo conſpexerit mancipatos, ut merito debeant cum ipſo, quem inhabitant, orbe deleri. Matt. 13.g
p *In il. die.* Hucuſq; de hoc ꝙ regnũ .i. Xp̃s, nõ cũ obſeruatione, ſed inſperatus adueniat: Nunc a qualibus ipſe aduentus expectari debeat. In tecto eſt, qui carnalia excedens velut in aura libera ſpiritualiter viuit. Vaſa eius in domo, ſunt cõcupiſcentiæ carnales, quas prius amauerat, ſed ſuperna petens in mũdo reliq̃rat, quas imminẽte iudicio neceſſe eſt ne repetat. G
q *Et qui in agro.* Quod dixerat: Eum q in agro eſt retro nõ debere redire, ne de his tantum dictum uideretur, qui aperte de agro redituri ſunt, id eſt dominum palam negaturi, oſtẽdit multos, qui cum faciem in anteriora uidẽtur tenere, animo tñ retro reſpiciunt.

*Memores*

(Neq; ſcietur determinatus locus.)
a ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim a
(a Regnum Dei ſeipſum dicit, intra ſeipſos poſitum, & in cordibus eorum, qui crediderunt, regnantem.)
b regnũ Dei intra uos eſt. Et ait ad di- b
(Quos etiam intelligimus de aduentu quæſiſſe, & hi ſunt Petrus, Iacobus, Andreas & Iohannes vt Marcus teſtatur.)
c ſcipulos ſuos. Venient dies quando c
d e deſiderabitis uidere unum diem filii d
(Pſeudoprophetæ.)
f hominis, & non uidebitis. Et dicent e
(In hac perſona uel in hoc tempore eſt Chriſtus.) (Sed uos.)
uobis: Ecce hic: ecce illic. Nolite f
(a Cum illis ut credatis quę dicunt. b Vitam eorum.)
g ire, neq; ſectemini: †Nam ſicut ful g
gur coruſcans de * ſub cælo, in † ea
(a Subitus coruſcus, vt nullus in ſua mente latere permittatur, quin iudicis fulgore penetretur.)
quæ ſub cælo ſunt, fulget, ita erit fi-
(a Ita clarus veniet, ſed ad hanc claritatem oportet uenire per paſſionem: Et ſi diligitis hanc gloriam, ne pro hac timeatis pati mortem.)
h lius hominis in die ſua. Primum autem oportet illum multa pati, & re- h
(a Non tantum Iudæorum, ſed omnium reproborum, a quibus quotidie patitur Chriſtus in ſuo corpore.)
i probari a generatione hac. † Et ſicut i
(Sic fiet impiis.)
factum eſt in diebus Noe, ita erit
F k & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant,
l & dabantur ad nuptias, vſque in diem, qua intrauit Noe in arcam: & uenit diluuium, & perdidit omnes.
(Sic fiet impiis.)
m Similiter ſicut factum eſt in diebus k
n Loth: Edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ædificabant. Qua die autem exiit
(Dominus.)
Loth à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit.
(Ita ſubitum & ineuitabile erit.)
o Secundum hæc erit, qua die filius ho l
(a Non qua iudex uenit, ſed qua uenturus eſt poſtquam uenerit, non poterit quiſquam uelle ut deſcendat in mundum aliquid rapere.)
p minis reuelabitur. In illa † die qui fuerit in tecto, & uaſa eius in domo, ne m
(a Qui operatur in eccleſia plantans & rigans, non reſpiciat ſpem ſecularem cui renunciauit.)
q deſcendat tollere illa: & qui in agro

NIC. DE LYRA.

b Et ait ad di. *Hic conſequenter ponitur diſcipulorum informatio de aduentu Chriſti ad iudicium, ut propter immenſitatem perſequutionum non credant cito Chriſtum uenturum, ſed ſemper ſint parati ad eum expectandum. & hoc eſt quòd dicitur.*
c Veni.d.q.de.ui.unum d. fi. ho. *i. diem extremi iudicij, qui erit unus, & a iuſtis deſiderandus, quia tunc a malis præſentis uitæ liberabuntur, & ad requiem gloriæ transferentur, ſecundum quod dicitur infra xxi. His aũt fieri incipientib. reſpicite & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquat redemptio ueſtra. Quod exponens Greg. dicit: Leuate capita veſtra .i. exhilarate corda.* † Mat. 24.e Marc. 13.c * ea regione quæ. † altera quę ſub cœlo eſt.
d Et non u. *niſi poſt multas tribulationes.*
e Et di.uo.ec.h.ecce illic. *quia ante aduentum Chriſti ad iudicium, ſurgent multi pſeudoprophetæ & multi pſeudo Chriſti.* † Mat. 24.c
f Nolite ire. *aſſentiendo tali doctrinæ.*
g Nam ſi.f.co. *q.d. aduentus Chriſti ad iudicium non erit ambiguus, quando erit de facto, ſed erit ita clarus & manifeſtus, quòd nullus poterit dubitare: ideo ſubditur:* Ita erit filius homi. in die ſua.
h Primum opor. *In primo enim aductu venit in humilitate & paucis cognitus, & a multis deſpectus & reprobatus. Sed in ſecũdo aductu ueniet manifeſtus & glorioſus in ptãte orbem iudicaturus. Sed quia tempus illius aduentus eſt incertum ut prædictum eſt: ideo inducit ad hoc duplex exemplum. Primum eſt de tempore diluuij, ut habetur Gen. vij. quod notatur cum dicitur:* H
i Et ſi.fa. *quia hoĩes illius temporis erãt in ſecuritate, nihil timẽtes, quouſq; diluuiũ ſubito ſubmerſit oẽs, excepto Noe, & his qui cum erant in arca. Secundum exemplum eſt de tempore ſubuerſionis Sodomorum, ut habetur Gene. xix. quod notatur cum dicitur:*
k Similiter ſi. *quia erant in ſecuritate uſque ad illam horam, qua dominus per ignem & ſolphur deſtruxit terram illam.* † hora
l Secundum h. erit &c. fi. ho. re. *i. homines erunt in ſecuritate, nihil timentes de futuro indicio uſque ad illud tempus, quo Chriſtus in humanitate glorioſa, tamen manifeſte uidebitur ueniens ad iudicium.*
m In illa die. &c. qui fuerit in tect. & ua. *i. tũc non uacabit alicui intendere negocijs temporalibus, quia oportebit ſubito eum conſpectibus iudicis comparere.*

Memores

MORALITER.

a *Ecce enim*, quia donum gratiæ eſt in mente.
c *Venient di. &c. unum diem filij ho.* i. gloriam eius, quæ una dies dicitur, eo ꝙ per noctem non interrumpitur.
d *Et non uide.* tunc ad libitum ueſtrum, ſed tamen poſtea uidebitis ſecundum libitum meum.
e *Et di.uo.* i. ſucceſſoribus ueſtris Antichriſti tempore futuris.
g *Nam ſicut ful.co.* i. aduentus Chriſti ad iudicium erit ita patens, quòd nullus habebit dubium. Poteſt etiam hoc exponi de aduentu Chriſti in morte hominis, qui frequenter ita repentinus eſt, ſicut ictus fulguris.
i *Et ſicut factum eſt in diebus.* in quibus non timebant homines diluuium nec in diebus Loth incendium, ſic frequẽter uenit mors, quando nullum timetur periculum.
m *In illa die.* i. tempore mortis non cogitet aliquis de aliqua reſaluanda, niſi de anima ſua.

*In il.*



A a *Memores eſto.* Vxor Loth, ſignat illos, q in tribulatione retro reſpiciunt, & ſe a ſpe diuinæ promiſſionis auertunt: & ideo ſtatua ſalis facta eſt, quia admonendo homines ne ſimilia faciant, corda eorum condit ne ſint fatui. Gen. 19.f
b *Quicumq;* Qui vitã carnalẽ (negando Chriſtũ) in mundo ſaluare voluerit, in futuro pdet eã. Vel, q eternã ſalutem aię querit, non dubitet eam dare ad mortem huius temporis.
c *In illa no.* i. in illa tam tenebroſa tribulatione ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.
d *Duo in l.* illi. ſ. qui ocium eligũt, neq; ſecularib. neq; eccłiaſticis negotijs occupati. Vnus. i. qui pp Deum continẽtiæ ſtudens, q̃ Dei ſunt cogitat: *aſſume.* obuiam Chriſto in aera.
e *Alter re.* q vel hũana laude, uel qualibet corruptione ſtatum uitæ, qua imbutus eſt, deſerit. De quo Ieremias: Viderũt eã hoſtes, et d̃riſerũt ſabbata ei⁹.
f *Duæ e. mo.* Duæ d̃riæ, ſequentium orbem rerum mobilium. Quæ femineo genere deſignantur quia maiorũ conſilio reguntur, vt fœminæ a uiris, q̃ tamen in unum molunt inquantum de ſuis negociis eccleſiæ uſib. deſeruiũt. Sed quidam tm̃ pp æterna, q habent tanquam non habentes, qdã pp tpalia, q in incerto diuitiarum ſperant.
g *Qui di.* Duo quærentib. unum reſpõdet ſanctos. ſ. ſecum aſſumẽdos, aliud ſubiiciendo innuit, malos. ſ. a ſe repulſos cum diabolo damnandos.

*Vbicumq;*

b *Vbicumq; f.* Vbicumque fuerit dñs corporaliter, illo congregabuntur electi, qui eius paſſionem humiliter imitando tanquam de carne eius ſaturantur, quorum per reſurrectionem renouabitur vt aquilæ iuuentus. C

a ſimiliter nõ redat † retro. † Memo- a
(Ergo.)
b res eſtote uxoris Loth. † Quicumq; b
quæſierit animam ſuam ſaluam fa-
(a Qui hic propter Chriſtum perdiderit, exurgente Chriſto illic liberam inueniet.)
cere, perdet illam: Et quicunque c d
perdiderit illam, † uiuificabit eam. e
(a Grego. non de duobus hominibus, ſed de duobus generibus affectionum dictum eſt.)
c d Dico uobis: in illa nocte erunt duo f
e in lecto vno, vnus aſſumetur, & al-
f ter relinquetur. † Duæ erunt molentes in unum: vna aſſumetur, & altera relinquetur.
(a Duæ differentiæ prædicatorum in eccleſia, quaſi in agro laborantium eorum qui Chriſtum ſincere annunciant, & eorum qui verbum Dei adulterant.)
ra relinquetur. Duo in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Re- g
ſpondentes dicũt illi: Vbi domine?
(Aſſumentur uel relinquentur.)
g h † Qui dixit illis: Vbicumque fuerit h i
corpus, illuc congregabuntur & a- k
quilæ.

NIC. DE LYRA.

a Memores eſtote uxoris Loth. *Quæ nec habuit ſpacium reſpiciendi retro, ſed ſtatim conuerſa fuit in ſtatuã ſalis, vt habetur Gen. xix. Sic nec tunc homines habebunt ſpacium reſpiciendi retro, id eſt ſpacium intendendi alicui negocio, ſed oportebit eos ſtatim comparere conſpectibus iudicis.* † ad ea quę retrò ſũt. † Gẽ. 19.f. † Mat. 16.d Mar. 8.d.
b Quicumque quæ.a.ſuam. *i. timore mortis deficiet a fide in tribulatione Antichriſti, quæ precedet iudicium.* † viuã generabat.
c Perdet il. *per ęternam damnationem.*
d Et quicunque perdi. illam. *præeligens mori, quam cadere a charitate fidei.*
e Viuificabit eam. *merendo vitã æternam.*
f In il. no. e. du. *Hoc expoſitũ eſt Mat. xxiiij.*
g Reſp. di. ubi d. *i. quo aſſumentur.*
h Qui di. il. &c. u. fu. cor. *i. Chriſtus qui iudicabit in forma humana glorioſa.*
k Congre. & a. *i. ſancti occurrentes Chriſto venienti ad iudiciũ, ſcdm ꝙ dicitur. Simul rapiemur cũ illis in nubib. obuiã Xp̃o in aera.* - Duo in agro, unus aſſumeẽ, & alter relinquetur

MORALITER.

f *In il. no.* ſ. mortis. *Erunt duo in le. u.* In qualibet enim aſſociatione frequenter cõtingit quòd unus moritur, & alter viuit.
i *Vbicun.* i. licet omnes moriantur, tamen ſoli iuſti Chriſto aggregantur.

GLOS. ORD. CAP. XVIII.

a *Dicebat au.* Seq̃tur: *Semper o.* Sẽp canonicis horis quotidie ſecundum morẽ eccleſiæ, vel quia iuſtus ſecũdũ Deũ oĩa gerit, vel dicit: Semp orat q ſemp agit bõa, nec deſinit orare niſi cũ deſinit iuſt⁹ eẽ.
b *Iudex quidam.* Hæc parabola ad orandum & credendum, & non de nobis, ſed de Deo p̃ſumendum hortatur. Et nota ꝙ dñs parabolas ponit: Vel ſecũdũ ſimilitudinẽ, vt de hoĩe qui habuit duos filios, q pſonã Dei gerit. Vel per ſimilitudinẽ, vt hic de iudice iniquo, q pſonã Dei nullatenus tenet. Sed per hunc põt coniici quantũ Deus bonus & iuſtus eos curet deprecantes ſe, cũ nec homo iniuſtus, eos q illũ aſſiduis p̃cib. tundũt, vel pp tędium deuitãdũ põt contemnere. Hoc enim ſubdẽdo addidit: Ne iterũ & iterũ veniẽs ſuggillet. i. ſtranguletme tædioſis clamorib. B
c *Vidua au.* Hæc vidua põt habere ſimilitudinem eccleſiæ, q̃ deſolata videtur donec veniat dominus, qui tamen in ſecreto etiam nunc curam eius gerit.
d *Vindica me.* Cum iuſti pro perſecutoribus orare moneantur, tamen de malis ſalua iuſticia hanc vindictam expetunt, ut pereant omnes mali vel cõuerſi ad iuſticiam, vel amiſſa p ſuppliciũ poteſtate, quã nunc cõtra bonos quã diu hoc ipſum bonis expedit, vel temporaliter aliquid poſſunt. Quem finẽ cum iuſti venire deſiderant, quamuis pro inimicis orent, tamen non abſurde vindictam deſiderare dicuntur.

*Veruntamen*

CAP XVIII.

(De iudice, qua ad orandum inuitabat.)
a Dicebat autem & parabolam ad illos: a
† quoniã oportet b
(a Ad declinanda prenumerata incommoda.)
† ſemper orare, & non † deficere, di-
b cens: Iudex quidã erat in quadam c
ciuitate, qui Deum non timebat, & d e
c hominem non reuerebatur. Vidua
autem quædam erat in ciuitate illa,
d & ueniebat ad eum dicẽs: Vindica f
me de aduerſario meo. Et nolebat g h
† per multum tempus. Poſt hæc au- i
tem dixit intra ſe: Et ſi Deum non ti- k
meo, nec hominem reuereor, tamẽ l
quia moleſta eſt mihi hæc uidua m
vindicabo illam, ne † in nouiſſimo
(a Suggillet a ſuggero, tractum a lamiis. i. ſtrangulo.)
ueniens † ſuggillet me. Ait autẽ dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uin- n

NIC. DE LYRA. CAP. XVIII.

Dicebat au. & pa. *Poſtquam Saluator oſtendit, quòd peccatores pœnitentes ſunt benigne recipiendi & caute nutriendi, hic conſequenter oſtendit quòd ſunt deuote inſtruendi. Et diuiditur in duas: quia primo deſcribitur Chriſti inſtructio. ſecundo, inſtructionis confirmatio, ibi: Factum eſt autem. Circa primum ſciendum, quòd deuotio potiſſime conſiſtit in oratione (quæ eſt aſcenſus mentis in Deum, ſecundum Damaſcenum) de qua Saluator inſtruit præſentes diſcipulos, qui iam erant ad Deum conuerſi. & per conſequens futuros ad Deum pœnitentiam conuertendos. Primo ergo Saluator oſtendit orationis efficaciam. Secundo, inducit diſcipulos ad martyrij tolerantiam, ibi: Aſſumpſit autem. & patet ordo: quia eleuatio mentis inducit ad contemptum vitæ præſentis. Prima in duas, in partem principalem, & incidentalem. Secunda ibi: Et interrogauit. Circa primum ſciendum, ꝙ ad efficaciam orationis duo maxime faciunt, uidelicet inſtantia & humilitas. Primo ergo docet orare inſtanter ſecundo humiliter, ibi, Dixit ãt & ad quoſdã. Primum oſtẽdit per ſimilitudinẽ viduæ quæ per importunitatẽ precũ obtinuit effectum. Dicit ergo:* Duo requiſita ad orationem.
a Dicebat au. & pa. *i. ſimilitudinem viduæ, quæ poſtea ſequitur:*
b Quo. o. ſem. o. *Li ſemper, non importat continuitatem temporis, quia oportet orationem interrumpi tempore dormitionis, & aliquarum aliarum neceſſitatum, ſed importat inſtãtiã orõnis t pib. & boris ad hoc congruis. Vnde dicit glo. Bedæ ſup iſtũ locum: Dicendum eſt eum ſemper orare & nunq̃ deficere, qui canonicis boris quotidie iuxta ritũ Eccleſiaſticæ traditionis pſalmodijs, precibuſq; conſuetis dominũ laudare & rogare nõ deſiſtit. Cõſequenter inducit ſimilitudinẽ, dicens:* D In Luc. euang. c. 18. lib. 5. c. 71. to. 5. Semp orans † defatigari
c Iu. q. *Non exprimitur eius nomen, quia non erat Deo cognitus per approbationem. vnde ſubditur.*
d Qui Deum non ti. *ſ. offendere.*
e Et hominem. *ſ. eos publice ſcandalizare. Et ſubditur deprecatio viduæ.*
f Vindi. me. *faciendo iuſticiam meam.*
g Et n. *ex ſua malicia, qua bene poterat, & ex officio facere tenebatur.*
h Per mul. tẽ. *Quia illa vidua frequenter ſuã petitionem repetebat. Ex quo patet iniuſtitię diuturnitas in iudice.*
i Poſt hæc au. di. intra ſe. *victus precum importunitate.* † in fine tãdem.
k Et ſi De. *i. ſi non pp Deũ, neq; pp hoĩes mouear ad faciendum iuſtitiam illi viduæ.*
l Tñ q. mo. eſt &c. uin. il. *faciẽdo ei iuſtitiã.*
m Ne in nou. veniens ſuggillet me. *i. ſuggerendo offendat ſua importunitate. Ex quo apparet motus ad faciendum iuſticiã non propter amorem iuſticiæ, ſed ad vitationẽ ſuæ moleſtiæ.*
n Deus aut. non faciet uindictam. *Id eſt ſi iudex iniquitatis propter precum inſtantiam fecit uindictam, Deus, qui neceſſario eſt iuſtiſſimus,*

non

MORALITER.

a *Dice. a. & pa.* ſ. de perſeuerantia in oratione, & de eius exauditione, exẽplo peruerſi iudicis uiduã importune petẽtẽ exaudiẽtis. Ex quo cõcluditur, ꝙ multo fortius Deus q eſt iuſtus, exaudiet preces ſc̃tõrũ ſuorũ ad ſe clamãtiũ. Aduertẽdũ tamen, ꝙ ſc̃ti uiuentes in terra non petunt à Deo de aduerſariis vindictam per gehennæ pœnam, ſed quòd deſinant eſſe mali. ſicut dicitur, Verte impios, et non erunt. ſ. mali, Vel ꝙ deſinant eſſe potentes iuſtos perſequi. Prou. 12.


*Dixit*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Verum.* Dico me facturum vindictam iuſtorum, ſed illi erũt
E valde pauci, quia cum in die iudicii in forma filii hominis ap paruero, tanta erit raritas iuſtorũ, vt non tam ob clamorem fidelium iniuſte damnatorum, quam ob eorum torporem iuſte damnandorum, totius iam mundi ſit acceleranda ruina.

b *Putas.* In uerbo increpatur dubitationis infidelitas, nõ opinatͣ diuinitas. Scit n. oĩa ꝑ quẽ ſunt omnia; ſed dubitando increpat infidelium corda.

c *Duo ho.* Quia parabola qua ad orãdũ inuitauit, ita cõcluſit, ut diceret, veniẽte Iudice, difficile fidem in terra reperiendam, ne qs ſibi de ſuperuacua fidei cognitione, vel ẽt cõfeſſione blandiret, in hac parabola, diligentius oñdit a Deo non fidei verba, ſed opera examinanda, inter q̃ maxime regnat humilitas, q̃ qa non habent ſuperbi, de ſua iuſticia præſumentes, & infirmos deſpicientes, quaſi vacui fide, cum orant, non exaudiuntur. († q eſſent)

*Superbiæ ſpecies quatuor.* d *Deus g.* Quatuor ſunt ſpẽs tumoris: Cum uel quis bonũ qđ hẽt, a ſe hẽre æſtimat: Aut ſi datũ a Deo credit, pro meritis datũ putat: Aut cũ iactat ſe habere qđ nõ hẽt: Aut cũ deſpectis cęteris ſingulariter videtͣ habere q̃ habet. Hac Phariſæus peſte laborabat, q iõ non iuſtificatus deſcendit, quia merita bonorum operum ſibi ſingulariter tribuens, publicano ſe prætulit.

e *Ieiuno bis.* Ecce Phariſæus ad exhibendam abſtinentiam, ad impetrandam miãm, ad referendas deo gratias oculũ habet, ad humilitatis cuſtodiã non hẽt. Et quid prodeſt ſi tota ciuitas cuſtodiatur, & vnum foramen, per quod hoſtes intrent, relinquatur? († etiam ut)

F f *Et pu.* Sicut humilis, nõ audet appropinquare, vt ad eum Deus appropinquet. Nõ aſpicit vt aſpiciatur. Premit conſcientiam, ſed ſpem ſubleuat. Percutit pectus, pęnas de ſe exigit, ut Deꝰ parcat: confitetur vt Deus ignoſcat, ignoſcit, Deus quod ille agnoſcit.

g *Deus pro.* Publicanus humiliter orãs ad illos ptinet de quibus dr̃: Deus nõ faciet vindictam electorum ad ſe clamãtiũ. Phariſæus merita iactãs, ad illos de qb. ſubditur: Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

h *Quia.* poſita Phariſæi & publicani controuerſia, ponitur iudicis ſñia, vt caueatur ſuperbia. *Typice.* Phariſęus, populũ Iudæorũ deſignat, q ex iuſtificationib. legis extollit merita ſua, & ſuperbiendo recepit: Humiliatus Publicanus Gẽtilem, qui lõge a Deo poſitus peccata confitetur & lamentando appropinquat Deo & exaltatur. († Quos)

dictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, † & patiẽtiã habebit in illis? Dico autem uobis, quia cito faciet vindictam illorũ. Verumtamen filius hominis veni-

¶ De perfecta fide dicit.

ens putas inueniet fidẽ in terra: Dixit autem & ad quoſdam qui in ſe

¶ Cum tamen parua bona facerent.

confidebãt † tanquã iuſti, et aſpernabantur cęteros, parabolam iſtam di-

¶ Vterq; fidelis, ſed unus uerbotenus, alius & facto.

cens. Duo homines aſcenderunt in templum, vt orarent, vnus Phariſæus, & alter Publicanus. Phariſæus

¶ Si reprehenditur qui ſuperbe gratias agit, quid ergo ille qui impugnat gratiam.

ſtans hæc apud ſe orabat: Deus grãtias ago tibi: quia non ſum ſicut cæ-

¶ Quid eſt cæteri homines, niſi omnes præter ipſum? Q. d. ſolus ſum iuſtus.

teri homines, raptores, iniuſti, adul-

¶ Ecce ex vicino publicano, maior tumoris occaſio: Qui aſcendit orare, non Deum rogat, ſed ſe laudat, inſuper & roganti inſultat.

teri: † velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Et Publicanus à longe ſtans nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicẽs: Deus propitius eſto mihi peccatori. † Amen di-

¶ Ad comparationem illius.

co vobis, deſcẽdit hic iuſtificatus in

¶ Hus quam ille. ¶ Quare.

domũ ſuam ab illo: † Quia omnis

¶ Ante ruinam exaltabitur cor, & ante gloriam humiliabitur.

q̃ ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. Afferebant autem ad illũ & infantes, vt eos tangeret. † Quod cũ viderẽt diſcipuli, increpabãt illos. Ieſus aũt † conuocans

¶ Reſpuenda eſt ueſtræ ſeruitutis officioſa ſedulitas, ubi diuinitatis eſt iniuria.

illos, dixit: Sinite † pueros venire ad me, & nolite vetare eos: Talium eſt

G *quaſi contra illud quod dicitur: Orate pro perſequentibus & calumniantibus uos. Ad quod dicendum, quòd ad bonos pertinet, bona ſpiritualia & æterna, quæ ſunt ſimpliciter bona, optare ſuis perſequutoribus: & hoc modo pro eis orare. Sed quia pœnæ temporales ſunt quædam medicinæ: quia ualent ad emendationem vitæ, & declarationem diuinæ iuſticiæ, ideo ad ſanctos bene pertinet petere à Deo hoc modo vindictam de ſuis perſecutoribus, non ex motu iræ, ſed ex zelo iuſticię.* (Matt. 5.)

b D. co au. uo. *Licet enim aliquando tardare videatur ſecundum humanum iudicium, tamen ſecundum veritatem non tardat, qa omnia operatur ſecundum diſpoſitionem ſuæ ſapientiæ infinitæ.*

c Veruntamen filius hominis ue. *ſcilicet ad faciendum uindictam.*

d Putas inueniet fi. in ter. *quaſi dicat parum inueniet reſpectiue: loquendo de fide formata charitate.*

e Dixit autem. *Hic conſequenter oſtendit, quòd eſt humiliter orandum oſtendens, quòd humilitas eſt Deo grata. Et primo oſtendit hoc verbo: ſecundo, facto, ibi: Afferebant autem. Primum facit per parabolam publicani & Phariſæi, dicens:*

f Duo homines aſcende. in tem. *quia ad literam erat in alto ſitum. ſ. in monte moria, ut habetur. ij. Para. iij. a.*

g Vnus Phari. *apparens iuſtus.*

h Alter Pub. *i. publicis negocijs intentus, quæ de cõi curſu implicant ad peccatum.*

i Phari. ſtans. *Ecce iactantia: quia ſtabat ut ab alijs videretur orare: & irreuerẽtia, cum in orando deberet ſe proſternere.*

k Deus gra. ag. &c. rapto. *Iſte non proprie orauit, ſed magis ſe iactauit de iuſticia alios condemnando, & orãtem iuxta ſe Publicanum deſpiciendo.*

l Ieiuno bis in Sabb. *i. in hebdomada: quæ ſic denominatur a die digniori.*

m Decimas do. *Phariſæi enim decimas minimorum, vt Rutha & Menthæ & Cymini (ad quas non tenebantur, vt dicunt aliqui) dabant: vt cæteris iuſtiores apparerent, ut dictum eſt ſupra.*

H n Et publicanus a longe ſtans. *Ecce Dei timor, quaſi nõ eſſet dignus appropinquare.*

o Nolebat nec ocu. ad cæl. *Ecce pudor, quaſi pro peccatis præteritis non audens cælum reſpicere.*

p Sed p. pe. ſuum. *Ecce dolor de peccatis commiſſis.*

q Deus pro. eſto mi. p. *Ecce vera & pura confeſſio. Et iſta faciunt ad peccatorum remiſſionem. ideo ſequitur:*

r Amen. *ideſt fideliter.* Dico uobis.

ſ Deſcendit hic. *de domo Dei quæ erat in monte, vt ſupra dictum eſt.*

t Iuſtifica. ab il. *ideſt præ illo remanente in fæcibus ſuis. Cuius cauſa ſubditur cum dicitur:*

u Quia om. qui ſe exaltat. *per ſuperbiam.*

i *Afferebant autem.* Poſt dictam controuerſiam, poſt datã ſententiam humili magiſtro offeruntur infantes, vt oſtendatur ꝙ innocens & ſimplex ætas ad gratiam pertineat. Increpant apoſtoli, non ꝙ nollent infantes manu & voce Saluatoris benedici, ſed quia nondum perfecti in fide, putabant eum in ſimilitudinem hominum laſſari importunitate offerentium.

k *Increpabant illos. Ie. au.* Hoc fortaſſe ideo, quia prius populũ Iudæorum ex quo ſecundum carnem erant, ſaluari volebãt: ſed & pro Chananæa mulięre ſupplicauerunt. Sciebant ergo myſterium, quod vtriuſque populi vocatio deberetur, ſed fortaſſe adhuc neſciebant ordinem.

l *Sinite pue.* Nemo prohibeat lãguidos venire ad medicũ: Iſti in ramo nihil adhuc commiſerunt, ſed in radice perierunt. Qui pro ſe agere non poſſunt, cauſam ſuam maiorib. commiſerũt. Tangat medicus, & benedicat puſillis cum maioribus.

m *Ta. eſt. n.* Non ait iſtorũ, ſed q hẽnt ex ſtudio innocentiã et ſimplici- (Pſal. 130.)

x Humiliabitur. *per pęnam.*

y Et qui ſe humi. *per veram peccatorum confeſſionem.*

z Exaltabitur. *in gloria, per remunerationem. Sicut enim in ſtathera materiali vna parte depreſſa, altera eleuatur, & econuerſo, ſic in ſtathera diuinæ iuſticiæ decretum eſt, vt qui eleuantur per ſuperbiam in præſenti uita, deprimantur per pœnam confuſibilem in futura: Et econuerſo, qui ſe humiliant in præſenti, propter Deum, in futuro ad gloriam eleuabuntur.*

a Afferebant autem. *Hic conſequenter facto oſtenditur, quòd humi-* ¶ *litas eſt*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *non faciet vindictam electorum ſuorum exiſtentium in preſſura & tribulatione.*

a Clamantium die ac no. *i. orantium inſtanter pro ſua liberatione & declaratione diuinæ iuſticiæ. q. d. multo plus exaudiet talium precum inſtantiam. Sed illud quod dicitur hic de oratione electorum, uidetur eſſe* quaſi

## MORALITER.

✠ e *Dixit au.* Myſti. Per Phariſæũ Iudaicus populus ſignificatur, q ex beneficio legis & prophetarum ſuſcepto de ſua ſãctitate pręſumens Gentiles aſpernabatur. Per publicanũ vero populus Gentilis, qui pctã ſua ꝑdicãtib. apoſtolis humiliter cõfitebatur. pp qđ iuſtificatus eſt per fidei Chriſti receptionem, & Iudaicus eſt damnatus per ſuã obſtinationem. Moraliter aũt, per Phariſæũ ſignificatur iuſtus, inſtinctu diaboli ſuperbiens: & per publicanum peccator, reſpectu ſpiritusſancti humiliter ſe emendans. (*Myſtic.*)

a *Afferebant autem ad illum infantes.* Sequitur:

b *Talium enim eſt regnum cælorum.* Beda. Signanter dixit, talium, & non illorum, ut oſtenderet non ætatem regnare

✠ ſed mores



ſimplicitatem, quam iſti habent per naturam, quia non ætas
A regnat ſed mores. Non enim eſt virtus, nõ poſſe peccare, ſed nolle. Sicut puer nõ perſeuerat in ira, læſus non meminit, nõ concupiſcit mulierem, non cogitat vel loquitur malum: ſic uos niſi talem innocentiam & animi puritatem habueritis, non intrabitis in regnum cælorum.

a *Regnum Dei ſi pu.* i. doctrinam euangelii ſicut puer iubemur accipe. Puer in diſcendo nõ contradicit doctorib. Non rationes & verba componit ad reſiſtendum, ſed fideliter ſuſcipit, obtemperat & quieſcit.

b *Et inter. eum.* Be. Audierat hic princeps, ſimiles puerorum dignos eſſe regno, vultq; certius inſtrui, non per parabolas ſed aperte exponi quibus meritis uitam poſſit conſequi. Be. Nõ putandus eſt iſte (ut quidã aiũt) vel Deũ tentaſſe, vel de ſua vita mentitus eſſe, ſed ſimpliciter (vt dixit) confeſſus eſt. Alioquin (vt Marcus ait) non intuitus arcana cordis eius diligere eum diceret Ieſus. Diligit. n. eos qui mãdata legis cuſtodiunt. Sed quod ibi minus eſt, his, qui perfecti eſſe volunt adiungit: Omnia vende & da pauperibus. (*ubi ſup.* / *Ibidem* / † *unus Marc. 10. c*)

c *Magiſter bo.* Quia bonũ magiſtrũ dixit, & nõ Deũ vel Dei filiũ confeſſus eſt, dicit quis ſanctũ hominẽ, cõparatione Dei bonũ nõ eſſe. Xp̃s aũt non renuit teſtimoniũ bonitatis, ſed magiſtri abſque Deo excludit bonitatem.

d *Dixit au.* Ambro. Verſuta interrogatio, & iõ arguta reſponſio. Tentator. n. bonum magiſtrum dicit, q Deum bonũ dicere debuiſſet. Quid me dicis bonũ, quẽ negas Deũ? Quid bonũ dicis, cum nemo bonus niſi ſolus deus? Non ergo bonũ ſe negat, ſed Deũ ſignat. Quid me bonũ dicis, cũ bonũ, ſẽtire non poſſis qui tẽtas? Bonus ergo, (*In Luc. li. 8 c. 18. tit. 3. nu. 5. Ibidem. Pſal. 72.*)
B ſed rectis corde. Deniq; gloriãti in lege ꝙ omnia cuſtodiſſet: vt inanẽ eius iactantiam exponeret, oſtendit ei adhuc deeſſe qđ eſt legis Et iõ ad miſericordiæ pręceptum triſtis inducitur, & in eum quædã naturalis datur forma ſententię. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare regnum cælorum. Non debet ſe diuitem iactare in diuitiis ſuis, cum his verbis definiatur, contra naturam eſſe diues miſericors. († Mat. 19. c Marc. 10. c)

e *Manda. no.* Hæc eſt puerilis innocentiæ caſtitas, quæ nobis imitanda ꝓponitur, ſi regnũ Dei ingredi volumus. Et nota quod iuſticia legis ſuo tempore cuſtodita, nõ ſolum bonum terræ, ſed & vitam confert æternam.

f *Diues e.* Nullus diues. i. cõfidẽs in diuitiis ſuis intrabit, ut Ieſus ſecundum Matthæũ exponit. Non ergo diuites manẽtes, ſed q eſſe deſierũt intrabũt. (*Mat. 19. † Mat. 19. d Marc. 10. d † 12. q. 1. c. 1.*)

g *Faci. eſt.* Myſtice. Facilius eſt Xp̃m pati pro dilectorib. ſeculi, q̃ dilectores ſeculi ad Xp̃m cõuerti. Camelus dicitͣ Chriſtus quia ſponte humiliatus, infirmitatis nr̃æ onera ſuſtulit. Acus pũctio, per q̃ anguſtias paſſionis ſignat, qua paſſione velut acu, naturæ noſtræ quaſi ſciſſa veſtimẽta reſarcire dignatus eſt. i. reparare poſt lapſum. Aliter. Facilius eſt Gentilem populũ Gibbo pctõrũ deformẽ per anguſtam uitæ uiã ingredi, q̃ Iudæũ de meritis gloriãtẽ, & ad ſubeundũ leue onus Chriſti ſe humiliare nolentẽ. Vel ita: Facilius eſt Gẽtilẽ pplm ſupſtitionis deformitate degenerãtẽ, turpia onera ferẽtẽ, intrare ꝑ anguſtã viã (q̃ via Xp̃s eſt qa ꝓprii corporis paſſione mortis penetrans viã, velut acu reintegrauit ſciſſa veſtimenta noſtrę naturæ) quã populũ Iudæorũ, qui diues eſt in lege, egenus in fide. (*Myſtice* / *† Mat. 20. c Marc. 10. c* / *Ambro. ubi ſup.*)

Quis

enim regnum Dei. Amen dico uobis: quicunq; nõ acceperit regnum Dei ſicut puer, non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam

¶ Hic diues & ſuperbus, non uoto diſcentis, ſed tentantis interrogat.

princeps, dicens: † Magiſter bone, quid faciens uitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi

¶ Sicut in mandatis continetur.

† ſolus deus, Mandata noſti. † Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falſum teſtimoniũ dices, honora patrem tuum & matrem. Qui ait: Hęc omnia cuſtodiui a iuuentute mea. Quo audito Ieſus

¶ Ad perfectionem. ¶ Non partem.

ait ei: Adhuc unum tibi deeſt. † Omnia quæcunque habes, vende & † da

¶ Sic dando.

pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni ſequere me. His ille

¶ Hæc eſt triſtitia quæ mortem operatur. hæ ſunt ſpinæ & tribuli, quæ ſemen Dei ſuffocauerunt. ¶ Poſſidens cum amore.

auditis contriſtatus eſt, quia diues

¶ Qui multiplicandis diuitiis incumbunt, alterius uitæ gaudia contemnunt.

erat ualde. Vidẽns autẽ Ieſus illum triſtem factũ, dixit: Quàm difficile

¶ Cum amore poſſident, & in eis confidunt. Nec impoſſibile, ſed difficile dixit, quia difficulter diuitiæ contemnuntur. De omnibus ergo tutius eſt, nec habere, nec amare diuitias.

qui pecunias habẽnt, in regnũ Dei

¶ Ingentibus membris enormem.

intrabunt. † Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quã diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis põt

¶ Vt per ſe a ſuis cupiditatibus conuertantur.

ſaluus fieri? Ait illis: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibi-

¶ Deus ab amore ad charitatem æternorum conuertit, non quod cupidi & ſuperbi intrent.

lia ſunt apud Deum: Ait autem Pe-

¶ Etiam voluntatem habendi.

trus: Ecce nos dimiſimus omnia: &

¶ Quod perfectius eſt.

ſecuti ſumus te. † Qui dixit eis: Amẽ

¶ Non tantum de uobis apoſtolis, ſed & de quibuſcunque fidelibus.

dico uobis: † nemo eſt qui relinquit

¶ Omnes affectus carnis meæ charitati poſtpoſuerit.

domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorẽ, aut filios propter regnũ Dei: & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo futuro uitam æternam. † Aſſumpſit autẽ Ieſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, et

h *Quis poteſt.* Intelligunt in numero diuitum deputandos omnes qui amant diuitias, & ſi non habent, aliter enim cum ſit turba maior pauperum, non dicerent: Quis poteſt ſaluus fieri? C

i *Nemo.* Qui carnalia pro domino dimiſerit, ſpũalia accipiet. Marcus ait: Centies tm̃ nunc in tempore hoc cum perſequutionib. fratres & ſorores: & in futuro vitã æternã. i. in hac vita perſequutionib. plena gaudium regni deguſtant, & omnium electorum ſyncera dilectione fruũtur. (*Marc. 10. d*)

k *Recipiat multo plu. in.* Qui pro domino oẽs diuitias dimiſerit, & carnis affectus contempſerit, multo plura recipiet in pñti, & a fratribus & ſororibus propoſiti ſui glutino ſpirituali colligatis, multo gratioſiorem in hac vita recipiet charitatem. Copula. n. qua filii & patres & ꝯiuges & cætera hmõi cõnectunͣ, fragilis & breuis eſt. Sed illi ſoli ꝑpetuæ cõiũctionis retinẽt unitatem, oĩa q̃ fratrũ ſunt, tanq̃ ſua credentes. Quia multitudinis credentiũ erat cor unum &c. nec quiſquã eorũ quę poſ. ſuum eſſe di. & q̃ aliquis vxorem in laſciuia poſſidebat, eandem in odore ſanctificationis poſſidet. († Mat. 19. c Marc. 10. c / † Exo. 20. b Matt. 19. c Marc. 10. c Act. 4. f)

l *Aſſum. au. Ie. duo.* Pręuidens ex paſſione ſua diſcipulos perturbandos, pręidicit & paſſionis pęnã, & reſurrectionis gloriam, vt cum morientem cernerent reſurrecturum non dubitarẽt. († 14. q. 1. c. 1. / † diſtribue)

m *Et cõ.* In hoc oñdit qdqd prophetę prædixerunt, ad ſuę diſpenſationis myſteriũ intẽdiſſe. In quo ꝑcutit hęreticos, q dñt Xp̃m legi & ꝓphetis ꝯtrarium prædicaſſe, & aliũ ueteris, alium noui

## NIC. DE LYRA.

¶ *litas eſt Deo grata & accepta: ꝑ hoc q pueros Chriſtus amicabiliter recepit. & patet ſententia ex dictis Matthæi. xix.* D

a Et in. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponuntur duo incidentia. Secũdum ponitur ibi: Ait autem Petrus. Circa primum ſciendum, quod quia Ieſus immediate dixerat de pueris: Talium eſt regnum cælorum: Et in hoc parabolice loquebatur, per puericiam intelligens humilitatem & innocentiam: Ideo quidam legiſperitus, qui uocatur hic princeps, eo quod erat diues, ut patet ex ſequentibus, petijt ab eo quid faciendo haberet regnum cælorũ. q. d. dicas mihi plane & aperte abſq; parabola, quid debeo facere ad conſequendum regnum cæleſte. & hoc modo Chriſtus ei reſpondit, & patet ſententia ex dictis Mat. xix. uſque ibi:*

c Quæ im. ſunt. *Quia ad regnum cælorum non poſſunt homines pertingere propria uirtute, ſed per auxilium diuinę gratiæ.*

d Ait au. Petrus. *Hic ponitur ſecundum incidens. quia Petrus à Chriſto immediate audierat: Quam difficile qui pecunias habent, regnum Dei intrabunt: ideo quæſiuit à Chriſto, quæ eſſet ſui & aliorũ remuneratio. quia oĩa terrena reliquerant ꝑꝑ Chriſtum. & patet Chriſti reſponſio ex dictis Matt. xix.*

e Aſſum. Ie. *Poſtquam Saluator oſtendit orationis efficaciam, hic conſequenter inducit diſcipulos ſuos ad martyrij tolerantiam exemplo ſui. Et patet ſententia ex dictis Mat. xx. exceptis quæ ſequuntur.* († Mat. 20. c Marc. 10. c)

f Conſumma. omnia. *Quia prophetæ ſcripſerunt de paſſione Chriſti futura, ut patet Iſa. liij. & Dani. ix. & in multis alijs locis.*

¶ Et ipſi

## MORALITER.

✠ ſed mores, & his, qui ſimilem haberent innocentiam & ſimplicitatem, præmia repromitti.

b *Magi. bo. quid fa. ui. æt. poſ.* Exponatur vt ſupra Matth. xix. & Marc. x.

c *Aſſumpſit autem Ieſus duodecim.* Sequitur.

✠ *Et ipſi*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

noui eſſe deum Teſtamenti. Confutat etiam paganorum dementiam, qui eius crucem derident, cum proximę ſuæ paſſionis & tempus quaſi futurorum præſcius oſtendit, & locum quaſi mortem non timens adiit.

*Quare Iudæi, & non diſcipuli intellexerunt ſermonẽ paſſionis Chriſti.*

*a Et ipſi ni.* Diſcipuli ſermonẽ dñicę paſſiõis toties replicatũ iõ intelligere non ualent, qa quẽ maxime uidere deſiderant, eius mortem audire nõ poſſunt: Et quẽ non ſolum hominem innocẽtem, ſed ẽt uerum deum eſſe ſciunt, mori poſſe non putant: Et quoties aliquid de ſua paſſione dicit, hoc allegoricum dictum putant, ſicut in aliis per parabolas loquẽtem audire conſueuerant. Iudæi qui eius mortẽ parabãt, qdqd de ſua paſſione loqueretur, intelligebant. Hoc .n. loquebaẽ, qđ ipſi pficere optabant.

*b Cæcus qui.* Cæcus ſignificat humanum genus, quod a ſuperna claritate excluſum damnationis ſuæ patiẽ tenebras, ſed a dño appropinquãte Iericho curaẽ. Iericho luna interpretaẽ, p q̃ defectus mortalitatis intelligitur. Dũ ergo verbũ Dei infirmitatem nřę carnis ſuſcipit, homo ad cognoſcẽda diuina redit. Cæcus ſedet iuxta uiã, dũ icipit credere in ipsũ q dt: Ego sũ uia. Mendicat, dũ rogat. unde ſeqẽ: *Et cla.*

Ioan. 14.a

*c Et qui præ.* Qui Ieſum pẽũt ueniẽtẽ, ſignant cęcũ carnaliũ uitiorũ, q̃ diſſipãt cogitationẽ hoĩs, & pturbãt uocẽ oronis, ne Ieſus ad illuminãdũ uenire poſſit cor hoĩs: ſed iam credẽs ſentiẽs ſe grauari phantaſmate priorum uitiorum, & uocem orationis ſuæ impediri, ne pro ſe exorari poſſit, ardentius clamat.

*d Sta. n. au.* Trãſiens cęcũ audit: ſtãs, illuminat, quia per humanitatem ſuã noſtræ cæcitatis vocibus compatitur, ſed per potentiam diuinitatis lumen nobis gratiæ infundit.

F

*e Addu. ad ſe.* Qui pteruntem aliquatenus ſentiebat, dum in oratione patitur phantaſmatum turbas, uehementius inſiſtens orationi ducitur ad ſtantem, & recipit lumẽ, quia Deus in corde firmo figitur, & ſic lux amiſſa reparatur. G

*f Quid ti. uis.* Non ex ignorantia quęrit, ſed ideo ut rogetur, ut mentem ad orationem excitet. Quod intelligens cæcus ſubiungit: *Do. ut ui.* Non petit cæcus aurum vel aliquid temporale, ſed tantũ lumen. Imitemur ergo eum, quem mente & corpore audiuimus ſanatum, petamus a domino lucem æternæ viſionis, & dicet nobis: *Reſpi. fi. tua ſal. te fe.*

*g Et confe. ui.* Videt & ſequiẽ, qui bonum, quod intelligit, operatur, & Ieſum præſentem uel ptereuntẽ imitatur. Et hic talis nõ ſolũ pro impetrato in Deum proficit, ſed etiam alios ad laudẽ Dei accẽdit. unde ſequitur:

*h Et o. pl. ut u. d. l. Deo.* Laudat plebs Deum nõ ſolum pro impetrato munere lucis, ſed & pro merito fidei impetrãtis, quia nõ ſolũ laudat q potenter & miſericorditer illuminat, ſed qa clamorẽ fidei firmiter clamãtis exaudit.

† flagellabitur, & conſpuetur. Et poſtquam flagellauerint, occident
a eum, & die tertia reſurget. Et ipſi ni- a
hil horum intellexerunt. Erat autem verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Factum eſt autem cum appro- b
b pinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat ſecus uiam mendicãs. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. †Dixerunt autem ei, quòd Ieſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit, dicens: † Ieſu fi-
¶ Homo pro hominibus factus, miſerere hominis.
c li Dauid, miſerere mei. Et qui præibant increpabant eum, ut taceret. Ipſe uero multo magis clamabat,
d Fili Dauid miſerere mei. Stans au-
e tem Ieſus iuſſit illũ adduci ad ſe. Et
a ¶ Interrogat, vt credamus non niſi confitentem poſſe ſanari.
cum appropinquaſſet, interrogauit
f illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine, vt videam. Et Ieſus dixit illi. Reſpice, fides tua te
g ſaluum fecit. Et confeſtim uidit, &
h ſequebatur illũ † magnificãs Deũ. Et oĩs plebs, ut uidit, dedit laudẽ Deo.

†Reſpicerunt · †Mat. 20.d · Marc. 10.g · De pę. di. 1. c. voluiſſent. §. cæcus quoq; · † glorificãs

## NIC. DE LYRA.

a Et ipſi ni. ho. in. *Tum quia adhuc erant rudes & imperfecti. Tum quia Chriſtus frequenter eis parabolice loquebatur, & ideo neſcierunt ſi tunc parabolice loqueretur.*

b Factum eſt. *Poſtquam poſita eſt Chriſti inſtructio de efficacia orationis, & de tolerantia paſſionis, hic conſequenter deſcribitur dictæ doctrinę confirmatio per opus miraculoſum, ſecũdum quòd ſcribitur Mar. vl. Sermonem confirmante ſequentibus ſignis: Et patet ſententia ex dictis Matth. xx. & Mar. x. Hoc excepto: Factum eſt autem cũ appropinquaret Ieſus Ie-richo, ideſt prope Iericho adhuc exiſteret. quia ſcđm veritatem non accedebat ad Iericho, ſed inde recedebat, ut patet Matth. xx. & Mar. x.*

## MORALITER.

✱ *a Et ipſi nihil horum intellexerunt.* Per hoc ſignificatur, q homines carnales aſpera nolunt audire, ſed ad delectabilia ſunt intenti. H

*b Factum eſt au. cũ approp.* Exponatur ut ſupra Matt. xx. & Mar. x.

## GLOS. ORD. CAP. XIX.

Sup. 13.e

ET *ingreſſus.* Ecce camelus depoſita ſarcina Gibbi p foramen acus tranſit, dum contempto cenſu fraudium, anguſtam portam, q̃ ducit ad uitam, aſcendit. Et quia deuotione fidei ad uidẽdũ ſaluatorẽ, quod natura minus habebat, aſcenſu arboris ſupplet, iuſte quod rogare nõ audebat, dominicę ſuſceptionis benedictionẽ accipit q̃ deſiderabat. Myſtice. Zachęus q interpretaẽ iuſtificatus, ſignat credẽtes ex gẽtib. q p occupationẽ tpaliũ depſſi erãt, & minimi, ſed a dño ſctificati. Qui intrãtẽ Ierico ſaluatorẽ uidere volũt, dũ fidei q̃ i mũdo attulit, pticipare q̃rũt. Sed turba .i. vitiorũ cõſuetudo, q̃ cæcũ clamãtẽ increpabat, ẽt hũc ſuſpiciẽtẽ tardat. Sed ſicut amplius clamando cæcus turbã vicit, ita puſillus terrena relinquẽdo, arborẽ crucis aſcendendo, turbã obſtantẽ trãſcẽdit, clamãs cũ aplo: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce, &c.

Myſtice

Gal. 6.c

*b Et ip. di.* Quis de ſe deſperet, cũ venit iſte ad Deum, cui cẽſus ex fraude? Per hunc apparet, quia non omnis diues auarus.

*c Præ turba.* Quæ turba, niſi imperitæ confuſio multitudinis, q̃ verticẽ ſapiẽtiæ uidere nequit? Zachęus ergo non in turba, ſed plebem tranſgreſſus, Meſſiam quem deſiderat, aſpicit.

*d Sycomo.* Sycomorus arbor eſt, moro foliis ſimilis, ſed altitudine pſtans, & interpretatur ficus fatua .i. Crux. Quę credẽtes ut ficus paſcit, ab infidelib. irrideẽ vt fatua. Quã puſillus aſcẽdit, dum quilibet humilis & propriæ infirmitatis conſcius, in uirtute crucis gloriaẽ & p hãc laudabilẽ fatuitatẽ tranſeuntẽ prope dominum cernit, quia ſi nondum ita ſolide vt eſt iam, tamẽ raptim, & quaſi in tranſitu luci ſapiẽtiæ cęleſtis intẽdit.

Quia

## CAP. XIX.

a ET ingreſſus perãbulaba- a
bat Iericho. Et ecce vir b
nõie Zacheus, & hic c
princeps erat publica- d
b norũ, & ipſe diues. Et quærebat vide- e
c re Ieſum, quis eſſet, & nõ poterat præ f
¶ Non malicia ſed fide.
turba, qa ſtatura puſillꝰ erat. Et pcur
d rens aſcẽdit in arborem † ſycomorũ

† ſycomoream, ſiũ Aegyptiã

## NIC. DE LYRA CAP. XIX.

ET in. per. *Poſtquam deſcripta eſt conuerſio peccatorum in generali, hic conſequenter deſcribitur in particulari ſ. in conuerſione Zachei. Et diuiditur in duas: quia primo deſcribitur conuerſio Zacchei. ſecundo, remotio dubij, ibi: Hoc illis audientis. Circa primum dicitur:*

Diuiſio

a Et ingreſſus Ie. peram. Iericho. *Secundum ea quæ dicta ſunt in fine præcedentis ca. iſta hiſtoria Zachei non ſequitur immediate poſt illuminationem cæci, quæ facta fuit in egreſſu Ieſu a Iericho: ſed poſt egreſſum eius ab Iericho, & progreſſum per alia loca, regreſſus fuit ibidem. ſicut & in multis alijs locis in euangelio dicitur pluries ueniſſe ad eundem locum. & in iſto regreſſu accidit hiſtoria iſtius Zachei, cum dicitur:*

b Et ecce uir no. Za. *Exprimitur hic nomen eius, quia dignus erat nominari, propter conuerſionis facilitatem, & propter conuerſi perfectionem.*

c Prin. erat pu. *i. primus inter illos, qui uocabant publicis actibus. ſ. exactionibus & uectigalibus leuandis & deferendis, quæ communiter ad peccatum implicant, ex quo in eius uocatione apparet maior Dei miſericordia.*

d Et ip. di. *qa auarus fuerat in acquirẽdo, ſed poſt cõuerſionẽ nõ fuit auarus in retinẽdo, quia paratus fuit reddere quadruplũ defraudatis ab eo.*

e Et quærebat ui. Ie. *ex deuotione.*

f Et non poterat præ turba, quia ſtatura puſil. *Ex quo patet deuotio popularium ad Chriſtum. Sequitur.*

¶ Suſpiciens

## MORALITER.

✱ *a Et ingr. Ie. perambula. Ie. & ecce uir no. Za.* Per diuitem iſtum quærentem videre Ieſum, ſed impeditum per turbam, & ſtaturæ ſuę paruitatẽ, ſignificatur qlibet diues, q de ſalute ſua ſollicitatur, ſed p turbationẽ phãtaſmatũ circa negocia tpalia, & imperfectionẽ propriã impeditur, pp qđ aſcendere dẽt in arborem .i. ad Xpm per orationem, quæ ſecundum Damaſcenum eſt aſcenſus mẽtis in Deũ. & ſic Ieſum uidere meretur, & partẽ bonorũ ſuorũ paupertib. dare, & ſi quem defraudauit, fideliter reſtituere. Per Phariſæos ✱ autem



*a Quia inde erat.* Iſido. Illa parte vbi Sycomorus, uel ubi crediturus: vt & myſterium ſeruaret, & gratiã ſeminaret. Sic .n. uenerat, vt p Iudæos tranſiret ad Gentes. Vidit itaq; Zachęum ſurſum. Iam .n. ſublimitate fidei inter fructus nouorum operum, velut in fœcunda altitudine operis eminebat.

A

*b Et cum ue.* Per pmiſſos præcones verbi ſui, in quibus erat Ieſus & loquebatur, venit ad populum nationum, qui paſſionis eius fide iã ſublimis, ẽt diuinitatẽ eius agnoſcere ardet. ſuſpiciẽs videt qa per fidem a terrenis eleuatũ eligit eligentem ſe, & amat amãtẽ ſe.

*c Deſcen.* Quod deſcendere de ſycomoro, & ſic in domo parare manſionem iubetur: hoc eſt q apl's ait: Et ſi cognouimus ſcđm carnẽ Xpm, ſed iã nõ nouimus. Si .n. mortuus eſt ex infirmitate, ſed iam viuit ex virtute Dei.

2. Cor. 5.d · 2. Cor. 13.a

*d Manere.* Manebat aliqñ Dñs in domo principis Phariſæorũ .i. Iudæorũ ſynagoga docebat. Sed qa ſabbato curantem, pctõres recipientẽ, cõtra auaros diſputãtẽ, & cętera digna Deo gerentẽ lingua venenata carpebãt: peroſus facinora eorũ diſceſſit dicẽs: Relinquẽ vobis do. ve. de. Hodie tñ in domo puſilli Zachei oportet illũ manere .i. nouę lucis gr̃a coruſcãte, in humili credentiũ nationũ corde quieſcere.

Sup. 13.g

*e Mur.* Manifeſtũ eſt Iudæos ſemp gẽtiũ odiſſe, vel nõ intellexiſſe ſalutem. Vnde & aduerſus Petrum dr̃: Quare introiſti ad gentes præputiũ habẽtes?

Act. 11.a

*f Stans a.* Aliis calumniãtib. hoĩẽ pctõrẽ, ipſe & Zacheus ſtans .i. in ea, quam cœperat, fidei veritate pſiſtẽs, nõ ſolũ ſe ex pctõre cõuerſum, ſed etiam inter innocentes probat cõuerſatum, cum ẽt ante cõuerſionẽ innocẽter vixerit. & qui ante conuerſionem dimidium, poſt cõuerſionẽ põt dare & totum.

B *g Si q. ali. de.* Primum eſt ſecundum legem reddere, deinde quod remanet pauperibus erogare. Hunc fructũ vitę, publicanus de ſycomoro p ſapiẽtẽ ſtulticiam legit qđ rapta reddit, ppinqua relinqt. viſibilia cõtẽnit, eius, quẽ nondum videt ſequi veſtigia concupiſcit.

*h Filius.* Nõ carne, ſed fide. qa ſicut Abrahã iuſſu Dei pr̃iam ob ſpẽ futurę hęreditatis deſeruit, ſic & iſte q theſaurũ in cęlis acquirit ſpe. *Eo quod & ipſe fi. ſit Abra.* Non ſolum qui iuſti perſeuerant, ſed etiam qui de iniuſticia conuertuntur, ad filios promiſſionis pertinent.

Gen. 12.a

*i Venit e. fi. ho. quæ.* Etiam murmurantibus ſua myſteria non dedignatur exponere, q pp penitentiam peccatorum ſuſcipiendam maxime pſe in terram venerit: vbi & ſe appellat filium hominis, vt inſinuet nobis diſpenſationem ſuæ pietatis.

*k Hæc il.* Suſcepta & commendata pœnitentia publicani diuitis, per parabolam docet ſibi magis pœnitentiam pctõrũ, q̃ iuſticiam placere ſuperborum, latiusq; in gentibus de ignorãtia legis humilib. q̃ in Iudæis de iuſticia legis ſuperbiẽtib. ſe eſſe regnaturũ. Et quia diſcipuli audita paſſione & reſurrectione Ieroſolymis implenda, exiſtimabant regnum Dei mox eſſe uenturum, hanc eorum ignorantiam illuminat, docens ſe primo regni ſui fidem toto orbe diſperſurum, & in fine ſeculi iudicem omnium, regemque venturum.

*l Nobilis ab.* Hi eſt nobilis, cui cæcus clamabat. Miſerere mei fili Dauid, & cui turbę clamabant: Oſanna filio Da. bene. qui uenit in nomine domini rex Iſrael, qui cõſtitutus eſt a patre rex, cui datæ ſunt gentes in hæreditatem.

Matt. 10.g · Ioan. 12.b

*m Longinquam.* Excæcatos Iudæos relinquens, tranſit ad illuminandas gentes, quæ longe (quia a finibus terrę) clamant ad dominum: uel quia longe a peccatoribus ſalus. Deus qui ubique præſens, longe ab his qui idola colunt, ſed & ipſi prope facti ſunt in ſanguine.

Pſal. 118.d

*n Vocatis au. de.* Vocat decem ſeruos, dũ eligit diſcipulos litera decalogi imbutos. Dat decem mnas, dum poſt reſurrectionem ſurgit, & aperit ſenſum, vt ſpiritualiter intelligant

a ut uideret eũ: quia † inde erat tranſi-
b turus. Et cum veniſſet ad locum, ſu- a
ſpiciens Ieſus uidit illum, & dixit ad
a ¶ Non inuitatus inuitat, quia & ſi nondum audierat uocem inuitantis, audierat affectum.
c eum: Zãchee feſtinãs deſcende, quia b
hodie in domo tua oportet me ma-
d nere. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. Et cum uiderent c
e omnes murmurabant, dicentes, d
quia ad hominem peccatorem † di-
f uertiſſet. Stans autem Zacheus, di- e
xit ad † Ieſum: Ecce dimidium bo- f g
norum meorum domine, do paupe
g ribus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic
h facta eſt, eò quòd & † ipſe filius ſit h
a ¶ Non veni vocare iuſtos ſed peccatores.
i Abrahæ. Vẽnit enim filius hominis
a ¶ Salus quæ olim Iudæorum domus implebat, hodie populo Gentium illuxit, eo quod & ipſe populus ſit Abrahæ filius.
quærere & ſaluum facere quod peri
k erat. Hęc illis audientibus adiiciens i
dixit parabolam, eò quòd eſſet pro- k
pe Ieruſalem, & quia exiſtimarent, quòd confeſtim regnum Dei mani- l
feſtaretur. Dixit ergo: † Homo m
l quidam nobilis abiit in regionem n
m longinquam accipere ſibi regnũ & o p
¶ Quando in fine ſeculi omnis Iſrael ſaluus erit.
n reuerti. Vocatis autem decem ſer- q

† illuc · † ingreſſus eſſet ad diuertendum · † ipſa filia · † Mat. 25 a · Mar. 13. d

tendi, *& in domo ſpirituali conſcientiæ per gratię infuſionem.* C

c Et cum uiderent omnes. *i. Phariſæi & alij malignantes.*

d Murmurabant. *Et hoc irrationabiliter: quia nullus rationabiliter poteſt murmurare, ſi medicus viſitet ægrotum ad ipſum ſanandum.*

e Stans au. Za. *ad obediendum domino promptus. unde ſubditur:*

f Ecce di, &c. do. *Nõ dicit dabo in futuro: quia erat paratus ſtatim dare. Ex hoc etiã patet q nõ oĩa bona ſua erãt male acqſita, quia de illis non poſſet elemoſinam facere.*

g Et ſi q. *Lex .n. in aliqb. pcepit reſtituere duplum, & in aliquibus quadruplum. & in aliquibus quintuplum, vt patet Exod. xxij. & iõ p hoc q hic exprimitur reſtitutio media, intelliguntur aliæ duæ extremæ. ſeqtur:*

h Eo q & ip. *Dicit hic glo. Bedæ. Filius ãt Abrahæ Zachæus dicitur, non quia de eius ſtirpe genitus, ſed quia eius fidem imitatus. vt ſicut ille terrã domumq; paternã deſeruit, ita iſte bona ſua partienda pauperibus reliquerat. Et ſic videtur dicere, q non fuit Iudæus natione, ſed Gentilis, quia oẽs Iudæi natione de ſtirpe Abrahæ deſcenderãt. Idẽ videtur dicere Amb. dicens: Zacheus exiguus meritis ſicut populus nationũ, &c. Aliquibus aũt alijs videtur contrarium. quia ſup. dicitur q murmurabant de Xpo intrante domũ Zachei eo q ad hoĩem pctõrem diuertiſſet. Apud Iudæos .n. lõge abominabilius fuit ingredi ad Gẽtiles, q̃ ad Iudęos pctõres, p p qđ Petrus ẽt poſt aſcẽſionẽ Xpi per reuelationẽ fuit pmonitus, vt abſq; tali abominatione ingrederetur domũ Cornelij vt habetur Act. x. Et iõ ſi Zacheus fuiſſet Gẽtilis, magis habuiſſent occaſionẽ murmurãdi, eo q ad hoĩem Gẽtilẽ diuertiſſet: Et videtur probabile, q hanc cãm ſuæ murmurationis expreſſiſſent ad colorãdũ murmurationẽ ſuã tãq̃ ronabilẽ. Itẽ ex hoc qđ Zacheus dixit: Si qd aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Illa .n. lex fuit data Iudæis & non Gentilibus, & nec ad eã tenebantur Gentiles in aliquo, ſed ſolum ad ſimplum, niſi forte in aliquo caſu ex circũſtãtia facti: & iõ illã legem ignorabat: propter qđ Zacheus qui illam ſciuit, & ſecũdũ eã facere voluit, videtur fuiſſe Iudæus ante vocationẽ ſuam. Nec valet ſi cõtra hoc arguatur, quòd hic dicitur princeps publicanorũ, qa & Matthæus publicanus fuit, q tamẽ Iudęus fuit natione. vnde & euãgeliũ ſuũ ſcripſit Hebraice ſecundum quòd dicit B. Hiero. in prologo ſuper Matt.*

In Luc. euãge. c. 19. l. 5. c. 77. t. 5. Zacchæus, ſi Gentilis, an Iudæus. · Sup. Luc. l. 8. c. 19. tr. 1. tom. 5. · D

i Hæc il. au. *Poſtquam deſcripta eſt uocatio Zachei, hic conſequenter ponitur remotio dubij, quod primo remouetur verbo: ſecundo, facto, ibi: Et his dictis præcedebat. Circa primum ſciendum, quòd Iudæi & etiam apoſtoli de regno Chriſti carnaliter ſentiebant ante eius aſcenſionem, credẽtes eum in regno Dauid temporaliter regnaturũ. vnde petierunt à Chriſto: Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Vnde & filij Zebedæi credentes eum ſic regnaturum, petierunt quòd vnus ad dexteram ſuam, & alius ad ſiniſtram ſederet. Et ideo quia appropinquabat Chriſtus verſus Ieruſalem credebant eum ſublimandum cito in regem in regia ciuitate. & hoc eſt quod dicitur:*

Tom. 5. · Act. 1. a · Matt. 20. c

k Eo quod eſſet &c. & quia teſti. *falſo tamen.*

l Quod c. re. Dei. *Et vocatur hic regnum Dei, regnum ipſius Dauid. Vnde & 1. Parali. xxix. Sedit Salomon ſuper ſolium domini in regem pro Dauid patre ſuo, &c. Et ideo ad hanc falſam æſtimationem remouendam proponit parabolam, ad oſtendendum, quòd in primo aduentu non venerat ad regnandum temporaliter, ſed magis ad patiendum. Et in ſecundo aduentu reuerteretur ad iudicandum ſicut rex excellentiſſimus, tunc regnum ſuum omnibus manifeſtaturus. ideo ſubditur:*

m Homo q. no. *i. Chriſtus hõ natus ſcđm carnẽ de ſemine Dauid regis.*

n Abiit in re. lon. *i. ad cælum empyreum per ſuam aſcenſionem.*

o Accipere ſibi regnum *ſuper ordines angelorum.*

p Et reuer. *ſcilicet in fine mundi ad iudicium: Tunc enim manifeſtabitur omnibus regnum ſuum.*

q Vocatis autem de ſer. ſu. *i. fidelibus vniuerſis, quorum vniuerſitas*

Rom. 1. a

¶ numero

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Suſpici. Ie. *i. approbans deuotionem illius.*

b Quia ho. in do. t. *In do. materiali propter refectionem Chriſti & ſuorum diſcipulorum, & ad oſtendendum benignitatem peccatori reuertendi,*

## MORALITER.

✱ autẽ murmurãtes ſignãẽ maledici bonorũ opera deprauãtes.

*m Homo qui. no.* Hic eſt Chriſtus ſecundum deitatem Dei patris, & ſecundum humanitatem Dauid regis filius.

*n Abijt in re. lon.* aſcendens in cælum empyreum.

*o Accipere ſibi regnum.* ſuper ordines angelorum.

*p Et reuerti.* ad generale iudicium & etiam ad particulare, quod eſt in cuiuslibet hominis morte.

*q Vocatis au. decem ſeruis.* i. Chriſtianis.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E ligant legis dicta. Mna.x.drachmas appendit; Et omnes ſcripturæ ſermo, quia vitæ cæleſtis perfectionem ſuggerit, quaſi centenarii numeri pondere fulget.

*a Nego.* Verba legis myſtica interpretatione diſcuſſa, populis offerte, & ab eis cōfeſſionē fidei, morūq; probitatē recipite.

*b Et fa.eſt.* Quotidie Chriſtus accepto regno a patre redit, quia peregrinātis in terra eccleſiæ, ſemper ſtatum cōſpicit: Huic ſeruo pecuniā negociaturo commodat, in altero modum cōſummati operis examinat. Hunc prudenter laborātem ampliori gratia donat, illum luxurioſa ſectātem, ēt quod dederat priuat. In iudicio uero multi qui ad docendū idonei uidebantur, ob negligentiam ſuam inter indoctos reputabuntur. Quidā ſimplicioris obſeruationis deuotionē inter apoſtolicos ſūma præmia percipient. Qui.n.recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. (Matt.10.d)

*c Venit au.* Primus ſeruus, ordo doctorum in circuncisione miſſus, qui unā mnam negociaturus accepit: quia unum Deum, unam fidem, unum baptiſma miſſus eſt prædicare. Sed decē acquirit dum populū ſub lege conſtitutum, docendo ſibimet aſſociat.

*d In modi.ſui.fid.* Modicū eſt, qdqd in pñti percipimus donorum ad comparationē futurorum. Ex parte enim cognoſcimus, et ex parte prophetamus. (1.Cor.13.c)

*e De.ciui.* Decem ciuitates ſunt aīæ, p legis uerba ad gratiam euangelii peruenientes, qb. tunc glorificādus pręponit, q eis pecuniā verbi digne Deo cōmēdauerit. unde apoſtolus: Quæ eſt ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne uos ante dominū Ieſum? (1.Theſ.2.d)

*f Et al.ue.* Bonus ordo: Vocaturus gentes, & Iudæos miſſurus interfici, q noluerūt ſup ſe Xp̄m regnare, hanc p̄miſit cōparationē, ne diceret: Nihil dederat pp̄lo Iudæorum vnde melior poſſit fieri. ut qd exigeret ab eo qui nihil recepit? Ex una mna qnq; facit, q moralia hēt propter quinque ſenſus. F

*g Et alter &c.fe.quin.* Qui ad præputiū miſſus eſt, cui dominus mnam, unam eandemq; fidem quæ circūciſioni credita eſt, ad prædicandum commiſit. Quæ quinque mnas facit, qa gentes quinq; ſenſibus corporis mancipatas, ad gratiam fidei euangelicæ cōuertit.

*h In ſudario.* In ſudario pecuniam reponit, q ad p̄dicandum Idoneus officiū prædicandi uel ſuſcipere renuit, uel ſuſceptum non bene gerit ſed percepta dona ſub ocio tp̄is abſcondit ſecum, dicens: Sufficit mihi, ut de me rō nē reddam. cur aliis prædicem, uel de aliis cogar reddere rationem? cum etiam apud Deum illi ſint inexcuſabiles, quibus lex data non eſt, neque audito euangelio dormierunt, quia per creaturam poterant creatorem cognoſcere.

*i Metis quod.* Metit n. Deus vbi non ſeminauit. i. etiam eos impietatis reos tenet, qbus legis verbum vel euangelii non miniſtrauit. Timens ergo periculum iudicii, requieſcam ab adminiſtratione uerbi. Myſtice. Mat. Metis vbi non ſe. p̄cidis falce iudicii eos quibus legem non commiſiſti. Et cōgregas ubi non ſparſiſti. Congregas in regno tuo bonos, etiam de gentibus: Et de eorū comparatione qui naturalem legem ſeruant, damnas eos, qui negligunt etiam ſcriptam. Miſtice. Per duos ſeruos, fideles utriuſque populi doctores. Per ſeruum nequam, malos catholicos. Per decem & quinq; mnas credentes populi. Per inimicos, qui uerbum Dei uel nunquā audire, uel in male interp̄tando corrūpere malūt. Per meſſionē ruris non ſeminati, quos verbū Dei nec audire contigit. His qnq; p̄ſonis genus hoīm in die iudicii diſcutiendum ſignat. (Roma.1.c; Myſticè. Matt.25.d; Myſticè Quinque hominum genera iudicio diuino diſcutienda.)

*k Sciebas q ego ho.au.ſum, tol.qđ non po. & met. qđ non ſe.* Qđ putauerat pro excuſatione dixiſſe, vertitur in culpam. Si me ita durum & crudelem noueras, quare iſta cogitatio non incuſſit ubi timorem, vt ſcires me mea diligentius quæſiturum?

*l Pecuniam.* i. euangelicam prædicationem, paratiſque fidelium cordibus non intimaſti. G

*m Meam.* nō tuā. Vñ ap̄ls: Si qs loquit, quaſi ſermones Dei. (1.Pet.4.c)

*n Cum uſu.* Qui verbi pecuniā a doctore emit credendo, neceſſe eſt, ut cū vſuris ſoluat operando. Vel, de accepto verbi fœnore uſuras ſoluit, qui ex eo quod audit, etiam alia ſtudet intelligere.

*o Auferte.* Collatam gratiam amittit, q p̄dicando aliis cōicare neglexit: Augeť uero illi, qui in ea laborauit. Sicut regiū chriſma qđ ſuperbiēdo Saul amiſit, Dauid obediēdo p̄meruit. Spiritus. n. dñi q a Saul receſſit, directus eſt a die illa & deinceps in Dauid. (1.Reg.16.c)

Et

uis ſuis, dedit eis decem mnas. Et ait ᵃ
ᵃ ad illos: Negociamini † dum uenio. ᵇ (†donec ueniam)
ᵃ Id eſt Iudæi (ex quibus Xp̄s ſecundū carnem) non ſolum præſentem vſq; ad mortem crucis oderant, ſed & poſt reſurrectionem eius miſerunt perſequutionem apoſtolis, & prædicationem regni cæleſtis ſpreuerunt.
Ciues autem eius oderant eum: & ᶜ
miſerunt legationem poſt illum di ᵈ
centes: Nolumus hunc regnare ſu-
ᵃ Hoc erit quando ille qui humilis apparuit, in manifeſtiſſima claritate iudicaturus adueniet.
ᵇ per nos. Et factum eſt, ut rediret ac- ᵉ
cepto regno, & iuſſit uocari † ſeruos ᶠ (†ad ſe)
ᵃ Id eſt ſcire faceret: Tunc enim omnium opera & cogitationes omnibus palam oſtendentur.
quib⁹ dedit pecuniā, ut ſciret † quan (†quis qd)
Vt ſimul de iudicantibus & negociatis iudicet.
ᶜ tum quiſq; negociatus eſſet. Venit ᵍ
autem primus dicēs. Domine mna
tua decē mnas acquiſiuit: † Et ait illi: (†Mat.25.b)
ᵈ Euge bone ſerue: quia in † modico ʰ (†minimo)
Non tua quærens.
fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ⁱ
ᵉ ſupra decem ciuitates. Et alter uenit
ᶠ dicens: Domine, mna tua fecit quin
ᵃ Id eſt ex earum animarum quas imbuiſti, fide & conuerſatione, magnus ſublimiſque eſto, ut non tantum de tuis, ſed etiam de auditorum profectibus honoreris.
que mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſup
Tertius ſeruus, ſunt illi qui poſt collectos Iudæos, & Gentes negligenter vtuntur commiſſo prædicationis officio.
ᵍ quinque ciuitates. Et † alter venit di- ᵏ (†tertius)
cens: Domine, ecce mna tua, quam ˡ
ʰ habui repoſitam in ſudario, Timui ᵐ
ᵃ Quoniam ardua eſt uia, quæ ducit ad uitam, & quia quanto gradus altior, tanto caſus grauior.
.n. te: quia homo auſterus es: tollis ⁿ ᵒ
qđ nō poſuiſti, & metis qđ nō ſemi
ⁱ naſti. Dicit ei: De ore tuo te iudico
ᵃ Quia piger ad exercendum officium, ſuperbus ad accuſandum domini iudicium.
ᵏ ſerue nequā. Sciebas, quod ego
homo auſterus ſum: tollens quod
non poſui, & metens quod nō ſemi
ˡ naui. Et quare nō dediſti pecuniam
ᵐ ⁿ meā ad mēſā, & ego ueniēs cū uſu-
Merita diſcutiendo.
ris utiq; exegiſſem † illud? Et aſtan- (†illam)
ᵒ tibus dixit: Auferte ab illo mnam
& date illi, qui decem mnas ha-

## NIC. DE LYRA.

¶ *numero denario deſignatur: quia eſt primus limes numerorum: vnde & numeri ſequētes ſunt replicationes ipſius & partium eius. Viginti enim ſunt bis decem, & triginta ter decem, & ſic conſequenter.*

a Dedit eis decem m. *i. uniuerſitatem bonorum ſuorum, diuerſimode tamen, quia dedit vnicuiq; plus vel minus ſecundum propriam uirtutem.*

b Nego. dum ue. *Quia tempus meriti currit vſque ad diem iudicij: in quo tempore Deus dat dona ſua ad hoc, quòd multiplicentur per fructus bonorum operum.*

c Ciues autem eius oderant illum. *Ciues iſti ſunt Iudæi, qui pro maiori parte in odiū Chriſti ſunt firmati.*

d Et miſe. leg. poſt il. &c. Nolu. h. re. *quia poſt aſcenſionem Chriſti ad cælos Iudæi conati ſunt deſtruere fidem catholicā, in qua incipit regnum Chriſti, quod complebitur & manifeſtabitur in fine mundi.*

e Et fa. eſt, ut redi. *ſ. ad generale iudicium.*

f Iuſſit uocari ſeruos. *quibus dedit pecuniam: quia oportebit omnes comparere ante iudicem ad reddendum de omnibus receptis ab eo rationem.* H

g Venit au. pri. *quia tunc electi de ſuis meritis ſecuri, parati erunt aſtare iudici.*

h In modico fuiſti fi. *quia bona etiam ſpiritualia, quæ habentur in vita præſenti, modica ſunt reſpectu bonorum cęleſtium, quæ expectantur in vita futura.*

i Eris poteſtatem ha. ſu. decem ciui. *id eſt gaudebis de felicitate omnium qui per tuam doctrinam vel exemplum vitæ tuæ conuerſi ſunt ad bonum.*

k Et alter ue. *quia licet mali reformident uenire ad conſpectum iudicis, tamen oportebit eos ibidem repreſentari.*

l Ecce mna tua quam h. repo. in ſud. *Sudarium autem eſt pannus, in quo inuoluuntur corpora mortuorum. Et ideo mna in ſudario repoſita, ſignat donum Dei a bonis operibus ocioſum tanquam mortuum.*

m Timui enim. *Iſte timor non eſt niſi puſillanimitas bene agendi.*

n Quia homo auſte. es. *Licet enim modo tempus ſit miſericordiæ, in iudicio tamen erit tempus rigoris iuſticiæ.*

o Tollis quod non po. & metis quod non ſeminaſti. *quia a prælatis eccleſiæ non ſolum requiruntur bona in perſona propria, ſed in ſubditis eorum, quos tenentur inducere ad bonum. Et ſententia huius patet plenius ex dictis Matth. xxv. vſque ibi:*

¶ Verun-

## MORALITER.

✱ *a Dedit eis de. mnas.* per quas intelligitur vniuerſitas donorum Dei propter perfectionem denarii.

*c Ciues autem eius ode. eum.* i. mali Chriſtiani. Qui dicuntur ciues abſolute, eo quod ſunt in numero maiori, Mat. xx, c. Multi ſunt uocati, pau. vero electi.

*d Et miſe. lega. poſt il. &c. Nolumus hunc regnare ſuper &c.* Hæc autem legatio eſt malorum operum multiplicatio, per quam dicunt facto mali Chriſtiani nolle ſe Chriſto ſubiici.

*e Et factum eſt vt re.* particulariter, in cuiuſlibet hominis morte: vel generaliter, in mundi fine: Et operantes bene de donis ſuis remunerat, ſed torpentes a bonis operibus damnat, uario

✱ tamen

Pecu.



*a Et abundabit.* Myſti. Cum omnis Iſrael ſaluus erit, tunc plenitudo ſpiritualis gratiæ, quam modo torpenter exercemus, doctoribus illius temporis abundanter conferetur: A (Diuiſio)

*b Et his di.* Finita parabola uadit Ieroſolymam, vt oñderet de eiuſdē maximę ciuitatis euētu parabolā fuiſſe p̄miſſam, q̄ nō longe poſt, & ipſum occiſura ob odiū regni eius hoſtili clade ſit peritura.

*c Ad beth.* Betphage, viculus ſacerdotum in monte olıueti, & interpretatur domus buccæ. Bethania villa vel ciuitas in latere eiuſdem montis: & dr̄ domus obedientiæ. Has dominus Ieroſolymam venturus præſentia ſublimauit, quia multos ante paſſionem ſuam docendo piæ confeſſionis donis & obedientiæ ſpiritualis impleuit. Quæ bene in monte olıueti ſunt poſitæ. i. in ipſo dño, qui nos unctione ſpiritualium chriſmatum, & conſcientiæ, pietatiſq; luce refouet. Et quia non vult abſcondi ciuitatem ſupra ſe poſitam, mittit diſcipulos in caſtellum, quod eſt contra eos, ut per eos totius contrapoſiti orbis munitiones penetret. (†Mat.13.b; Lu.21.c; Et abundabit.; †Matt.4.b & ſup.8.b; †ſingulare)

*d Introeun.inu.* Introeūtes in mūdū p̄dicatores inueniūt populū nationū, p̄fidię vinculis irretitū, liberū & laſciuū. Cui nemo unq̄ ho. ſe. i. nullus rōnalis doctor frenum correctionis poſuit q uel linguā a malo p̄hiberet, uel in artā uiā vitæ ire cogeret. Nemo indumēta ſalutis qbus calefieret, vtilia ſuadendo contulit. Nemo ſedit, quia nullus ſtultitiam eius deprimendo correxit. (†Mat.21.a; Mar.11.a)

*e Pul.aſi.* Tres euangeliſtæ, qui græce ſcripſerunt, pullum tm̄ cōmemorant. Matthæus q hebraice ſcripſit, ēt aſinā ſolutā & adductam refert, vt hebręę quoque gentis ſi pœnituerit. non deſperandam monſtret eſſe ſalutem. (Mat.21.a)

*f Alli.* Alligatus vinculis p̄fidię, in quo addictus vel aſtrictus dño errore famulabať, ſed dñatū ſibi vēdicare non poterat, quem dñm fecerat nō natura, ſed culpa: Et iō cū dñs dr̄, vnus agnoſcitur. Nam & ſi multi dii & domini, generalr̄ tamē vnus Deus & unus dominus, Marcus ait: Ante ianuā ligatū, qa extra Xp̄m q cūq; eſt foris, eſt ī uia, q in Xp̄o eſt, foris nō eſt. In biuio ergo ligatus ſtabat, q nō vnā fidei vitæque viā tenebat, ſed plurib erroribus deſeruiebat, de quibus aperte ſubditur. B (†eo opus habet; Mar.11.a)

*g Sol.a.il.pul.* Nō deſpicias hūc aſellū, qa ſicut ī veſtitu ouiū ſūt lupi rapaces, ita ſub exuuijs corpis (qđ nobis eſt cōe cū beluis) mens Deo plena vegetatur. (Mat.7.b)

*h Dixe.do.e.* Multos habebat dños, qui non vni ſuperſtitioni deditus, ſed pro libito immundorum ſpirituum raptabatur ad varios errores.

*i Quid ſolui.* Qui ſoluendo pullo contradixerant, audito nomine qui eſcūt. qa magiſtri errorū q doctorib. ad ſalutem gentium venientib. obſiſtūt ſuas tenebras defendunt, donec miraculis atteſtantib. veri poſſeſſoris virtus emineat. Sed poſtquam dominicæ fidei poteſtas apparet, cedentibus aduerſariorum querelis, cœtus, qui Deum cordeportet, adducitur.

*k Veſt. ſua.* Veſtimenta ap̄lorū, doctrina uirtutū, vel diſcretio ſcripturarū, & gratia ſp̄ualis, quib. illi corda hominum prius nuda & frigida contegunt, vt mereantur habere ſeſſorem Chriſtum.

*l Impo.ie.* Dū populus gentiū portat Chriſtū, diſcipuli in uia veſtimenta ſternūt. quia corporis ſui exuentes amictū, ſimplicib. ſanguine ſuo viā parant, ut inoffenſo greſſu mentis, Ieroſolymā quo Xp̄s ducit, tendant. i. ad ueram pacis viſionem.

*m Subſternebant ue.* Iuxta alios euangeliſtas, non diſcipuli, ſed turba ſubſternebat. quæ martyrum exempla ſequēs, carnem per abſtinentiam edomat, vt domino iter ad mentem paret, & ſequentibus bona præbeat exempla.

*n Ad deſcen.mo.* Deſcendente domino de monte olıueti. i. humiliante ſe ad infirmitatem noſtræ carnis illo, qui erat in forma Dei, cum eo deſcendunt turbæ. i. humiliantur ſub manu eius, qui miſericordia indigent, ut ab eo exaltentur. C

*o Gau.lau.de.* Frequenter ingreſſus eſt ciuitatē Ieruſalē, ſed nō cum his laudibus non rex uocatus quod ſemp fugerat, niſi modo cū aſcēdit paſſurus. Qđ ideo factū eſt, vt amplius eorū aduerſum ſe excitaret inuidiam, quia iam tp̄s paſſionis inſtabat.

*p Su.om.* Maxime de reſurrectione Lazari q̄ nup fctā erat. Nā et p̄pca obuiā venit ei turba, qa hoc ſignū factū audierāt ab eo. Laudāt ēt de ſignis et doctrina, q̄ fecit cū aſcendit ad diē ſcenophegiæ: quod Iohannes narrat. (Ioh.12.b; Ioh.7.a)

*q Benedictus.* Turba poſt modicum crucifixura, regem appellat. expectatum ſecundum carnem Dauid filium veniſſe declarat vt aduerſum ſe teſtimonium extorqueatur inuitis.

*r Pax in cæ.* Sicut naſcente dño hoīm & angelorum agmina cęleſtia decātabant: Gloria in excelſis Deo, Et in terra pax h. ſic eidem mox triumphaturo homines concinunt: Pax in cælo, & gloria in excelſis. (Luc.2.b)

*ſ Magiſter inc.* Mira inuidentiū demētia, quem uera docentem nouerant, cū magiſtrū appellari audiūt diſcipulos eius quaſi melius edocti, redarguēdos ęſtimant, quos ille inſtituerat quē Deum apparet eſſe per miracula.

Lapi

bet. Et dixerunt ei: Domine: habet
decē mnas. † Dico autē uobis, quia
ᵃ Vtenti eo quod habet.
ᵃ omni habēnti dabitur: & abūdabit:
Qui non utitur.
ab eo autem qui nō habet, & quod
habet auferetur ab eo. Verumtamē ᵃ
ᵃ i. Iudæos. & omnes nolentes conuerti ad Chriſtum.
inimicōs meos, illos, qui noluerunt
me regnare ſuper ſe, adducite huc, ᵇ
ᵇ & † interficite ante me. Et his dictis ᶜ
præcedebat aſcendens Ieroſolymā.
Et factum eſt cū appropinquaſſet
ᶜ ad Betphage & Bethaniam, ad
ᵃ Venit ad montem Oliueti, vt nouellas oliuas in ſublimi uirtute plantaret.
mōtem, qui uocatur † Oliueti: miſit (†Oliuarū)
ᵃ Propter ſcientiam ueritatis, & mundiciam operis: uel geminæ dilectionis ſacramentum toto orbe prædicandum: uel, propter duos ordines prædicatorum, vnum in circuncisione, alterum, in Gentibus.
duōs diſcipulos ſuos, dicens: † Ite in (†in regione)
caſtellum, quod † contra uos eſt. In
ᵈ ᵉ quod introeūtes inuenietis pullum
ᵃ Alieni alligant, ut poſſideant, Chriſtus ſoluit vt teneat.
ᶠ aſinę alligātum, cui nemo unquā
ᵃ Quæcumque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cęlo.
hominum ſedit. Soluite illum: & ad
ducite. Et ſi quis uos īterrogauerit:
quare ſoluitis? ſic dicetis ei: Quia do
minus † operā eius deſiderat. Abie- (†fuerant)
runt autem qui miſſi † erant: et inue D
nerunt ſicut dixit illis ſtantē pullū.
ᵍ Soluentibus autem illis pullum, di
ⁱ xerunt Domini eius ad illos: Quid
ſoluitis pullum? At illi dixerunt:
Quia dominus eum neceſſariū ha-
bet. Et duxerunt illum ad Ieſum. Et
ᵏ † iactantes ueſtimēta ſua ſupra † pul (†cum iecissent; †illum)
ˡ lum impoſuerunt Ieſum. † Eūte au ᵈ (Mat.21.a; Mar.11.a; Ioh.12.b)
ᵐ tem illo ſubſternebant ueſtimenta
ſua in uia. Et cū appropinquaret iā ᵉ
ⁿ ad deſcenſum mōtis Olıueti, cœpe
runt omnes turbæ † deſcendērium (†diſcipulorum)
ᵒ gaudentes laudare Deum voce ma-
ᵖ gna ſuper omnibus, quas uiderant ᶠ
ᵃ Ab oī pctō ſingulariter immunis, & immunes faciēs.
ᑫ uirtutibus, dicentes: Benēdictus
ᵃ Ego ueni in nomine patris mei.
qui uēnit rex in nomine Domini:
ʳ pax in cælo, & gloria in excelſis.
Et quidam Phariſæorū de turba di- ᵍ
ᵃ Turbas laudantes, uel apoſtolos ad laudandum inſtituentes.
ſ xerunt ad illum: Magiſter, increpa- ʰ

## NIC. DE LYRA.

¶ a Veruntamen. ini. meos. *i. iudæos, qui poſt aſcēſionem Chriſti conati ſunt fidem catholicam deſtruere, ut ſupra dictum eſt.*

b Adducite huc & inter. *quia xlij. anno poſt paſſionem Chriſti ciuitas Ieruſalem fuit deſtructa, & populus Iudæorum occiſus per Titum & Veſpaſianum. In fine etiam mundi omnes reprobi generaliter, qui ſunt inimici Chriſti, ſententia mortis æternæ ſunt interficiendi.*

c Et his di. *Hic conſequenter oſtendit facto, quod declarauerat verbo. In parabola autē immediate præcedenti duo declarauerat: vnum pertinens ad ſuam paſſionem, alud ad ciuitatis Ieroſolymitanæ deſtructionem. Igitur primo facto oſtendit primum. ſecundo, ſecundum, ibi: Et cum appropinquanit, uidēs ciuitatē fleuit. Prima diuiditur in tres: quia primo, deſcribitur Chriſti humiliatio. ſecūdo populi deuotio, ibi: Eunte autem illo. Tertio, Phariſæorum malignatio, ibi: Et quidam Phariſæorum. Circa primum dicitur ſic: Et his dictis præce aſcen. Iero. vbi erat paſſurus, ſecundum quòd prædixerat facto oſtendens q erat paratiſſimus ſe humiliare, & obedire vſq; ad mortē cōtēptibiliſſimā & acerbiſſimā. & iō humiliter voluit illuc venire, ſedēs ſup pullū Aſinæ, ſicut fuerat prædictum. Cætera patent ex dictis Mat. xxi.* (Diuiſio.; Zach.9.c)

d Eunte au. *Hic ponitur populi deuotio, & patet ſententia ex dictis. Matt. xxi. excepto quod ſubditur:*

f Su. om. &c. *Ex ſuſcitatione enim Lazari quam plures viderant, fuerāt moti ad iſtam deuotionem, vt habetur Ioh. xi. f. & etiam ex alijs Chriſti miraculis.*

g Et qui. *Hiccōſequenter deſcribitur Phariſæorum malignatio. Ex inuidia. n. quā contra Chriſtū cōceperāt, deuotionem populi ad Chriſtum videre non poterant. ideo dixerunt.*

h Ma. in. &c. *q. d. talem falſum applauſum non debes ſuſtinere.*

¶ Quibus

## MORALITER.

✱ a tamen modo ſecundum quantitatem meriti uel delicti. *Veruntamen.* Sequitur:

*b Adducite &c.* primo morte temporali, & poſtea æternali.

*c Et his di.* exponatur vt ſupra. Matt. xxi. & Mar. xi.

*e Et cum appropinquaret ui. ciui. &c.* Secundum ſenſum allegoricum: Ciuitas hæc eſt eccleſia, quæ tempore Antichriſti ſic angu-

✱ ſtabitur

Ad

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Lapides clamabunt.* Crucifixo domino apoſtolis præ timore tacentibus, petræ, quæ ſciſſe ſunt, apertis monumẽtis Deũ & mundi dñm aperte clamabãt. Myſti. Si cęcitas contigerit in Iſrael, ut a laude Dei conticeat, populus Gentium mollito corde lapideo creatorem ſuum credet & annunciabit.

*Myſtice* *Roma. 11. c*

b *Et ut appropinquauit.* Quod dñs ſe. un dum hiſtoriam ſemel fecit, hoc quotidie p electos ſuos in eccleſia agit: Plangit reprobos, q neſciũt cur plãgũt: ſed exultãt in reb peſſimis. q ſi dãnationẽ ſuã pᷓuiderent, ſeipſos cũ electorum lachrymis plangerent: Qui in peruſitate ſua diẽ ſuũ hic habẽt. in qua & pacem habent ex abundantia tpaliũ, & ſupplicia nũc abſcondunt ab oculis eorũ, q re ugiunt futura pᷓuidere, q temporaiẽ læticiã pturbent. Sed uenient dies qñ aias excũtes a corporib. dæmones inimici circũdabũt vallo, trahẽtes eas ad ſocietatem ſuæ damnationis: Et undique circumdabunt: & coãguſtabũt, qñ nõ ſolum operis, ſed ẽt loquutionis & cogitationis iniquitates añ oculos eorũ replicabũt. Et ad terrã pſternent, cũ caro in puluerẽ redigeт Filii ẽt cadent, cũ in illa die peribũt oẽs cogitationes eorũ, q̃ cogitationes ẽt p lapides ſignãtur, cũ ſubdiт: *Et non rel. in l. ſ. la.* Peruers⁹ .n. cum peruerſæ cogitationi peruerſiorẽ adiicit, quaſi lapidem ſup lapidẽ ſtruit. Sed cũ aĩa ad vltionẽ rapiт talis cogitationũ conſtructio diſſipatur. & hoc iõ: *quia non cog. t.* Peruerſam. n. aĩam Deus uiſitat, aliqñ pᷓcepto, aliqñ flagello, aliqñ miraculo, Sed qa ſuperbiens cõtẽnit, nec de malis ſuis erubeſc t, in extremo inimicis tradeт, cum q b. in æterno iudicio dãnationis ſacietate colligaт. *Ad pacem &c.* Dum carnem das voluptatibus mala ventura nõ proſpiciens, habes bona præſentia, quæ ad pacem pñt eſſe temporalem: Et cur hoc, ſubdit. ſ. quia non præuidet mala, quę ei euentura ſunt. Si. n. præuideret, in præſentibus proſperis læta non fuiſſet.

*Prouer. 1. c*
† 16. q. 7. c & hæc diximus. verſ. cum audiſſet.
*Pſal. 145. a*
† Mat. 24. a Mar. 13. a

F

c *Et non re.* Cum Ieruſalẽ modo ſit cõſtructa extra portã, vbi dñs crucifixus erat, apparet illam Ieruſalem ex toto fuiſſe deſtructã. Cui unde euerſio contigerit, ſubditur: *Eo quod non cog.* i. aduentum filii Dei carne.

d *Et ingreſſus.* Poſt enumerata mala, ingreſſus templum eiecit vendentes & ementes: per hoc innuens, ꝙ ruina populi, maxime ex ſacerdotum culpa fuit, dũ .n. uendentes & ementes pcutit, oñdit vnde radix pditionis proceſſit. Moraliter. Sicut in ciuitate eſt templũ, ſic in plebe fideli uita religioſorũ. Sed multi dũ p religionis habitu ſacrorũ ordinũ locũ pcipiunt, religionis officiũ in mercimonium terrenæ negotiationis conuertunt. In templo uẽdit, qui hoc quod qbuſdã iure cõpetit, ad pᷓmium largitur. Iuſtitiam uendit, q hanc pro pᷓmii acceptione ſeruat. Emit in templo: quia dũ hoc qđ proximo iure debet, negat, dato patronis pᷓmio, emit pctũ. Quibus dr̃: Feciſtis do. m. ſ. l. quia dum peruerſi locum tenent religionis, ibi per maliciam occidunt, vbi p orationem uiuificare debuerunt. Sed quia contra peruerſa per ſacras paginas nos indeſinenter inſtruit, recte ſubditur:

*Moraliter*

e *Et e. do. quo in t.* Domus Dei eſt conſciẽtia fideliũ, q̃ facit ſpeluncã latronũ qui relicta ſimplicitate ſanctitatis, illud meditaт agere, vñ proximũ innocentẽ poſſit lædere. Sed econtra dñs mentes fidelium ad cauenda mala erudit, Et erat do. &c.

f *Quærebant illum per.* Ideo non poterant illum perdere, quia timebant tumultum populi. vel ideo volebant perdere, quia neglecto ſuo magiſterio, totum populum uidebant ad eius doctrinam confluere.

diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: a
a Dico uobis: q̃a ſi hi tacuerint, lapi- b
b des clamabũt. Et ut appropinqua- c
uit uidens ciuitatem fleuit ſuper il d e

a ¶Ruinam quæ imminet.

lam, dicẽs: †Quia ſi cõgnouiſſes & f g

a ¶Subaudi ſcil. uiſſes quæ modo exultas.

tũ, & quidẽ in hac die tua, quæ ad h i

a ¶Non prudenter ſuperuenturæ miſeriæ, nunc tempore læticiæ.

pacem tibi: nunc autem abſcõndi-

¶Ecce pœna, quam imminentem ignorant.

ta ſunt ab oculis tuis. Quia uenient

¶Romani principes.

dies in te, & circũdabunt te inimici k
tui uallo: & circundabũt te, & coã l m
guſtabunt te undiq;: & † ad terram
proſternẽt te, & filios tuos, qui in te
c ſunt † Et nõ relinquent in te lapidẽ
ſuper lapidẽ: eo quod non cogno- n
d ueris tempus uiſitationis tuæ. Et in o
greſſus in templũ cœpit eiicere uẽ-
dentes & ementes, dicẽs illis: † Scri
ptũ eſt: Quia domus mea domus

¶Qui ad hoc in templo reſidetis, vel, vt non dantes munera corporaliter perſequamini. uel dantes ſpiritualiter noceatis.

orationis eſt: uos autem feciſtis illã

a ¶Quia dominus nec indignis uerba prædicationis ſubtrahit. poſt rigorem diſciplinæ iniectis perſeuerat in gratia docendi.

e ſpeluncam latronũ. Et erãt docens
quotidie in templo. † Principes au- p q
tem ſacerdotum & ſcribæ & princi r

a ¶Quia quotidie docebat in templo: & eiiciebat latrones, recipieb t laudem turbarum.

f pes plebis quærẽbant illũ perdere ſ
& non inueniebant quid facerent t
illi. Omnis enim populus † ſuſpen u
ſus erat audiens illum.

& alii Gentiles, qui erant cum eo, viſis tot ſignis ſanctitatem Chriſti confeſſi ſunt dicentes, Vere filius Dei erat iſte, vt habetur ibidem. G

c Et ut appro. *Hic conſequenter oſtendit facto futuram ciuitatis Ieroſolymitanæ deſtructionem, in hoc ꝙ fleuit ex compaſſione propter mala ſuper ciuitatem, & populum futura. Et quia ſemper in Deo cum miſericordia currit iuſtitia, ideo in Chriſto primo oſtenditur dulcor compaſſionis. ſecundò, rigor vltionis. tertio, in principibus Iudæorum malum obſtinationis. ſecunda ibi:* Et ingreſſus. *tertia, ibi:* Principes a. *Circa primũ dicitur:*

d Videns ciui. *ſ. Ieruſalem, in qua diu viguerat cultus diuinus.*

e Fleuit ſuper il. *Tum propter mala culpæ, quæ ibi multiplicata fuerant. Tum propter mala pœnæ, quæ futura imminebant, dicens:*

f Quia ſi cogno. *Supple mala dicta.*

g Et tu. *Supple fleres.*

h Et qui. in h. d. t. *i. modico tempore, in quo facies voluntatem tuam.*

i Quæ ad pa. ti. *i. modico tempore duraturam: & ideo nunc gaudes, quia mala imminentia non vides. ideo ſubditur:* Nunc au. abſcon. ſunt &c.

k Et circunda. te inim. tui. *ſ. Romani.*

l Vallo. *i. cum exercitu valde forti.*

m Et coan. te u. *In tantum, quòd præ anguſtia famis inuentæ ſunt mulieres filios proprios comediſſe, ſecundum quod refert Ioſephus libro de Iudaico bello. Et cauſa tantæ deſtructionis ſubditur:*

† ſolo æquabunt. Ioſephus de bello Iudaico. lib. 7. c. 13.

n Eo quod non cog. tẽ. ui. tuæ. *Prædicationem Chriſti recipiendo, ſed magis vſque ad mortem ipſum perſequendo:*

o Et ingreſ. *Hic conſequenter in Chriſto oſtenditur rigor vltionis, in hoc quòd vendentes & ementes in templo inde eiecit: per hoc deſignans, quòd eſſent eiiciẽdi in gehennam. & patet ſententia ex dictis Matth. xxi.*

† Iſai. 56. c Ierem. 7. c Matt. 21. b Marc. 11. c

p Principes au. *Hic conſequenter deſcribitur obſtinatio principum Iudæorum, & primo, quantum ad interiorem machinationem, ſecundò, quantum ad exteriorem inſidiationem. c. ſe. Circa primum dicitur:* Prin. au. ſa. *Qui præerant in ſpiritualibus.* H

† Primipi mates.

q Et Scribæ. *Qui intendebant doctrinæ legis & prophetarum.*

r Et pri. plebis. *Qui præſidebant in temporalibus diſponendis.*

ſ Quærebant il. per. *Excogitantes diuerſas uias, & modos quo modo poſſent illum occidere, moti ex rancore & inuidia contra ipſum. ideo ſubditur:*

† pendebat

t Et non in. *Cum eſſet ſanctiſſimus, nec etiã audebant timore populi. ideo ſubditur:*

u Omnis e. p. ſ. *i. valde attentus ad audiendam ſanctam eius doctrinã.*

MORALITER.

❋ ſtiabitur & proſternetur, quòd pauci audebunt ſe Chriſtianos confiteri.

*n Eo quod. n.* Chriſtus enim eccleſiam viſitat quandocumq; Chriſtianos ad bonum excitat, ſed eccleſia pro maiori parte non cognoſcit hoc cum effectu: propter quod Antichriſti perſecutio ſup eam veniet ad purgationem electorum, & damnationem reproborum. Secundum uero ſenſum moralem, iſta ciuitas eſt anima pctõris, q̃ vallatur in morte, & anguſtiatur a ſpiritibus malignis: & eius filii proſternuntur. i. cogitationes eius, quibus promittebat ſibi longã uitam, honores, diuitias, & huiuſmodi fruſtrantur. *Eo quod non co.* cum dominus eam inuitaret ad emendationem vitæ.

*o Et ingr. in tem.* Exponatur ſicut ſupra Matth. xxj. & Marc. xj.

In ca. xix. vbi dicitur in poſtil. Et ſic videtur dicere, quòd non fuit Iudæus natione, ſed Gentilis.

ADDITIO.

*Quod autem Zachæus ſit natione Hebræus, ſatis oſtenditur per rationes poſtil. Nec Beda contrarium videtur dicere ſi bene intelligantur uerba euangelii, quibus ſententiam ſuã adaptat. Nam Chriſtus dixit, ꝙ ſalus facta eſſet huic domui. ſ. Zachęo habitatori, eo ꝙ eſſet filius Abrahæ. Conſtat autem, ꝙ non fuit ſalus facta Zacheo, eo quòd de ſtirpe Abrahæ genitus eſſet, ſed quia eius fidem eſt imitatus, & ſic referenda ſunt verba Bedæ ad cauſam ſalutis ſcilicet Zachæi, non autem ad eius ſtirpem tantum. Similiter ex dictis Ambro. dicentis, Zachæus exiguus meritis, ſicut populus nationum, &c. non videtur dicere, quòd ſit de populo nationum, ſed quòd ſit figura populi nationum. non eſt autem inconueniens, vt aliquis de natione Iſraelitica figuret nationem Gentiliũ, ſicut Luc. xv. de filio prodigo.*

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quibus ipſe ait, *Rationabiliter ſe excuſando, & prophetando de futuro.*

b Dico uobis, quia ſi hi tacue. lapides. &c. *Et hoc fuit impletum in ſua paſſione, quando diſcipulis præ timore Iudæorum tacẽtibus laudem Chriſti, lapides ſciſſi ſunt, vt habetur Matth. xxvij. f. Quaſi perhibentes teſtimonium ſanctitatis ipſius Chriſti morientis. propter quod Centurio,*

*& alii*



GLOS. ORDINAR. CAP. XX.

A

ET *factum eſt. &c.* Sequitur:

a *In qua po. hæc fa.* De Dei ptãte dubitant, & ſubintelligi volunt, diaboli eſſe quod facit. Vnde addunt: *Aut quis eſt qui dedit ti. &c.* In quo plane negant Dei filium, quem non ſuis viribus, ſed alienis ſigna facere credunt.

b *Interro.* Poterat aperta reſponſione tentatorum calumniam cõfutare: ſed prudenter interrogat, vt uel ſuo ſilentio, vel ſua ſententia condemnentur.

† Mat. 21. c Mar. 11. d

c *Bapt. io. &c.* Quẽ cõfitemini de cælo habuiſſe pphetiã, mihi perhibuit teſtimoniũ, & ab illo audiſtis in qua ptãte ego faciam. Quod illi intelligẽtes, dubitant quid debeant reſpondere.

d *Neq; ego di. uo.* Propter duas cãs ueritas quærentibus eſt abſcondẽda. Vel, qa minus capaces ſunt ad audiẽdum unde dicitur: Multa habeo vobis dicere, ſed non p. p. modo. Vel, quia ex odio & contemptu quærunt: unde dicitur: Nolite ſanctum dare canibus.

Duabus de cauſis ueritas quærentibus eſt abſcondenda. Ioan. 16. c Matt. 7. a

e *Cæ. a.* Principib. ſacerdotũ & ſcribis de ſua interrogatione confutatis, dñs qđ cœperat exequitur: & illis audientib. plebem, ꝙ ſua uerba libentius audiat, alloquiт, inferẽs parabolam, qua & illos impietatis arguat, & regnũ dei ad gentes transferendum oſtendat.

† perſuaſi ei

f *Vineam.* Moraliter. Vinea domini ſabaoth, domus Iſrael. Coloni, operarii, qui ad excolendum prima hora, tertia, ſexta, & nona ſunt conducti. Peregre fuit, qui ubique præſens eſt, cum imitatoribus liberum operandi arbitrium dereliquit.

Eſai. 5. a

† Mat. 21. d Marc. 12. a

g *Et ip. pe.* Qui ubiq; eſt, diligẽtibus ſe pᷓntior eſt: negligentib. abeſt, & longo tẽpore abfuit, ne perperam uideretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcuſabilior peruicacia.

B

h *Et in tem.* Primus ſeruus qui mittiт, Moyſes legislator: Qui per. xl. annos fructum legis, quam dederat, a cultoribus inquirebat. ſed cæſum dimittunt inanem, quia irritauerunt Moyſen in caſtris, & Aaron ſanctum dñi: & uexatus eſt Moyſes propter eos. q. &c. De qb. ipſe ait: Vua eorum uua fellis, & bo. ama. vinum eorum fel draconum.

† illum † Mat. 21. b Pſal. 105. b Deu. 32. e

i *Et addit alterum.* Alter ſeruus Dauid propheta, qui poſt Moyſen colonos vineæ pſalmodiæ modulamine & citharæ dulcedine ad exercitium boni operis inuitauit, ſed & hunc cõtumelia affectũ dimittunt inanem, dicentes: Quæ nobis pars in Dauid, aut quę hære. in filio Iſai? Qui tñ p hac vinea, ne penitus extirpetur exorat, domine Deus virtutum conuerte & reſpice de cælo, & vide & viſita vineam iſtã.

3. Re. 12. d * venite Pſal. 77. a

k *Et addi. ter.* Tertius ſeruus chorus prophetarum Qui populum corripiebant, & mala, quæ vineæ imminerent prædicabant, ſed & illos perſecuti ſunt & occiderunt. Cuius vineę ſterilitatẽ Ieremias deplorat dicens; Ego te plantaui vineam meam electam, qũo cõuerſa es in prauũ uinea aliena?

Iere. 2. d

l *Quem cum uidiſ.* Aperte pbat Iudæos, non p ignorãtiam crucifixiſſe filium Dei, ſed per inuidiam: Intellexerũt. n. hunc eſſe, cui dictũ eſt: Poſtula a me, & dabo tibi gentes, hęreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terrę. Et iõ conſulentes ſibi dicunt: Ecce mundus totus poſt eum abiit, & ſi di. eum ſic omnes cre. in eum. Hęreditatem ergo eccleſiæ, quam non moriẽs pater reliquit, ſed ipſe ſua morte emptã reſurgẽdo poſſedit, hanc Iudęi eripere volunt, dum fidem, quę per eum eſt extinguere conantur iuſticię dei non ſubiecti, ſed ſuã conſtituere volentes.

† Pſal. 117. c

C

* illorum. Ro. 10. a

m *Hic eſt hæ.* Chriſtus hæres, qa morti proprie ſuperuixit, & teſtamentorũ, q ipſe condidit, quaſi hęreditaria in noſtris pro ectibus emolumẽta conſeqт.

n *Et eie. illum.* Marcus ordinem mutat. Occiderunt & eiece. extra vi In quo ptiacia eorũ notaт, q poſt reſurrectionem prædicantibus apl̃is credere noluerant, ſed quaſi vile cadauer pᷓiiciẽtes, gentib. ſuſcipiendum dederunt.

Mar. 12. a

o *Abſit.* Cõtradicunt ſñiæ, quã cõtra pfidiam ſuã dictã cognoſcunt. Quod .n. in mente gerebant, in parabola cõtineri intelligunt. Negantib. ergo Iudęis iuſtũ fore, diuinę ſcientiæ legis (q̃ ipſi ſpernebant) ad gentes transferri, quid Saluator reſpondeat attende.

p *Quid eſt ergo.* Qũo implebitur hęc prophetia? Niſi quia Chriſtus a uobis reprobatus, credituris gentibus eſt prędicandus, vt in ſe vno angulari lapide duos condat parietes.

Eph. 2. d

q *Aedifican. &c.* Qui ſupra coloni, hic ędificantes dicuntur, quia qui plebem ad ferendos fructus excolere, hanc ipſi domino inhabitatore dignam quaſi domum conſtituere iubebantur.

r *Omnis qui cecide.* Qui credit & tamen peccat, cadit ſuper lapidem & non cõteritur, ſed confringitur, qa per patientiam ad ſalutem reſeruatur. Sed cui lapis irruit. i. qui negat penitus: conteritur, vt nec teſta remaneat. Vel cadit ſuper eum, qui modo cõtemnit, et iniuriis afficit, necdum penitus interit, ſed quaſſatur, ut non ambulet rectus. Cadit ſuper eum lapis, quẽ veniẽs in iudicio opprimit. Moraliter. Vinea locatur cum myſterium baptiſmi fidelibus ad exercendum opere committitur Mittuntur tres ſerui, vt de fructu accipiãt: Cum lex, pſalmodia, prophetia, ad bñ operandum hortantur, Sed contumeliis affecti uel cæſi eiiciunт, cum ſermo auditus vel contemnitur, vel etiam blaſphemaт: Miſſum hæredem occidit, qui filium Dei cõculcat, & ſpũi, quo ſctĩficatus eſt, contumeliã facit. Vinea alteri datur, cũ gratia quã ſuperbus

D

CAP. XX.

a ET factum eſt in una a
dierum* docente il
lo populum in tem
plo & euangelizan
te, conuenerũt prin
cipes ſacerdotum & Scribæ cum ſe-
nioribus, & aiunt dicentes ad illum:
† Dic nobis in qua poteſtate hæc fa-
cis, aut quis eſt, qui dedit tibi hãc po
teſtatem? Reſpõdens autem Ieſus di
b xit ad illos: Interrogabo uos & ego
c unum uerbum. Reſpõdete mihi: Ba

¶Sicut uerum eſt.

ptiſmum Iohãnis de cœlo erat, an ex
hominibus? At illi cogitabant intra
ſe dicentes: Quia ſi dixerimus, de cę

¶Sicut uerum eſt.
a ¶Mihi teſtimonium perhibenti.

lo, dicet: Quare ergo non crẽdidiſtis

a ¶Si ex inuidia iſtius Iohannis etiam derogauerimus

illi? Si autem dixẽrimus, ex homini-
bus, plæbs uniuerſa lapidabit nos.
† Certi ſunt enim Ioannem prophe-

a ¶Timentes lapidationem, ſed magis timentes ueritatis confeſſionem.

tam eſſe. Et reſpõnderunt ſe neſcire
d unde eſſet. Et Ieſus ait illis: Neque

¶Non dico uobis quod ſcio, quia vultis fateri quod ſcitis.

ego dico uobis in qua poteſtate hæc
e facio. † Cœpit autem dicere ad ple-
bem parabolam hanc. Homo qui- b
f dam plantauit vineã, & locauit eam
g colonis, & ipſe peregre fuit multis
h temporibus. Et in tempore illo mi-
ſit ad cultores ſeruum, ut de fructu
uineæ darent illi. Qui cæſum dimi-
i ſerunt † eum inanem. † Et addidit al
terum ſeruum mittere. Illi autẽ hũc
quoq; cædentes, & afficientes contu
k melia, dimiſerunt inanem. Et addi-
dit tertiũ mittere. Qui & illum uul-
nerantes eiecerunt. Dixit aũt domi-

¶Quod ambigit non de ignorantia, ſed ut reſeruetur homini libera uoluntas.

nus uineæ: Quid faciã? Mittam filiũ
meum dilectũ, forſitã cum hũc uide
l rint uerebuntur. Quẽ cum vidiſſent
coloni, cogitauerũt intra ſe, dicẽtes:
m Hic eſt hæres, *occidamus illum, ut

a ¶Quia Dominus extra portam paſſus eſt: uel quia prius a cordibus Iudæorum eſt eiectus & deinde cruci eſt addictus.

n noſtra fiat hęreditas. Et eiẽctũ illum
extra uineam occiderunt. Quid er-
go faciet illis dominus uineæ? Ve-
niet, & perdet colonos iſtos, & dabit
uineam aliis. Quo audito: dixerunt
o illi: Abſit, Ille autem aſpiciens eos,
p ait: Quid eſt ergo hoc quod ſcriptũ
eſt. † Lapidem quem reprobauerunt
q ædificantes, hic factus eſt in caput
r anguli. Omnis qui ceciderit ſupra il
lum lapidem conquaſſabitur: ſupra
quem autẽ ceciderit, cõminuet illũ.

NICO. DE LYRA. CAP. XX.

ET factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur Iudæorũ obſtinatio, quantum ad inſidiationem exteriorem contra Chriſtum. Et primo circa hoc deſcribitur eorum malicia inſidiãs ſcđo, eorum ſuperbia ad hoc incitans, ibi Audiente omni populo. Prima in duas partes. quia primo eorum malicia deſcribitur, ſecundo confutatio concluditur, ibi: Reſpondentes autem. Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur malicia principum inſidiando Chriſto per ſeipſos. ſecundo, per miniſtros, ibi: Et obſeruantes miſerunt inſidiatores. Circa primum, præmittitur maligna interrogatio. ſecundo, ſubditur interrogantium confutatio, ibi: Reſpondens autem. Et iſta ſecunda*

*Diuiſio.*

¶ pars

MORALITER.

❋ a *Et factum eſt in una dierum &cæt.* Exponatur ut ſupra Mat. xxi. et Marci. xi. Cœpit autem dicere. Sequitur:

b *Homo qui, plan.* exponatur, ut ſup. Mat. xxi. & Mar. xii. uſque ibi:

❋ *Acceſſe.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

ſuperbus abiicit, humilis ditaт, Scribæ manum mittere q̄runt, ſed timore retinentur, cū falſus fraternitatem eccleſiæ ꝑꝑ bonorum multitudinem, uel erubeſcit, uel timet impugnare.

*a Et quæ.&c.* Quaſi mentiētem quęrunt interficere, in quo uera probant q̄ dixerat. Ipſe eſt.n. hæres, illi praui coloni, qui ſolo humano terrore retardatur, donec veniret hora eius.

† Caperēt eius ſermonem. † Ibid. b.

*b Et obſeruantes.* Quod præ timore populi, ꝑ ſe nō pñt, manib. ꝑſidiis efficere uolūt, uelut immunes a morte ipſius uideantur.

*c Licet no.&c.* Cū nuꝑ ſub Auguſto Iudęa Romanis ſtipendiaria facta eſſet, phariſæi q̨ de iuſticia ſibi applaudebant, q̨ decimas & primitiua Deo dabāt, tributa homini ſoluenda negabant, pro qua ſeditione poſtea regnum & tota patria deſtructa ſunt.

† ipſorum

*d Cuius habet imag.& inſcriptionē?* Alia ima o Dei, alia mūdi. Si ergo Chriſtus nō habuit imaginē Cęſaris, cur cenſum dedit? Non de ſuo dedit, ſed mūdo reddidit quæ erant mundi. Et tu ſi nō uis eſſe obnoxius Cæſari, noli hēre quæ ſunt mundi. Si habes diuitias, obnoxius es Cæſari. Si uis terreno regi nihil debere, omnia tua relinque, & Chriſtum ſequere. Et bene prius, quæ Cæſaris ſunt, reddenda decernit. Non.n. poteſt quis eſſe domini, niſi prius mundo renunciauerit.

*Cęſari mundus obnoxi⁹*

*e Reddite ergo quæ ſunt Cæ.Cæſa.& quæ ſunt Dei Deo.* Sicut Cæſar exigit impreſſionem ſuæ imaginis, ſic et Deus animam lumine uultus ſui ſignatam.

† Mat.21.c Marc.12.b F

*f Acceſſerunt autem quidam &ca.* Duæ hæreſes erant in Iudæis. Phariſæorum, qui præferebant iuſtitiam traditionum & obſeruationum. vnde & diuiſi vocabantur a populo. Et Saducæorum, qui & ipſi uendicabant ſibi quod non erant. id eſt iuſti.

*g Magiſter Moyſes ſcripſit no.* Qui reſurrectionem corporum non credunt, & animas putant interire cum corporibus turpitudinem fabulę fingunt, quę delyramenti arguit eos, qui reſurrectionem aſſerunt. Poteſt autem fieri, ut in gente eorum hoc aliquādo acciderit. Myſti. autem Hi ſeptem omnes reprobi ſunt, qui tota hac uita (quæ ſeptem diebus eſt) ſteriles a bono ſunt, quibus miſeræ mortis, ad ultimum mundana conuerſatio quæ ſine fructu eſt tranſibit.

† Exo.3.b † cum

*h Vt accipiat.* In lege lr̃æ cogebatur nubere in uita: Sed in lege ſpiritus. commendatur caſtitas.

*i Illi uero qui &c.* Cum omnes boni & mali ſint reſurrecturi & abſque nuptiis manſuri, dominus tamen vt ad gloriam reſurrectionis incitet, de ſolis electis differit. Si autem in reſurrectione neq; ducent uxores. reſurgēt ergo corpora quę poſſunt nubere & ducere. Quod dicit̃ de his qui habent membra genitalia, ſed nulla voluptate vel neceſſitate nubendi mancipabūtur. Et nota quòd cū inſidiatoribus & canibus:

Pſal.109.a

a Et quærebant principes ſacerdotum & Scribæ
mittere in illum manus illa hora, & timuerūt
populum. Cognouerūt enim, quòd ad ipſos
b dixerit ſimilitudinem † hanc. † Et obſeruantes a
miſerūt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, b
*¶ Vt aliquid ueiut eo ignorante extorquerent unde argui poſſet.*
ut † caperēt eū in ſermone, & traderēt eū prin-
*a ¶ Herodis, qui in illis diebus erat Ieroſolymis.*
cipatui et poteſtati prēſidis. Et interrogauerūt
*a ¶ Quaſi laudatus myſterium cordis ſui ſimpliciter eis aperiat, eoſq; uelit habere diſcipulos.*
eum dicētes: † Māgiſter, ſcimus, quia recte di
*a ¶ Non times prælatam perſonam, ſed indiſcrete dicis ueritatem maioribus & minoribus.*
cis & doces, & nō āccipis perſonam, ſed viam
*a ¶ Illic prouocant, ut Deum magis timeat, quam Cæſarem, & dicat non debere ſolui tributa, ut inde ſeditionis autor fiat.*
c dei in ueritate dōces: Licet nobis tributum da
re Cæſari, an non? Conſiderans autem † do-
*a ¶ Reſpondet non ſecundum uerba eorum blande, ſed ſecundum conſcientias eorum aſpere.*
lum † illorum dixit ad eos: Quīd me tentatis?
*a ¶ Qui pro cenſu ſoluitur, & habet imaginem Cæſaris. b ¶ Non de ignorantia interrogat, ſed ut competenter ad eorum uerba reſpondeat.*
d Oſtendite mihi denārium. Cuīus habet ima-
ginem & inſcriptionem? Reſpondentes dixe-
*a ¶ Tyberii priuigni Auguſti, ſub quo paſſus eſt dominus.*
e runt ei: Cæſāris. Et ait illis: † Reddite ergo
*¶ Tributum, pecuniam. ¶ Decimas, uictimas.*
quæ ſunt Cæſaris Cęſari, & quę ſunt Dei deo.
Et non potuerunt uerbum eius reprehendere
*a ¶ Qui credere debuerant mirantur, quod non habent locum tentandi.*
coram plebe: & mirāti in reſponſo eius tacue-
*a ¶ Vt uel per frequentiam uincerent. ¶ Qui interpretantur iuſti.*
f runt. Accēſſerūt autem quidam Saducęorum c
*¶ Phariſæi credebant corporis & animę reſurrectionem: Saducęi & animas interire cum corpore.*
qui negāt eſſe reſurrectionem, & interrogaue
g runt eum dicentes: † Magiſter, Moyſes ſcripſit
nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit, habēs
h uxorē, & hic ſine liberis * fuerit, vt accipiat eā
frater eius uxorem, & ſuſcitet ſemē fratri ſuo.
Septē ergo fratres erāt: et primus accepit vxorē
& mortuus eſt ſine filiis. Et † ſequens accepit il
lam, & ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius ac
cepit illam, ſimiliter & omnes ſeptem & non
reliquerunt ſemē: & mortui ſunt. Nouiſſima
omnium mortua eſt & mulier. In reſurrectio
ne ergo cuius eorum erit uxor? Siquidem ſe-
ptem habuerunt eam uxorē. Et * ait illis Ieſus:
Filii huius ſeculi † nubunt & traduntur ad nu
i ptias: illi uero qui digni habebūtur ſeculo illo,
k & reſurrectiōe ex mortuis, neq; nubent, neq;
ducēt uxores: neq;.n. vltra mori poterūt. † Ae-
*¶ Ecce ſpiritualis conuerſatio. ¶ Sine labe corruptionis uiſione dei fruūtur.*
quales.n. angelis sūt, & filii ſunt Dei, cū ſint fi
l lii reſurrectionis. Quia uero reſurgēt mortui,
*a ¶ Quem vos recipitis. Alioquin poterat apertiora dare de reſurrectione teſtimonia prophetarum, ſed prophetas Saducæi non recipiunt.*
† & Mōyſes oſtendit ſecus rubum, † ſicut di-
*a ¶ Qui iam mortui erant quando hęc dicebat. Probat ergo per hoc animas poſt mortem permanere, quia non eſt Deus non exiſtentiū. & ſic introducitur corporū reſurrectio, quæ cum animabus bene uel male geſſerunt.*
cit, dominum deūm Abraham, & deū Iſaac,
& Deum Iacob. Deus autem non eſt mortuo-
*¶ Quorum dominus & Deus eſt.*
rum, ſed uiuorum. Omnes enim uiuūt ei. Re d e
ſpondentes autem quidam Scribarū dixerūt:
m Magiſter bene dixiſti. Et amplius non aude-
bāt eum quidquam interrogare. Dixit autem
n ad illos: Quomodo dicunt Chriſtum filium
*a ¶ Non reprehēdūtur quia Dauid filiū dicūt, ſed quia Dei filiū nō credūt.*
eſſe Dāuid, & ipſe Dauid dicit in libro pſalmo
*¶ Patri. ¶ Filio.*
o rum: † Dixit dominus domino meo, ſedę a

conſultatoribus ſecreta myſteria loquatur, non tñ̄ ſanctū̄ dat canibus: ſed aderant multi idonei quos propter aliorū̄ immundiciam non oportebat negligi. G

† iſtam † Mat.22 Marc.12

*k Neque nubent neq; ducent uxores.* Cum connubia propter filios, filii propter ſucceſſionem, ſucceſſio propter mortē, vbi ergo nō eſt mors, neque connubia.

*l Quia vero reſurgent mortui.* Poſtquam propoſitæ quæſtioni de reſurrection s conditionibus ſatisfecit, de ipſa reſurrectione cōtra eorum infidelitatem agit.

*m Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.* Confutati in ſermonibus non amplius interrogant, ſed aperte comprehēſum Romanæ poteſtati tradūt: ex quo intelligimus, venena inuidię poſſe quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere.

† aſtutiam

*n Quomodo dic. Chriſtum eſſe fi. Da.* Conſummaturus præcepta dominus, in fine teſtamenti ſui fidem concludit, vt dominum Ieſum verum Deum, et verum hominem ad dexteram patris ſedere credamus.

*o Dixit Dominus Domino.* Iſtud dicere, eſt æqualem ſibi filium generare domino, non ſecundum quòd de eo natus, ſed ſecū dum quòd de patre fuit ſemper.

*Donec*

## NIC. DE LYRA.

Diuiſio

*¶ pars diuiditur in duo, quia Chriſtus primo confutat eos reſponſione cauta. & ſecundo, parabolica ad hoc apta. ſecunda ibi: Cœpit autem dicere: Sententia autem iſtarum partium patet ex dictis Matth.xxi.* H

a Et obſeruantes. *Hic deſcribitur inſidiatio principum Iudæorum contra Chriſtum per miniſtros, cum dicitur:*

b Miſerunt inſidiatores qui &cæ. *Vt ſub ſpecie iuſticiæ facilius Chriſtum deciperent. Sed dicitur. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. & ideo fruſtra inſidias tendebant Chriſto, cum nulla ſimulatio poſſit eum decipere, quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, ſecundum quod dicitur Hebr.iiij. Cætera patent ex dictis Matt.xxii.*

c Acceſſerunt autem quidam Saducæorum. *Hic conſequenter ponitur confutatio Saducæorum. Et patet ſententia ex dictis Matth.xxij. vſque ibi.*

d Omnes enim uiuunt ei. *Quia iuſti licet ſint defuncti corpore: uiuunt tamen in anima reſurrecturi ad plenam participationem gloriæ: & iniuſti ſimiliter ad declarationem diuinæ iuſticiæ.*

e Reſpondentes autem quid. *Hic ex prædictis cōcluditur confutatio inſidiātiū Chriſto. Et primo ex eorū propria cōfeſſione: cū dicitur: Et amplius ¶ non*

## MORALITER.

✱ *c Acceſſerunt ad eum quidam Saducæorum:* Exponatur ut ſupra Matthæi uigeſimoſecūdo, & Mar. duodecimo, uſque ibi:

✱ *Audiente*



*a Donec po* Qđ a patre ſubiiciuntur inimici, nō infirmitatem filii, ſed unitatem naturæ, quia in altero alter operatur, ſignificat: Nam & filius ſubiicit inimicos patri, quia patrē clarificat ſuper terram. A

*b Attendite.* Duplici rōne iubemur attēdere a uanę gloriæ cupidis ne vel eorum ſimulatione decipiamur, vel eorum exēplo ad amorem tꝑalium inflammemur.

*c Et amant.* Non ſalutari in foro nec primas ſedes uetat eis, quib debetur ex ordine officii, ſed eis, qui indebite amāt, Animum enim, non gradū redarguit. Nec vero caret culpa, ſi is fori litibus intereſſe velit, q̨ deſiderat ſedere in cathedra Moyſi.

Marc.12.d *d Qui deuo.do.* Marcus. Sub obtentu prolixæ orationis, qui ut religioſiores appareant, prolixius orant, ubi ab infirmis quibuslibet, & peccatorum ſuorum conſciētia turbatis, quaſi patroni laudes & pecunias accipiant, quorum orõ fit in pctm̄. ut nō ſolū ꝓ aliis nō poſſint intercedere, ſed nec ſibi ad ſalutē proficere: imo pro ipſis orationibus magis damnabuntur.

*e Hi ac. damnati.* In hoc inſinuat illos etiā, qui in angulis ſtantes orant, vt videantur ab hominibus, damnationem quidem mereri, ſed iſtos maiorem. C

*a ¶ Non ad horam.*
a dextris meis, dōnec ponam ini
*a ¶ Inobedientes. b ¶ Subiiciam tibi nolentes & uolentes.*
micōs tuos ſcābellum pedum
*a ¶ Quomodo repugnantia ſunt hæc ſecundum noſtrum intellectum.*
tuorum. Dauid ergo dñm illū
*¶ Si purus homo eſt.*
uocat: & qūo filius eius eſt: Au a
diente aūt oī populo, dixit diſci
b pulis ſuis: Attēdite a ſcribis qui
*a ¶ Cultioribus ueſtimentis induti in publicum procedere. quod reprehenditur in diuite, qui induebatur purpura & byſſo.*
c uolūt ambulare in ſtōlis, & a- b
mant ſalutationes in foro, &
primas cathedras in ſynago-
gis, & primos diſcubitus in cō-
d uiuiis. Qui deuorant domos ui c
*a ¶ Quæ habent affectum religionis, ſed neſciunt ſibi prouidere.*
duārum, ſimulantes longam
e orationem: Hi accipient dam- d
nationem maiorem.

## NIC. DE LYRA.

*¶ non audebant eum quidquam interrogare. tertio, ex ignorantia eorum declaratione, cum dicitur:* Quo dicunt &c. *& patet ſententia ex dictis Mat.xxij.*

a Audien. *Poſtquam deſcripta eſt principum Iudæorum malicia, hic ſecundo, deſcribitur eorū ſuꝑbia, q̄ fuit primum motiuum in eis. Ex ſuperbia enim ex preſumptione non poterant correctionem Chriſti ſuſtinere, nec deuotionem populi ad Chriſtum videre. & patet ſententia ex dictis Mat.xxiij. excepto quod ſequitur:*

b Volunt am. *i. in cultioribus veſtimentis in publicum procedere, vt per hoc honorabiliores uiderentur.*

c Qui deuorant. *bona earum ad ſe trahentes, & conſumentes ſub falſa ſpecie ſanctitatis.*

d Hi acci. dam. maio. *quia ſecundum quòd dicit Hiero. Simulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas: & ideo plectenda eſt maiori pœna.*

## MORALITER.

✱ *a Audiente autem omni &c.* Exponatur ſic Matth.xxiij. & Mar.xii.

## GLOS. ORD. CAP. XXI.

R *Eſpiciens au.* Qui appetitores primatus, & vanæ gloriæ cauēdos eſſe monuerat, etiam dona ferentes in domū dñi certo examine diſcernit, vt retribuat ſingulis ſecundum intentionem cordis.

*b In Gazophy.&c.* Gaza, diuitiæ, phylaxe ſeruare, inde gazophylacium, Arca habens foramen deſuper, in qua mittebant ſacerdotes donaria populi, quæ congregabantur ad neceſſarios uſus templi. Porticus etiam, in qua Arca ſeruabatur, gazophylaciū dicebatur: Vnde: Hæc locutus eſt Ieſus in gazophylacio docens in templo. Allego. Diuites qui in gazophylaciū munera mittunt, ſunt Iudæi legis elati. Vidua, eccleſia. pro qua vir ipſius mortē pertulit, & in cęli penetralibus ab oculis eius occultus, quaſi in parte alterius regionis uiuit. Hæc pauper, quia ſuperbiam & concupiſcentias mundi abiecit, quę in gazophylacium minuta du o mittit, q̨a in conſpectu diuinæ maieſtatis, vbi noſtri opis oblationes quaſi certo numero cōſignatæ ſeruant̃, vel dilectionē Dei & ꝓximi, vel fidei & operationis ſuæ munera defert, q̄ cōſideratione ſuæ fragilitatis minuta, ſed merito pię intētiōis magis accepta q̄ cūcta ſuꝑbientiū Iudęorum opera.

Gazophylacium. *illuc B Ioan.8.c Allegorice

† ſubſtātiā † Hæc dicēs clamabat: qui habet aures audiēdi audiat. † Mat.24.a Marc.14.a ſup.18.b

*c Ex abundan.* Iudæus ex abūdātia mittit, q̨ de iuſticia præſumens, ita orat apud ſe: Deus grās ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hoīm. Oēm victum eccleſia in munera Dei mittit, q̄ oē quod innuit, nō ſui meriti, ſed diuini muneris intelligit, dicens: Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori.

*d Et qui* Poſt oblationē uiduæ in qua eccleſia de gētib. ſignat̃, deſtructio tēpli ſupponit̃, vt vel velamento lr̃æ occultātis, recondita ſacra eccleſiæ incipiant pateſcere. Curauit.n. Deus ciuitatem & templū & oīa figuralia ſubuertere, ne quis poſt aduentum Chriſti ad illa recurreret.

* igitur † Hæc futura ſunt † Mat.24.a Marc.13.a

*e Interrogaue.* Quia laudantibus ædificationes templi prædixerat oīa deſtruenda diſcipuli (ſicut Marcus ait) Petrus, Iacob. Iohānes & Andreas ſeparatim quærunt tempus, & ſigna predictę deſtructionis.

*f Multi.n.* Imminente Ieroſolymorū excidio multi fuere principes, qui ſe Chriſtos eſſe, & tempus libertatis appropinquare dicerent. Temporibus quoque apoſtolorum hæreſiarche multi prodierunt, qui inter cęteras fallitates diem dñi inſtare ꝓdicabant, quos & apoſtolus redarguit.

*g Prælia & ſe.* Hęc a paſſione dñi in Iudæa abundauerunt, quibus ne territi apoſtoli Ieruſalem & Iudęam deſerāt, admonentur, quia non ſtatim finis, ſed poſt quadrageſimumſecundum annum.

† Mar.12.d 24 q.1.ca. odi.

*Tunc*

## CAP. XXI.

a R † Eſpiciens autem uidit eos a
b qui mittebāt
munera ſua in
gazophylaciū
diuites, Vidit autem & quan-
dam uiduā pauperculam mit-
*a ¶ Non perpendit Deus quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur.*
tēntem * æra minuta duo. Et di
xit: Vere dico uobis: quia ui-
dua hæc pauper pluſquam oēs
c miſit. Nam omnes hi ex abun-
danti ſibi miſerunt in munera
Dei: hæc autem † ex eo qđ deeſt
illi, oēm † uictum ſuum, quem
d habuit, miſit. * Et quibuſdā di- b
centibus de templo ꝙ bonis la-
pidibus & donis ornatū eſſet,
dixit. † Hæc quæ uidetis: veniēt
*a ¶ Hoc quadrageſimo ſecundo anno poſt paſſionem Domini factum eſt a Romanis.*
dies in quibus non rēlinquetur
lapis ſuper lapidē, qui non † de-
e ſtruatur. Interrogauerunt au- c
tem illum dicentes: Præceptor
quando * hæc erunt, & quod ſi
gnum cū † fieri incipient: Qui d
*a ¶ Ne quis perſuadeat quaſi hæc mox ſint uētura.*
dixit: † Vidēte, ne ſeducamini.
*a ¶ Horum primus fuit Simon magus, cui auſcultabant omnes qui in Samaria erant, dicentes, Hic eſt uirtus Dei magna. b ¶ Ante horum completionem.*
f Mūlti enim uēniēt in nomine
*a ¶ De ſignis docet, de tēpore nō putat intimādum.*
meo, dicētes, quīa ego ſum: &
*¶ Libertatis & pacis.*
tempus appropinquauit. No-
lite ergo ire poſt eos. Cum au-
*a ¶ Ante excidium. b ¶ Quæ ad hoſtes. c ¶ Quæ ad ciues.*
g tem audiēritis prēliā & ſēditio
nes, nolite terreri. Oportet.n.
primū hæc fieri, ſed † nondū ſta

## NIC. DE LY. CAP. XXI.

R *Eſpi, au. Deſcripta doctrina Chriſti per modum amoris beneficia conferendo, hic conſequenter deſcribitur eius doctrina per modum terroris futuri iudicij horrorē incutiendo. Et quia hoc fit per reſponſionem ſaluatoris ad propoſitam quæſtionē, ideo primo ponitur quæſtionis occaſio, ſecundo, eiuſdem propoſitio, ibi: Interrogauerunt autem illum. tertio, ſolutio, ibi: Qui dixit. Circa primū ponitur duplex occaſio, ſecunda ibi: Et quibuſdam dicentibus. Prima occaſio fuit ex hoc ꝙ Chriſtus viduā mittentem duo minuta in gazophylacium templi, eius oblationem præ cæteris commēdauit, & patet ſententia ex dictis Mar.xij.*

D Diuiſio.

b Et qui. *Hic ponitur ſecunda occaſio. Munera enim illa ponebantur in gazophylacio pro ſuſtētatione ædificiorū tēpli & alijs, quæ erant neceſſaria ad miniſterium, & iō diſcipuli Xp̄i cœperunt loqui de ſtructura templi, & alijs, quæ pertinebant ad eius ornatum, quibus ſaluator dixit totum fore deſtruendum, & patet litera.*

† Ex penuria ſua.

c Interroga. *Hic conſequenter ponitur quæſtionis propoſitio. Ex hoc.n. quòd Chriſtus dixerat templum fore deſtruendum, quæſierunt a Chriſto diſcipuli de tempore huius deſtructionis, & de præcedentibus ſignis: Et quia diſcipuli poſt deſtructionem ciuitatis & templi, credebant cito futuram eſſe conſummationem ſeculi, ideo de hoc mouerunt ſecundam quæſtionem cum pręcedente, vt patet Mat.xxiiij.*

† diſſolua

d Qui di. *Hic conſequenter ponitur vtriuſque q̄onis ſolutio. & primo primæ, ſecundo ſecundæ, ibi: Et erunt ſigna. Prima in duas. quia circa deſtructionem ciuitatis primo præmittuntur prænoſtica ſigna. ſecundo, deſtructio ipſa, ibi: Cum autem vide. Adhuc circa primum prænunciantur mala futura populo Iudæorum in generali. ſecundo, Chriſti diſcipulis in ſpeciali, ibi: Sed ante hęc omnia, & patet ſententia iſtarum partium ex dictis Mat.xxiiij. exceptis quæ ſequuntur.*

¶ Terro-

## MORALITER.

✱ *c Reſpicāt ui.&c.* Exponat̃ ut ſup. Mar.xij

*f Et quibuſdam dicen.* exponatur ſicut ſupra. Matt.xxiiij. & Mar.xiij.

*g Interroga.* exponatur ſicut ſupra. Matth. xxiiij & Mar.xiij.

✱ *Sed*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a Tunc dice.il. Horum alia e cælo, alia e terra, alia ab elementis, alia ab hominibus: Surget gens. Ecce perturbatio hominũ. terremotus. Ecce reſpectus iræ deſuper. peſtilentiæ. Inæqualitas corporum, fames. Ecce ſterilitas terræ. terrores de cæ. Ecce inæqualitas aeris Qui ergo in omnibus deliquerunt, in omnibus feriuntur. Myſtice. Regnum aduerſus regnum, & peſtilentia eorum, quorum ſermo, ut cancer ſerpit: & fames, audiendi uerbum Dei, commotio terræ, a uera fide ſeparatio in hæreticis intelligi debet, qui contra ſe inuicem dimicantes, eccleſię uictoriam faciunt.

Myſtice. † Mat. 24. a Marc. 13. b

b Et ſig.ma.erunt. Hæc ẽt eo tempore impleta, apud Ioſephũ inuenitur. ꝙ narrat ſtellã gladio ſimilẽ ꝑ annũ ſupra Ieroſolymã pependiſſe, & curruſ equiteſq; armatos xl. dieb. in aere debellaſſe, & uitulam inter manus immolantium agnam peperiſſe. Quo aũt merito hæc contigerint, ſubinfertur: Sed ante hæc omnia &c.

Ioſephus de bello Iud. lib. 7. c. 17.

c Continget autem uobis in teſtimonium. eorũ qui uel perſequũtur, vel viuendo nõ mutantur. Mors.n. iuſtorum bonis eſt in adiutorium, malis in teſtimonium dãnationis, ut inde peruerſi ſine excuſatione peãt, vnde electi exemplum capiũt, vt viuant. Quia uero tot terrorib. auditis turbari poterant, conſolationem ſupponit. Ponite ergo in cordibus ueſtris &c.

† cum ducenuni.

d A parentibus & fratribus &c. Maius tormentum, cum aliquis ab illis patitur, de quibus præſumebat, quia cum damno corporis mala cruciant amiſſę charitatis. Et quia dura ſunt, quæ prædicuntur de afflictione mortis, ſubditur conſolatio de gaudio reſurrectionis.

† defenſionem.

e Et capillus de capite. q. d. Cur timetis ne pereat, quod inciſum dolet, quandoquidem nec illud põt perire in uobis, qđ inciſum nõ dolet: Caro enim inciſa dolet, capillus non dolet. Et capi. Non ſolũ oſſa ueſtra .i. fortia geſta, vel dicta remunerabuntur, ſed ẽt capilli .i. cogitationes, quæ de corde quaſi de cerebro exeunt, apud iuſtum iudicem iuſta mercede donabũtur. Vnde propheta: Reliquiæ cogitationum diem feſtum agent tibi.

F * habiti ab † non hẽt hominib*. Pſal. 75. b Patientia vera.

f In pa.me. Patiẽtia radix & cuſtos eſt omnium uirtutum: In hac ergo animas, quę corpus poſſident, poſſidemus, cum ipſas animas ad patiendum ratione regimus. Vera autem patientia eſt, aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum, qui mala irrogat, nullo dolore moueri.

† Ma. 24. b Marc. 13. b

g Et qui in me. Eccleſiaſtica hiſtoria narrat chriſtianos, qui in Iudæa erant, immi nente excidio ab angelo monitos fuiſſe, & trans Iordanẽ in ciuitate Pella, donec deſolatio Iudeæ impleretur, habitaſſe.

h Erit enim preſſura &c. Hæc preſſura & ira uſque hodie populo illi per oẽs gentes diſperſo durat: Non tamen in æternum durabit. Vnde poſt ordinem preſſuræ, de miſericordia ſubditur:

i Donec implea.tem.na.i. donec plenitudo gentium intrauerit, & ſic omnis Iſrael ſaluus, & quaſi ad ſolium propriæ natiuitatis gauiſurus redeat. Quid enim impletis temporibus nationum, et omni Iſrael ſaluato ſequatur, dominus ex ordine ponit. Nam & hæc ſecundum Matthæum apoſtoli quæſierunt, non ſolum tempus euertendi templi, ſed & ſignum aduentus eius, & conſummationis ſeculi.

Ro. 11. d Matt. 24. a

k Et erunt ſig.in ſo.& lu. Hæc de ipſo aduẽtu, cum omnes virgines prudentes & fatuę, inſolito clamore ſuſcitatę, lampades ornant .i. opera ſecum numerãt, ꝓ quib. maximo cum timore iam inſtãtẽ æterni diſcriminis expectant euentum. Nã hactenus uniuerſus orbis abſque timore iudicis acturus eſt. vnde Apoſtolus: Cum dixerint pax & ſecuritas, ſuperueniet eis repentinus

* in populo hoc. Ibi. 25. a 1. Teſſ. 5. a Iohe. 3. a * gentium

a tim finis. Tunc dicebat illis:
¶ Conſtat hæc omnia contigiſſe tempore Iudaicæ ſeditionis ante ultimam prouinciæ euerſionem.
† Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ, & fames, † ter- a
b roreſq; de cælo, & ſigna magna
¶ Hæc maxima cauſa fuit Iudæis, quod poſt occiſionem domini, nominis etiam eius præcones & confeſſores impia crudelitate uexabant.
erunt. Sed ante hæc omnia in- b
iicient uobis manus ſuas, & perſequentur, † tradentes in ſyna- c
gogas & cuſtodias: trahentes ad d
reges, & præſides propter no-
c men meum. Contingent autem e
a ¶ Nolite terreri, vos ad certamen acceditis, ſed ego prælior, uos uerba editis, ſed ego ſum qui loquor.
uobis in teſtimonium. Põnite er f
go in cordibus ueſtris, non præmeditari, † quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo g
uobis os & ſapientiam, cui h
non poterunt reſiſtere et contradicere omnes aduerſarii ueſtri.
d Trademini autem a parenti- i
bus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex uobis. Et eritis odio * omnibus † hominibus propter nomẽ me-
e um. Et capillus de capite ueſtro k
f non peribit. In † patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras.
a ¶ Hucuſque ea quæ per quadraginta annos nondum fine adueniente futura erant, hic finis deſolationis, quæ a romanis facta eſt.
† Cũm autem uideritis circun- l m
dari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit de
a ¶ Id eſt tempore proximo ante obſidionem, dum adhuc fugere licebit, dum miles Romanus per Galilæam & Samariam ſe diffundere cœperit.
ſolatio eius. Tũnc qui in Iu- n
a ¶ Qui extra ſunt, non fugiant in Ieruſalem.
dæa ſunt, fugiãnt ad montes:
g & qui in medio eius, diſcedant, & qui in regionibus, non in-
a ¶ Dominici ſanguinis.
trent in eam, quia diẽs ultionis hi ſunt, vt impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt. Væ autem
¶ Quarum uteri uel manus filiorum ſarcina prægrauante, fugæ neceſſitatem impedirent.
prægnantibus & * nutrienti-
h bus in illis diebus. Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira * populo huic. Et cadent o
in ore gladii, & captiui ducen- p q
tur in omnes gentes. Et Ieruſa- r
i lem calcabitur a gentibus, do- s t
nec impleantur tempora * na-
k tionum. * Et erunt ſigna in u

¶ a Terroreſq; de cæ. Dicit.n. Ioſephus libro de Iudaico bello, ꝙ ante deſtructionem ciuitatis ſtella comata in ſimilitudinem gladij ſuper ciuitatẽ apparuit, & per annũ durauit, deſignãs futurã populi occiſionẽ.

G Ioſephus de bello Iuda. li. 7. ca. 17.

b Sed ante.h.&c.ma.in. Quia B. Stephanus, Iacobus frater Iohãnis, Petrus & Paulus, & fere omnes alij apoſtoli, & quaſi innumerabiles Chriſtiani, fuerunt pro fide Chriſti occiſi.

c Traden.in ſy. Vbi Iudæi habebant poteſtatem iudicandi.

d Trahen.ad re.& p. Vbi Gentiles habebant autoritatem condemnandi ad mortem.

e Contin.au.in te.ſ. veritatis euangelicæ ibidem conſtanter profitendæ.

f Poni.er. Per hoc non excluditur meditatio reſpondendi, ſi tp̃s aſſit & facultas ſcientiæ, ſed promittitur ſecuritas ſi iſta deficiant: Quod frequenter contingebat in primitiua eccleſia, quia tunc frequenter fideles ſubito trahebantur ad iudices, et cum hoc erant illiterati & ſimplices. quia Deus poteſt tales defectus ſupplere: ideo ſequitur:

† terriculamenta.

g Ego e.&c.os.i. loquendi conſtantiam.

h Et ſa.i. ſcripturarum intelligentiam, ſicut factum eſt in multis ſimplicibus & ſi nõ dabatur ſemper talis intelligentia, dabatur tamen loquendi conſtantia, quia in tali caſu ſufficit ad ſalutem confiteri conſtanter fidem in generali, quod poteſt facere ſimplex Chriſtianus.

h Cui non po.reſi. Sicut patet de B. Stephano, de quo ſcribitur. Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur.

Act. 6. c

i Trade.au. Sicut legitur de Beato Chryſanto & multis alijs.

k Et capil. Hoc autem addidit Saluator, ad declarandum ueritatem futuræ reſurrectionis, per quam reſurgent in electis, non ſolum illa quæ ſunt de neceſſitate naturæ humanæ, ſed etiam ea quæ faciunt ad decorem, cuiuſmodi ſunt capilli, quia meditatio huius reſurrectionis multum facit ad tolerantiam martyrij, de qua Saluator loquebatur.

l Cum au. Hic conſequenter deſcribitur deſtructio ciuitatis Ieruſalem, & patet ſententia ex dictis Math. xxiiij. exceptis quæ ſequuntur.

m Circum.ſ. ab exercitu Tyti & Veſpaſiani, per quem deſtructa eſt.

H Ioſephus de bello Iuda. li. 1. ca. 15.

o Et cadent. Refert autẽ Ioſephus quòd a principio obſidionis, vſque ad finem caſa ſunt decies centena milia.

q Et ca.du. quia ſcđm ipſum ducti ſunt captiui Iudæorum, vſq; ad nonagintaſeptem milia.

† toleſſim

r In omnes Gen. quia deſtructio ciuitatis & populi facta eſt in ultionem mortis Chriſti, ut dictum eſt ſupra c. xix. Et per hoc quòd aliqui de illo populo ducti ſunt captiui in omnes Gentes, facta eſt quædam teſtificatio innocentiæ Chriſti & perfidiæ Iudæorum.

ſ Et Ie.c.a gen.i. calcanda dabitur.

t Donec im. tunc enim cum plenitudo gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiet, ut habetur ad Ro. xi. c.

u Et e.ſi.in ſo.& lu.&c. Hic ponitur ſolutio ſecundæ quæſtionis de aduentu Chriſti ad iudiciũ. ¶ ubi

MORALITER.

* b Sed an.h.omnia. Exponatur ſicut Mat. xxiiij. & Mar. xiii.

f Ponite e. ſicut Mat. x. & Marc. xiii.

l Cum autem uideritis. Exponatur ſicut ſupra. xix.

n Tunc qui in Iu. Exponatur ſicut ſupra Mat. xxiiij. & Mar. xiii. uſque ibi:

* lactantibus

d In ore gladij.ſ. diuinæ ſententiæ pro ſua incredulitate.

q Et cap.ducent. Nõ ſolum temporalem ſub principibus terrenis, ſed etiam ęternam ſub ſpiritibus malignis.

ſ Et Ieruſalem a.i. eccleſia quantum ad populum communem, qui multum deprimitur à principibus & prælatis.

t Do.im.tem.na.i. uſque ad tempus a domino præfinitum.

u Et e.ſi. Exponatur ſicut ſupra Mat. xxiiii. & Marc. xiii. uſque ibi:

* Eſa. 13. b 1. Ioel. 3. a

* Attendite



repentinus interitus. Nec mirũ, ſi in expectatione diuini examinis, qui in mundo floruerunt, exareſcent, ſi fides, quæ ſine operibus irruerat, emarceſcet: nam virtutes cælorũ mouebũtur, angelicæ poteſtates tremunt aduẽtum iudicis. Vnde Iob: Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent aduentum eius.

A Iob. 26. d

a Sonitus ma. Appropinquãte extremo iudicio, ſonitus maris, & fluctuum confunditur, terrarumq; orbis prementib. undique colũnis inficitur: maxima cæli luminaria nouo horrore percuſſis radijs, turbatam faciem velãt, quia appropinquante termino ſuo, clemẽta quaſi pauentia nutant & tremunt.

b Et tunc ui.fi. ho. Quem in humilitate poſitum audire noluerunt, vt uirtutem eius tanto tunc diſtrictius ſentiãt. quãto nunc corda ad eius patientiam non inclinãt. Quia uero cõtra reprobos hęc dicta ſunt, mox ad conſolationem electorum ſupponit:

c His autem fi.inci.i. cũ plagę crebreſcũt, cum terror iudicii commotis virtutib. oſtenditur.

d Leua.ca.u. exhilarate corda ueſtra, quando finitur mũdus, cui amici nõ eſtis, prope eſt redemptio q̃ quęſiſtis. Quod uero mundus deſpici debeat, prouida comparatione manifeſtatur.

e Videte fi. Regnum Dei æſtati comparat, quia tunc mœroris noſtri nubila tranſibunt, & æterni dies vitæ ſub claritate ſolis fulgebunt. Sicut.n. ex fructu arborum vicina æſtas cognoſcitur, ita & ex ruina mundi prope eſſe cognoſcitur regnum Dei. Ex his uerbis oſtẽditur, quia fructus mundi ruina eſt. Ad hoc.n. creſcit, vt cadat: ad hoc germinat, ut quæcũque germinauerit, cladib. cõſumat.

f Cęlum & ter. Nihil in corporũ natura celo & terra durabilius eſt: Nihil tranſit velocius q̃ ſermo. Verba quouſque imperfecta ſunt, uerba non ſunt. ſi perfecta ſint, iam omnino nõ ſunt, neque .n. perfici niſi tranſeundo pñt. Ait ergo Cælũ & terra trãſibũt. Q. Oẽ qđ apud uos durabile, & ſine mutatione eſt, ad æternitatem durabile non eſt: & oẽ qđ apud me tranſire cernitur, fixũ & ſine tranſitu tenetur, quia ſermo meus qui tranſit, ſententias manentes exprimit.

B

g Verba au.&c. Et cũ uerba mea ita abſque dubio ſint implenda, uidete, ne cõtra conteſtationem uerborum meorũ ſitis dediti crapulæ, & ebrietati, & ſecularibus curis: ſicut quidam erũt tẽpore imminentis iudicii: De quibus dicitur: Cum dixerint, pax & ſecuritas, ſuperueniet repentinus interitus.

1. Teſſ. 5. a

h Erat au. Quod uerbo docuit, exemplo aſtruit: Qui ante uniuerſale iudicium, & ſingulorum incertum exitũ, uoluptatibus & curis ſeculi renunciare, & uigilare monuit & orare, ipſe imminente ſua paſſione doctrinę, vigiliis, præcibuſque inſtat, & eos, pro quibus paſſurus erat, uerbo prouocat, & oratione patri commendat. Sic & nos cũ inter proſpera iuſte & pie conuerſamur, inter aduerſa de diuina mĩa non deſperemus. Diebus docemus in templo, quia fidelibus boni operis formam ꝑbemus. Noctib. in monte oliueti moramur, quia in tenebris anguſtiarũ gaudii ſpũalis cõſolatione reſpiramus. Et ad nos audiẽdos populus mane ibat, cũ uel obſcuris operib. tenebrarũ, uel Dei gr̃a uictis nebulis ꝓſſurarũ, ſicut ĩ die honeſte ambulãtes, nos filios lucis imitãt.

a ¶ Sol uertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam ueniat dies domini magnus & manifeſtus.
b ¶ Hoc eſt tpe Antichriſti, quando erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.
ſole & luna & ſtellis, & in terris b
a ¶ Prænunciat hoc quod Iohannes inter cætera ſeculi mutabilia mare habiturum conſpexit.
† preſſura Gentium, † præ cõfũſione ſonitus maris, & fluctuum: areſcẽtibus hominibus prę timore & expectatione * quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. † Nam uirtutes cœlo-
b rum mouebũtur, & tunc uidebũt filium hominis ueniẽtem in nube cũ poteſtate magna & † maieſtate.
c His autem fieri incipiẽtibus, reſpi- a
d cite, & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquat redẽptio ueſtra.
e Et dixit illis ſimilitudinem: Videte † ficulneam, & omnes arbores, cũ † producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. Ita & uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quoniã prope eſt regnũ Dei. Amẽ
¶ Et quæ dico ſub certamine expectate.
a ¶ De mortalitate ad immortalitatem. b ¶ Id eſt omne humanum genus, uel gens Iudæorum, quæ non deficiet, donec ueniat dies Iudicii.
dico uobis, quia non præteribit gẽ b
f neratio hæc, donec omnia fiant. Cę
a ¶ Aereum, non ethereum. b ¶ Innouabuntur depoſita priori forma, permanente autem ſubſtantia unde dicitur: Terra in æternum ſtat.
g lũm & terra trãſibũt: verba autem mea non trãſibunt. † Attendite au- b
tem uobis, † ne forte grauentur cor- c
da ueſtra in crapula & ebrietate & d e
¶ Et ideo.
curis huius uitę: & † ſuperueniat in f
uos repentina dies illa. Tanquam g
a ¶ Inſperatus, & perpetuo retinens quod ſemel cœperit.
lãqueus enim ſuperueniet in oẽs
¶ Quibus placent illecebræ huius mundi.
qui ſedẽt ſuper faciem omnis terræ
¶ Non quibuſdam certis diebus uel horis.
Vigilate itaque oĩ tempore orãtes, h
¶ Hæc eſt ſumma beatitudinis, in præſentia iudicis ſui ſecurum conſiſtere.
ut digni † habeamini, fugere iſta i
oĩa, quæ futura ſunt, & ſtare ante fi- k
h lium hominis. Erat aũt diebus do- l
cens in tẽplo, noctibus vero exiens m
† morabatur in mõte, qui vocatur † Oliueti. Et omnis populus mane n
a ¶ i. mane ire accelerabat.
ibãt ad eũ in templo audire eum.

¶ ubi primo deſcribuntur ſigna prænoſtica, cum dicitur: Et erũt ſigna. quia licet talia pluries præceſſerint, tamen imminente aduentu iudicis maiora & crebriora fient. In ſcholaſtica hiſtoria ponuntur xv. ſigna pręcedentia quindecim diebus aduentum iudicis, ſed utrum illi dies quindecim futuri ſint continue ſe habentes uel interpollate, ibidem ſub dubio relinquitur. Primo die erigetur mare xl. cubitis ſuper altitudines montium, ſtans in loco ſuo quaſi murus. Scđo, tãtũ deſcendet, ut vix uideri poſſit. Tertio, marinæ beluæ apparẽtes ſuꝑ mare dabũt rugitus uſq; ad cælũ. Quarto, ardebit mare, & oẽs aquæ. Quinto, herbæ & arbores dabũt rorẽ ſanguineũ. Sexto, ruẽt ædificia. Septimo, petrę adinuicẽ collidentur. Octauo, fiet generalis terręmotus. Nono, æquabitur terra. Decimo, exibunt homines de cauernis, & ibunt uelut amentes, nec mutuo poterunt loqui. Vndecimo, ſurgent oſſa mortuorum, & ſtabunt ſuper ſepulchra ſua. Duodecimo, cadent ſtellæ. Tertiodecimo morientur uiuentes ut cum mortuis reſurgant. Quartodecimo ardebit cęlum & terra. Quintodecimo, fiet nouum cęlum & noua terra, & reſurgent oẽs. Dicitur etiã ibidem ꝙ Iero. inuenit iſta in annalibus hebræorum in quibus licet ſint multa uera, tamẽ ſunt ibi multa falſa admixta: & iõ de ueritate, ſeu falſitate iſtorũ ſignorum iudicium maioribus derelinquo.

C Signa iudicium præcedentia. † gloria

a Leua. quia dies iudicij, licet reprobis ſit terribilis, tamen electis debet eſſe conſolabilis: quia tunc transferentur ad gloriam.

b Attendite.i. diligenter cauete.

c Ne for. i. deprimantur ad vitia.

d In cra.i. ex ſuperfluitate cibi & potus.

e Et c.i. ſuperflua ſollicitudine terrenorum.

f Et ſu.i. dies iudicii.

g Tan.la. qui euadi nullo modo poterit. Et ex hoc loco uidetur: ꝙ hominibus exiſtentib. in conuiuijs, & feſtiuitatibus tanquam ſecuris & nihil timentibus de die iudicii, ueniet repente. Et idem habetur Mat. xxiiij. Vbi dicitur: Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, uſque ad eum diem, quo intrauit in Arcam Noe, & non cognouerunt donec uenit diluuium, & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. Et hæc ueritas euangelij uidetur ſaltem in aliquibus diſſonare ab illis quindecim ſignis ſupra poſitis, & acceptis de apocryphis iudæorum.

D † Ro. 13. d 35. diſt. 1.

h Vigilate. Per hoc non eſt intelligẽdum, ꝙ oratio ſit ſemper continua, quia oportet eam interrumpi ſomno & alijs neceſſitatibus corporis: ſed eius continuitas intelligitur, quòd non interueniat peccatum mortale impediẽs effectum ipſius. ideo ſubditur.

† ingruat

i Vt di.h. quia illi, qui tunc inuenientur ſine peccato mortali, erunt ſalui.

k Et ſta. an. i. ſtare ſecure in iudicio coram Chriſto, qui iudicabit in forma humana.

m Nocti &c. ut ibi uacaret orationi.

n Et om.po. i. mane accelerabat uenire ad prædicationis ſuæ locum, attractus efficacia & dulcedine doctrinæ ſuæ.

MORALITER.

* b Attend. Crapula uero ſpũalis, eſt ingurgitatio doctrinę peruerſæ: Et ebrietas ſpũalis eſt diuina curioſe ſcrutari ultra debitam menſuram, & talis inueſtigãs opprimitur a gloria, ſicut bibens uinum ultra debitam mẽſuram opprimitur ab eo.

l Erat au. In hoc dedit exemplum doctoribus & prædicatoribus euangelii, ut diebus doceant, & noctibus ſint in oratione Dei, ut ibidem hauriant, quòd auditoribus effundant in mane ſequenti. ideo ſubditur.

n Et om.i. mane feſtinabat ad eius doctrinam uenire, talium enim doctrina eſt a populo deſiderata.

GLOS. ORDI. CAP. XXII.

Appropin &c. Qui dici.paſ. &c. Paſcha nõ a paſſiõe, ſed a tranſitu noĩatur, ꝙ illa die trãſiuit exterminator per Aegyptum, uel dominus liberans populum ſuum, quo nomine

CAP. XXII.

APPROPINQVABAT autem dies feſtus

NIC. DE LY. CAP. XXII.

Appropin. Poſtquam euangeliſta deſcribit Chriſti prædicationem, hic ¶ conſe-

MORALITER.

* a Appropin. Exponatur ſicut ſupra Matt. xxvi. a. & Mar. xiiii. a.

* Inir.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

mine ſignificabatur agnum in hac die de mundo ad patrem tranſiturum. Inter Paſcha uero & azima hoc diſtat, quod Paſcha vocatur ſolus dies, in quo agnus occidebatur ad ueſperā .xiiij. luna primi mēſis Dies azimorū erant a .xv. luna vſque ad xxi. diem eiuſdē menſis. Sed euangeliſtæ indifferēter ponunt & diem Azymorum ꝑ Paſcha. & Paſcha pro dieb. Azymorū. uñ hic Lucas: Dies feſtus Azymorū, q dr Paſcha, qa & Paſchæ dies in Azymis panibus celebrari præcipiebatur. Et nos quaſi perpetuum Paſcha faciētes, ſemper ex hoc mūdo tranſire præcipimur. uno die immolato agno ad veſperam ſequūtur ſeptem dies Azymorū, quia Chriſtus in plenitudine temporum ſemel pro nobis paſſus, toto tempore ſeculi (quod ſeptem diebus agitur) in azymis ſinceritatis & ueritatis præcepit eſſe uiuendum.

*Paſcha, & Azyma diſferant.* — *Exod. 12.b*

a *Et quærebant &c.* Hæc ante biduū Paſchæ congregatis principibus ſacerdotum & ſcribis in atrium Caiphæ, Matthæus geſta teſtatur.

b *Intra.* Dicit Iohānes, ꝙ poſt bucellā a dño traditā intrauit Sathanas in Iudam. Sed & ante bucellā inuaſerat eū Sathanas. & quem prius intrauerat ut deciperet, poſtmodum intrauit, ut iam ſibi traditum plenius poſſideret.

c *Venit au. dies.* Licet ſequenti die .i. quītadecima luna ſit crucifixus, hac tamē nocte qua agnus immolabatur, & carnis ſanguiniſq; ſuis diſcipulis ſacramēta celebranda tradidit, & a Iudæis tentus & ligatus, ipſius immolationis .i. paſſionis ſuæ ſacrauit exordium.

d *Ecce introeunti.* Sicut Deus cunctorū preſcius, cum diſcipulis loquitur de his q̄ alibi gerūt. Et bene paraturis Paſcha amphorā aq̄ portās occurrit, ut oſ̄dat, ꝙ huius Paſchæ myſteriū ꝑ ablutione mūdi ꝑ aquā baptiſmi ſit celebrandū: ubi ueri Paſchæ cultorib. typicus de limine cruor auferī, & ad tollenda pctā uiuifici fontis baptiſma conſecraī. Amphora, ſigñat perfectam menſuram expleti tpis, quo dignum erat hæc geri.

e *Homo amphoram.* Sine nomine deſignatur, ut pauper & ignobilis æſtimetur, q a domino eligitur. Cuius ſanctitas in hoc apparet, quòd in ſtrato eius dñs cum diſcipulis, cum ſublimiū uirtutum delectatione requieſcit.

f *Sequi.* Conſulte ꝑtermittuntur noīa, uel baiuli aq̄, vel domini domus, ut oībus uolentibus imbui ſacramētis Xp̄i (quod eſt Paſcha celebrare) Chriſtum ſuæ mentis hoſpitio ſuſcipere quærentibus, facultas danda ſignetur.

g *Cęnaculum ma.* Spūalis eſt lex, quæ de anguſtiis literæ ęgrediens in ſublimi loco recipit ſaluatorem. Qui in litera remant, in imis Paſcha facit: ſed q aquæ baiulū .i. gratiæ preconem in domum eccleſiæ ſequitur, tranſcendens literæ ſuperficiem. in mentis ſolio refectionem parat Chriſto, dum cuncta uel Paſchæ ſacramenta, uel cætera legis decreta de eo intelligit ſcripta.

h *Deſiderio deſidera. &c.* Deſiderat primo typicum Paſcha mā ducare, & ſic paſſionis ſuæ myſteria mundo declarare, ut & antiqui Paſchæ probator exiſtat, & hoc ad ſuæ diſpenſationis figuram pertinuiſſe demonſtrans. iam adueniente ueritate umbra ceſſare debeat. In cuius rei figura defecit manna, poſtquam comederunt filii Iſrael de frugibus terræ, nec uſi ſunt ultra cibo illo.

*Ioſ. 5. e*

Nꝯn

*Marginal notes:* *numero. † Ibid. a. † Mar. 14. a. † ducibus. Matt. 26. a. Ioan. 13. c. † immolari. † uas ſicti- F te, phideliam. † Ibidem. b.

a ¶Id eſt prima dies azimorum poſt immolationē agni, ſcilicet .xv. dies quæ erat ſolemnis.

a azimorum, qui dicitur Paſcha. † Et quærebant principes ſacerdotum & ſcribæ, quomodo Ieſum interfi-

a ¶Non metuentes ſeditionem. ſed ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur.

b c cerent. Timēbant vero plebem. Intrauit autem Sathanas in Iudā qui cognominabatur Scharioth, unū

a ¶Non a principibus inuitatur, nulla neceſſitate conſtringitur, ſed propria ſpōte ſceleratæ mentis iniit conſilium.

de*duodecim: † & ābijt, & loquutus eſt cū principus ſacerdotum & † magiſtratibus: quemadmodū illum traderet eis. Et gauiſi ſūt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et quærebat opportunita-

¶Sine turbis.

tem, ut traderet illū ſine turbis. Ve-

¶XIIII. luna.

nit autem dies azimorū: in qua ne-

¶Agnus Paſchalis.

ceſſe erat † occidi Paſcha. Et miſit Petrū & Iohanē dicens: Euntes parate nobis Paſcha, ut māducemus.

a ¶Qui non habemus tabernaculum.

At illi dixerunt: Vbi uis paremus?

d Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis

e homo † amphoram aquæ portans.

f Sequimini eum in domū in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magiſter: Vbi eſt diuerſorium, vbi Paſcha cū diſcipulis meis māducem? Et ipſe oſten-

g det uobis cęnaculū magnum ſtratū: & ibi parate. † Euntes autē inuenerunt ſicut dixit illis: & parauerūt

a ¶Id eſt quartadecima die primi menſis ad ueſperam. cum .xv. luna iam terris apparente iuxta legis edicta inſtabat Paſchā.

Paſcha. Et cūm facta eſſet hora diſ-

¶Vel diſcipuli.

cubuit, & duodecim apoſtoli cum

h eo. Et ait illis: Deſiderio deſidera-

*Chriſti impotentia, ſed ex ſua mititate. Quarto, comprehenſi illuſio, non ex ſua iniuſticia, ſed humilitate. ſecunda ibi: Venit autem dies azymorum. tertia ibi: Comprehendentes autem eum. quarta ibi: Et uiri qui tenebant eum illudebant ei. Circa primum dicitur:* Appropinquabat au. di. feſtus. *i. ſolennitas Paſchalis, qua celebrabatur primo menſæ quinta decima die menſis, vt habetur Leui. xxiij. incipiebat tamen à veſpere præcedētis diei.* G

a Azymo. *quia fermentum & fermētatum non debebant apparere in domib. Iudæorum ſeptem diebus huius ſolemnitatis, ut habetur Exod. xij. c.*

b Quod di. Pa. *i. tranſitus, quia tunc tranſiit angelus domini per Aegyptum interficiens primogenita Aegyptiorum, et Hebręos ſaluans.*

c Et quæ. *Moti inuidia contra Chriſtum.*

d Qūo Ie. in. *Licet .n. hoc ſumme deſiderarent, tamen erat eis difficile propter fauorem populi ad Chriſtum. ideo ſubditur:*

e Tunc. ue. ple. *Ne contra eos inſurgeret ſi in Chriſtum manus mitterent.*

f Int. au. Sa. in Iu. *i. aīam Iudæ. Non ꝑ illapſum: quia hoc eſt Deo propriū, ſed per effectum, venditionem Chriſti ei ſuggerendo.*

g Et abiit. *Motiuum aūt Iudæ hic tacetur, ſed exprimitur Mat. xxvi. a. & Ioh. xij. a. ſ. ut recuperaret valorem vnguenti precioſi effuſi ſuper Chriſtum a Maria ſorore Lazari.*

h Et gauiſi ſunt. *Quia ille modus capiendi Chriſtum per ſuum diſcipulum uidebatur magis poſſibilis & ſecretus.*

i Venit au. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti venditi traditio. Et primo iſta traditio prænunciatur. ſecūdo, executioni datur ibi: Et egreſſus ibat. Prænunciatio dictæ traditionis facta eſt a Chriſto, cum cœnaret cū diſcipulis. Et ideo primo deſcribitur Paſchale conuiuium. ſecundo, inſtituitur euchariſtiæ ſacramentum, ibi: Accepto pane. tertio, ponitur dictæ traditionis prænunciatio, ibi: Verūtamen. quarto, diſcipulorum informatio: ibi: Facta eſt contentio. Circa primum dicitur:* Venit au. d. *Iſta erat quartadecima dies mēſis primi, in cuius ueſpere debebant comedere agnum Paſchalem cum azymis panib. ideo ſequitur:* H

k In qua neceſſe erat. *Et accipitur hic Paſcha non pro die ſolemni ſicut ſupra, ſed pro agno Paſchali, qui illo veſpere debebat occidi. Sequitur:*

l Et ecce in. uo. in ci. *ſ. Ieruſalem.*

m Occurret uo. ho. *In hoc dedit eis ſignum directiuū in præparatione cōuiuii Paſchalis.*

n Et dicetis patri familias domus. *Hic autem creditur fuiſſe Chriſti diſcipulus. & ideo prouidit de loco & de agno. & aliis neceſſariis in celebratione conuiuij Paſchalis, vt dictum fuit plenius Marc. quartodecimo.*

o Deſiderio deſideraui. *ideſt ualde deſideraui.*

¶ Hoc

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *conſequenter deſcribit ipſius paſſionem per quam ſolutum eſt preciū noſtræ redemptionis: ubi primo deſcribitur maligna Xp̄i comprehenſio per explorationem iudęorum. ſecundo eius condemnatio iniuſta per executionem gentilium. c. ſequēti. Prima diuiditur in quatuor partes: quia primo deſcribitur Chriſti venditio facta, non ex eius ignorantia, ſed magis ex præſcientia & voluntate. Secundo ipſius venditi traditio, non ex eius diſplicentia, ſed ex charitate. Tertio, traditi comprehenſio, non ex* Chriſti

*Diuiſio.*

## MORALITER.

* *f Intr. an. ſa.* Iam ante intrauerat ipſum, cum eſſet fur, & loculos habens, ut dicitur Ioh. xii. a. Sed tūc intrauit ad ipſum amplius poſſidendum. Ex quo patet, quòd in omni mortali peccato diabolus intrat hoiem, vt ipſū de nouo poſſideat, uel amplius quá ante.

*g Et abiit & locu. eſt cum principibus ſacerdo.* Exponatur ſicut ſupr. Mat. xxvi. & Mar. xiiii. b.

*o Et ait illis: Deſiderio deſideraui hoc pa. ma. uobis.* Hoc eſt euchariſtiæ ſacramentum, quod nos per fidem ſpiritualiter māducamus, & ipſe manducat nobiſcum, incorporando nos ſibi per iſtud ſacramentum. Quod alloquens Auguſtinus dicit: Cibus es grandium, non mutaberis in me, ſed tu me mutabis in te. Cætera moraliter ſunt expoſita Matt. xxvi. Mar. xiiii. Facta eſt & contentio inter eos, quis eorum uideretur eſſe maior, &c. Similis contentio frequenter fit in eccleſia pro dignitatibus obtinendis: Et non ſolum inter ſeculares, ſed etiam inter regulares diuitias habentes. Sicut canes contendunt ab obtinendum os carnibus & medullis repletum, propter quod uiliores canibus uidentur religioſi mēdicantes, qui pro officiis præſidendis contendunt, cum nihil annexum habeāt, niſi miſeriam & laborem. propter quod ad repellendum talem ambitionem ſubdit ſaluator:

* Sed



a *Non mandu.* Nō vltra Moſaicum Paſcha celebrabo, donec in eccleſia, quod eſt regnum Dei ſpiritualiter intellectum compleatur. In hoc regno vſque hodie manducat Chriſtus, cum ea, quæ Moyſes rudi populo carnaliter obſeruanda præcepit, in membris ſuis ſpiritualiter exercet. A

b *Et accepto calice.* Hic calix ad vetus Paſcha, cui finē imponebat, pertinet, quo accepto gratias agit. iō. ſ. qa vetera trāſierūt & noua oīa erant vētura.

c *Gra. e.* Oſtēdit qd quiſque facere dēt in flagello culpæ proprie, cum ipſe æquanimiter flagella tulit alienæ.

d *Di. enim uo.* Sicut typicū eſum agni, ſic & typicum paſchę potū negat ſe bibiturū, donec oſ̄ſa reſurrectionis gloria, regnū Dei .i. fides mūdi adueniat: vt ꝑ horū duorū īmutationē ſacramētorū, cætera legis ſacr̄a vel iuſſa ad ſpirituale obſeruātiā doceat transferēda. Pōt tñ ſimpl̄r accipi, ꝙ ab hora cœnę vſque ad tp̄s reſurrectionis, quo in regno Dei erat vēturus, vinū nō erat biburus. Poſt reſurrectionem enim cum diſcipulis manducauit & bibit.

e *Et ac.* Finitis veteris paſchæ ſolemniis tranſit ad nouum, quod in ſuæ redemptionis memoria eccleſiā frequētare deſiderat, vt ꝑ carne & ſanguine agni ſuæ carnis & ſanguinis ſacramētū ī panis & vini figura ſubſtituat. Frāgit & porrigit, vt oſtendat ſui corporis fractionem non ſine ſua ſponte futuram. Agit gratias de veteribus terminatis, & nouis incipiendis.

f *Pa.* quia panis corpus confirmat, vinū operat ſanguinem. Myſtice. Hoc ad corpus, illud ad ſanguinem Chriſti refertur. Verū nec panis ſine aqua cōficiī, nec vinū ſine aqua offerī. Per aq̄ populus ſignaī, q nec Chriſti paſſione ſaluaī, nec ſine cuius amore Chriſtus paſſ⁹. Oportet ergo vt nos ei vniamur & ipſe in nobis maneat, & nos in eo. B

g *Ve. ec.* Sicut de paſſione prædixit, ſic prædixit & de ꝓditore, vt vidēs ſe latere non poſſe, pœniteat facti. Nec deſignat ex noīe, ne manifeſte correctus ī pudētior fiat. Mittit ergo culpā in nūero vt cōſcius pnīam agat. Prædixit & pęnā, vt quē pudor nō conuicerat, denunciata ſupplicia coerceant.

h *Ma. trad.* Exēplo Iudæ filiū hoīs tradit, q illud inuiolabile dñici corpis ſacramētū violare ꝑſumit. Vēdit, q eius timore & amore neglecto caduca amare conuincitur & crimino ſa.

i *Fa. eſt an. & cō.* Be. Cā cōtētionis nobis īcognita, ſed nō eſt incredibile, qa iuxta ꝙ alibi ꝑcipit: Cōtēdite ītrare ꝑ anguſtā portā, honore ſe īuicē ꝑuenīēdo certarēt. Sed qualibet ex cā cōtēderīt, nō qd adhuc carnales geſſerīt, ſed quid ſpūalis magr̄ iuſſerit, videamus. Am. Caueamus ergo īpēdio .i. ſedulo ne qua īter nos de ꝓlatiōe poſſit eē cōtētio. Si .n. ɔtēdebāt ap̄ſi, nō excuſationi obtendiī, ſed cautioni ꝓponiī Oīb. vna daī forma ſnīæ, vt ñ de ꝓlatiōe iactātia ſit, ſed de humilitate cōtentio.

k *Di. an.* Pius magr̄ nō initæ cōtētionis arguit, ſed formā humilitatis, quam ſequantur, deſcribit. q. d. Vos more ſeculariū ꝑ ꝓlationē ꝑuenire uultis ad regni poſſeſſionē, ſed ad ſummā virtutū non potentia venitur, ſed humilitate. Neceſſe eſt autē vt correctionē ſubditus, & matrē pietas, & patrē exhibeat diſciplina, aut ne diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa.

l *Nā quis ma. eſt.* Ad verba exhortationis explendæ exemplū de ſe ponit. Hinc Iohannes ſcribit, Si ego laui pedes veſtros dñs & magr̄, & uos debetis alter alterius la. pe. Poſſunt & in verbo miniſtrādi oīa, q̄ dñs in carne geſſit, non tantum prędicādo vel miraculis admonendo, ſed ēt aīam, quam pro nobis accepit, ponēdo, vt & nos ꝑ inuicē ponere animas diſcamus.

m *Ego an. in me.* Bed. Ego miniſtro, vos autem recumbitis. Et proponit cauſam, quia:

Perman.

*Marginal notes:* 1. Cor. 5. d. † poſthac non edā vl tra ex eo. *hoc. Infra 24. f. † ad renouandi mei memoriā. Myſtice. † Mat. 26. b. Marc. 14. c. † Mat. 20. d. Marc. 10. f. † earum. † eis. In Luc. cap. 22. li. 6. c. 92. t. 6. † iunior. Roma. 12. c. Sap. 13. e. Sup. Luc. li. 10. c. 22. ti. 3. tom. 5. Ioan. 13. b. Vbi ſup.

a ¶Agnum manducat, quia in agno ipſe figurabatur.

ui hoc paſcha mandūcare uobiſcum antequam patiar. Dico enim uobis: a b

¶Tempore. ¶Vetus paſcha.

a quia † ex hoc nō māducabo illud, do

a ¶Eccleſia. b ¶Bis dicitur accepiſſe calicem, prior vetus, ſecundus nouus.

b nec impleatur in rēgno dei. † Et accē

c cepto calice gratias egit & dixit: Acci

d pite*& diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod non bibam de † generatione uitis, donec regnū Dei ueniat. c

e f Et accepto pane gratias egit & fregit d e

a ¶Quod ſub ſpecie panis apparet.

& dedit eis dicēs: Hoc eſt cōrpus me-

a ¶Quotieſcumque manducabitis panem hunc & ca. bibmor. domini annun. do. veniat.

um, quod pro uobis † datur. Hoc fāci- f

te † in meam commemorationē. Si-

a ¶Scilicet dedit eis.

militēr & calicē, poſtquam cęnauit

a ¶Ad diſtinctionem veteris, quod ſanguine hircorum & uitulorum dedicatum eſt.

dicens: Hic eſt calix nōuum teſtamē-

a ¶Quia impoſſibile eſt ſanguine hircorum peccata tolli.

tum in ſanguine meo, qūi pro uobis

a ¶Sed tamen vai de uobis nō proderit, per quem funditur ipſe ſanguis.

g h † fundetur. † Verūntamen ecce ma- g h

nus tradentis me, mecum eſt in men

¶Homo pacis meæ in quo ſperabam, qui edebat panes meos, mag. ſuper me ſupplan.

ſa. Et quidem filius hominis ſecūdū quod definitum eſt, uadit: Verumtamē uę homini, illi per quē tradetur. i k

¶Nouerant vndecim, ꝙ nil tale cogitauerant, ſed plus credunt magiſtro q̄ ſibi, & timentes fragilitatem ſuā, anxij quærunt de peccato, cuius nō habent conſcientiā

Et ipſi cœperūt quærere inter ſe, quis l m

i eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. Facta eſt āt & contentio inter eos, quis n o

k eorum uideretur eſſe maior. Dixit au

a ¶Per potentiam eos humiliantes.

tem eis: † Reges Gentiū dōminantur

¶Largiendi.

† eorum, & qui poteſtatem habent ſuper † eos, benefici uocantur. Vos au

a ¶Quia etiam eorum, quæ diſtribuitis, non autores, ſed diſpenſatores eſtis. b ¶In uirtutibus.

tem nōn ſic: Sed qui māior eſt in uo- p

a ¶Humili reputatione. ¶Gradu dignitatis.

bis, fiat ſicut † minōr, & qui † pręceſ-

¶Secundum iudicium ſeculii

l ſor eſt, ſicut miniſtrator. Nā quis maior eſt, qui recumbit, an qui mini- q

m ſtrat? Nonne qui recumbit? ego autem in medio ueſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis, qui r s

¶ a Hoc paſ. man. uo. *quia tunc finiuit vetus teſtamentum, & inchoauit nouum, quod erat ſibi in deſiderium.* C

b Di. n. uo. quia ex hoc non man. il. do. imple. in reg. Dei &c. *quia poſt illā cœnā non comedit nec bibit, donec poſt reſurrectionē ſuā, in qua impletū eſt regnū Dei, quia tūc aperta eſt ianua, & Chriſtus reſurrexit ad uitam immortalem, & nunc Chriſtus cū multis comedit & bibit, ad probandum ſuæ reſurrectionis ueritatem, ut habetur infra xxiiij. f.*

c Non bi. de ge. *Generationem vitis uocat uinū, quia exprimitur de fructu vitis.*

d Et ac. pa. *Hic conſequenter inſtituitur euchariſtiæ ſacramentum poſt legale conuiuium, cum dicitur.* Et ac. pa. gra. eg. *Per hoc oſtendit, quod in conſecratione huius ſacramenti præexigitur deuotio & oratio.*

e Et fre. & de. &c. hoc eſt cor. m. *Non eſt ſic intelligendum, quod prius frangeret & daret diſcipulis, & poſtea diceret verba conſecrationis, ſed magis econuerſo, qa Chriſtus dedit apoſtolis ſuis corpus ſuum conſecratum, & ideo prius dixit verba cōſecrationis, quæ ſunt: Hoc eſt corpus meum quia verba conſecrationis efficiunt quod figurant. poſtea fregit & dedit.*

f Hoc fa. in me. cō. *quia euchariſtiæ conſecratio eſt quædam dominicæ paſſionis rememoratio. & propter hoc cōſecratur corpus ſeparatim a ſanguine, quia in paſſione ſanguis fuit ſeparatus a corpore. ideo ſubditur. Si. & ca. &c. Cætera āt q̄ ad iſtud ſacramētū ptinēt, tractāda ſūt in .iiij. ſnīarū.*

g Ve. *Hic conſequenter Chri. prænunciat traditionem ſui di.*

h Ec. ma. tra. *Ex quo patet maxima ingratitudo & proditio Iudæ, quæ ingerebat ſe commeſtioni cum Chriſto, quem non latebat ſua proditio.*

i Et qui. fi. ho. *quia licet ſit Deus & hō, non tamen tradebatur & patiebatur ſecūdum diuinitatem, in qua impaſſibilis eſt, ſed tātū ſcd̄m hūanitatē, ſcd̄m ꝙ diffinitū eſt in prouidentia Dei pro ſalute mundi.* D

k Ve. uæ ho. il. *quia licet Iudas poſt factū pœnituerit, hoc tamē fuit īutiliter, qa ꝑ deſperationē ſe ſuſpēdit, ut habetur Mat. 27.*

l Et ip. ce. quæ. in. ſe. *ſ. apoſtoli.*

m Quis eſ. ex e. *tamen neſciuerunt, quia hoc Chriſtus non reuelauit manifeſte, ſed tamē Iohanni ſecrete, ut habetur Io. xiij. c.*

n Fa. eſt con. *Hic conſequenter ponitur informatio diſcipulorum. & primo oſtenditur qualis ſit aptus ad officiū ꝓlationis. ſecundo, quid foret eis licitū tpe pſecutionis, ibi: Et dixit eis. Adhuc primo ponitur informatio diſcipulorum in generali. ſecundo ipſius Petri in ſpeciali, ibi: Ait autem dominus Simoni. Adhuc primo informat diſcipulos de prælationis aptitudine. ſecundo de præmij magnitudine, ibi, uos autem. Circa primum ſciendum, quod cum apoſtoli audierunt Chriſtum prædicantem traditionem ſui ad mortem, crediderūt firmiter hoc eſſe futurū, & ideo cęperunt quærere inter ſe, quis inter apoſtolos eſſet conuenītior ad tenēdū Chriſti locū. & hoc eſt qd̄ dicitur,* Fa. eſt au. in. eos con. *i. diſpoſitio.*

o Qui eo. ui. eſſe. ma. *i. aptior ad præſidendum aliis loco Chriſti, & ideo Chriſtus de hoc eos docuit, uidelicet, quod ille eſſet ad hoc aptior, qui eſſet uere humilior per contrarium ad terrenam dominationem. Et ad hoc, inducit exemplum ſui di.*

q Quis ma. eſt, qui re. an. qui mi. Nonne qui. re. *q. d. ſic ſecundum iudicium humanum. & infert,*

r Ego autem in me. &c. *Hoc iam oſtenderat in lotione pedum ſuorum diſciplorum. Et ex hoc intendit concludere, quod ille eſt aptus ad ſuccedendum ſibi in regimine eccleſiæ, qui eſt fundatus in uera humilitate.*

s Vos autem. *Poſtquam oſtendit aptitudinem prælati, hic conſequenter*

*Marginal notes:* † Mat. 26. c. Marc. 14. c. † genimine, germine. † tradetur. † tradetur. † dux.

## MORALITER.

* *p Sed qui maior eſt in uobis.* Sequitur,

*s Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum.* Permanentibus autem firmiter in tribulationibus cum ipſo, diſponit fruitionem beatam in cæleſti regno.



* ſit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Permã.mecum. Infirmitas mea non conturbauit vos, ſed in
E bono cœpto perſeueraſtis. Sicut ergo mihi pſeueranti vſque
Phil. 2.b ad mortem dedit pr̃ nomen, quod eſt ſup omne nomẽ, ſic & ego pſeuerantes vos mecũ ducam ad æternũ regnum. Intelligẽdũ eſt Iudam iam receſſiſſe, & multos alios iã retro abiſſe, auditis verbis incõprehenſibilis ſacramenti, qñ hæc loquebatur dominus.

Pſal. 76.b *b Et ſe.ſuper thro.* Hæc mutatio dextræ excelſi, vt qui humiles nunc gaudent miniſtrare conſeruis, tũc ſublimes ſup menſam dñi ppetuis dapibus alantur, & q in tentationib. iniuſte iudicati cũ dño permanẽt, illic cũ eo ſuper tentatores ſuos iuſti iudices veniant. Quanto enim hic deſpectiores, tanto illic maiori culmine poteſtatis excreſcẽt.

*c Iudi.duo.* Per duodecim, non duodecim perſonæ, ſed multitudo iudicantiũ ſignificatur, pp duas partes ſeptenarii, quo uniuerſitas ſignificatr. i.tria & quatuor, per quas. xij. multiplicantur.

†21. d.c.1. § ñ. De pe. diſt. 2. c.ii ,n.§. unde Dauid, De bapt. c.maiores. *d Ait au.d.ſi.* Ne glorientr̃.xij.ꝙ ſoli de tot milib cũ dño in tentationib pmãſiſſe dicerent, admonet eos eadẽ ꝓcella potuiſſe conteri, niſi diuina gr̃a fuiſſent protecti. Cum vero Sathanas expetit tẽtare, & velut qui triticum purgat ventilãdo concutere, docetur nul-
|Mat.26.d Marc.14.d lꝰ a diabolo, niſi Deo pmittẽte tẽtari.

*e Ecce Sa.* Sathanas bonos ad cribrandum petit, cũ ad eorũ afflictionẽ æſtibus anhelat maliciæ. Quo enim inuidẽs eorũ tẽtationẽ appetit, eo illorum quaſi probationem deprecans petit.

*f Ego au.ro.* Nõ vt tenteris, ſed ne deficiat fides tua, ut poſt lapſum negationis ad priſtinũ ſtatum pœnitẽdo reſurgas. Vtile eſt.n. ſanctis & tẽtationibus examinari, vt vel tẽtari q̃ fortes fuerit appareat, vel cognita p tẽtationẽ ſua ĩfirmitate fortiores fieri diſcãt: & ſic cũ
F pbati fuerint, accipiãt coronam vitæ.

*g Qui di.ei.do.* Quia dñs dixerat ſe p Petro oraſſe, cõſcius ille p̃ſentis affectus & feruentis fidei, ſed neſcius caſus futuri, non credit ſe ab eo poſſe deficere. Sed ille q nouit qd ſit in hoĩe, ne qs de ſuo ſtatu incaute confidat, vel de caſu incautius diffidat, ſicut Deus modum, tempus, numerum negationis eius prædicit, & ſicut miſericors auxilium ſuæ defenſionis promittit.

*h Quando miſi uos ſi.* Non eadem regula viuendi perſequutionis tpe, qua pacis diſcipulos informat. Miſſis ſiquidẽ diſcipulis ad p̃dicandũ, ne qd tollerent in via p̃cepit, ordinãs. ſ. vt qui
1.Cor.9.c euãgelium nunciat, de euãgelio viuat. Inſtante uero mortis articulo, & tota illa gente paſtorẽ ſimul & gregẽ perſequẽte, ꝯgruã tpi regulã decernit, pmittẽtes neceſſaria victui, donec ſopita perſequutorũ inſania tempus euangelizandi redeat.

*i Sed nunc qui.* In hoc nobis quoq; datur exẽplum, ut nõnunq̃ cauſa inſtante, q̃dã de noſtri propoſiti rigore ſine culpa poſſimus intermittere. Verbi gratia, Si per inhoſpitales regiones iter agimus, plura viatici cã licet portare q̃ domi habeamus.

*k Et qui non ha.* Gladium vel habitum ſumere, vel non habitũ iubet emere, vt ſciãt legẽtes non facultatem reſiſtendi deeſſe diſcipulis, ſed amorem magiſtro potius ineſſe patiendi, vbi et ſi nulla alia cauſa eſſet euaginandi gladium, ſufficere poteſt illa, ut amputata ſerui auricula, tactu domini ſanaret̃. In quo admonemur, ne iram percuſſi ſuſtineamus, ſed fide reſurgentis ſuſcipiamus. Quare vero ſacculum & peram & gladium tollere iubeat ſubdit. ſ. quia ipſe paſſurus, & cum iniquis erat deputãdus. i. cum latronibus, in quorum medio eſt crucifixus Vel cum inferis, ad quos per mortem erat deſcẽſurus, ut educeret eos vinctos de lacu, ubi non eſt aqua.
Myſtice Myſtice. Eſt gladius ſpũalis, ut uẽdas patrimoniũ, & emas verbum Dei, quo nuda mentis penetralia veſtiuntur. Eſt etiam gladius paſſionis, vt exuas

a permanſiſtis mecum in tentationi- a
bus meis: Et ego diſpono uobis, ſi- b
cut diſpoſuit mihi pater meꝰ regnũ,

a ¶ Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, fruendo. ſ. deſiderato olim & amato gaudio veri boni. b ¶ Menſa quæ omnibus ſanctis eſt ad fruendum propoſita, eſt cæleſtis vitæ gloria.

ut edãtis & bibatis ſuper mẽnſam c
b meam in regno meo, & ſedeatis ſu- d
c per thronos, iudicantes duodecim
d tribus Iſrael. Ait autẽ dominus †Si- e
e moni: Simon, ecce Sathanas expeti- f
uit uos ut cribraret ſicut triticum. g
f †Ego autem rogaui pro te, ut non h
deficiat fides tua. Et tu aliquando i

a ¶ Sicut ergo orando te protexi ne deficeres, ſic tu infirmiores fratres exemplo tuæ pœnitentiæ conforta, ne de venia deſperent.

conuerſus, confirma fratres tuos. k
g Qui dixit ei. † Domine, tecum para l
tus ſum & in carcerẽ & in mortem
ire. At ille dixit: Dico tibi Petre, non m
cantabit hodie gallus, donec ter ab
h neges noſſe me. Et dixit eis: Quan- n
do miſi uos ſine ſacculo & pera &
calciamentis, nũquid aliquid defuit
uobis? At illi dixerũt: Nihil. Dixit er
i go eis: Sed nũc qui habet ſacculũ, tol o p
k lat ſiſr & perã. Et qui nõ hẽt, uendat q r
tunicam ſuam, & emat gladium. Di
co enim uobis, quoniam adhuc hoc s

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ ſequẽter oſtẽdit magnitudinẽ pmij d. Vos au.e.q p.me. *Iam enim Iudas exierat de ſocietate eorũ accepto pane intincto, vt habetur Io.xiij.*

a In tẽ.me. *quia imminebat agonia ſuæ paſſionis.*

b Et ego diſ.uo.re. *quod intelligitur dupliciter. Vno modo de regno militantis eccleſiæ, cuius regimen Chriſtus tradidit apoſtolis. Alio modo de regno triumphantis eccleſiæ: ad quod erant apoſtoli aſſumendi poſt laborem vitæ præſentis.*

c Vt eda. & bi. *hoc ſimiliter dupliciter intelligitur. Vno modo de ſacramento euchariſtiæ, cuius conſecrationem, acceptionem & diſpenſationem Chriſtus tradidit apoſtolis. Alio modo de fruitione gloriæ, ad quam apoſtoli erant prædeſtinati.* G

d Et ſe.ſu.thro. *qa in iudicio extremo erũt aſſeſſores Chriſti iudicãtis:*

e Ait au. *Poſita informatione diſcipulorum in generali, hic ponitur informatio Petri in ſpeciali de fragilitate humana conſideranda: & de conſtantia ex Dei adiutorio habenda, cum dicitur:*

f Simon ec. Sa. ex. uos. *i. ſtudioſe quæſiuit per tentationes ſubuertere: quia multum nititur ad ſubuerſionem ſanctorum. illos enim pulſare negligit, quos quaſi iure quieto poſſidere ſe ſentit, vt dicit Greg.*

g Vt cri. *i. tentationum impulſu concuteret. & ſicut in tali concuſſione remanet palea, & tranſit farina, ſic Iudas remanſit diabolo ad pœnam æternam: alij uero apoſtoli tranſierunt ad gloriam.* Mora.li.14 c.7. poſt p. tom. 1.

h Ego au.&c.ut non de.fi. *ſ. finaliter. Non enim rogauit, quod Petrus non caderet: ſed ut in caſu non remaneret. ideo ſequitur:* ·in regno meo †Simon, Simon

i Et tu ali.con. *ſ. de peccato ad gratiam.*

k Con. *hoc dicitur ei, quia eccleſia erat ſibi committenda, vt habetur Io.vl.e. ubi ter dicitur ei a Chriſto: Paſce agnos meos. Ex hoc etiam patet fidẽ nõ deficere uſque ad finem mundi: potiſſime in eccleſia Romana quæ a Petro poſt Chriſtum fundata eſt.*

l Do.te. *Hoc dixit ex feruore, & confidens de ſua conſtantia & virtute, ideo conſequenter prædicitur ſibi ſua fragilitas.*

m Nõ cã.ho.g.do.ter ab.no.me. *Poſt binam autem negationem Petri gallus cantauit. ſed Petrus non aduertit: ſed poſt tertiam cum iterum gallus cantauit, prout fuit expoſitum plenius Mar.xiiij.*

n Et di. e. *Hic conſequenter oſtendit, quid foret apoſtolis licitũ tpe perſecutionis. Quia cũ primo Chriſtus miſit eos ad prædicandũ, dedit eis formam incedendi, vt ſine pecunia & prouiſione alia neceſſariorum incederent vt dictum fuit ſupra.x.ca. & ideo forte crederent, quod tempore perſequutionis, quæ immineret, non liceret eis talia portare, quod remouet dicens:* H

o Sed n.qui h. *ſ. ad portandum pecuniam prouiſione neceſſariorum.*

p Tol. *i. portet.*

q Si.& p. *i. repoſitoriũ victualiũ. Et qa nõ ſolũ erat eis licitũ talia portare, ſed ẽt ſeipſos a pſecutorib. moderate defẽdere, ſaltẽ ꝓtũc, iõ ſubditur,*

r Et qui non ha. *ſ. gladium:*

s Ven.tu.ſu. *per hoc innuens, quod licita eſſet eis defenſio moderata tempore perſequutionis. ideo ſubditur,*

t Di.e.&c. *ſ. mortem acerbiſſimam & contemptibiliſſimam per Iudæorum perſequutionem.*

¶ Et cum iniquis

## M O R A L I T E R.

✱ *e Ait a.do.Simo. Ecce ſa.ex.uos &c.* per hoc patet, quod diabolus fideles tẽtare nõ pt, niſi ex Dei licẽtia, ſicut de ſancto Iob dicit. Iob 1.b

*g Vt crib.* Ex hoc habetur, ꝙ diabolus hoĩes ſanctos magis ſatagit concutere tentationib. q̃ alios. Vnde refert Grego. in dialogo, ꝙ ille diabolus, qui per magnum tp̃s Andreã epiſcopũ tentando de quadã muliere, ipſum ad hoc induxerat, ꝙ illius mulieris tergum blãdiendo manu percuſſerat, plus fuit a ſuo principe commendatus, quam illi, qui procurauerant homicidia & alia multa mala. Lib.3.dial. c.7.

*h Eg.a.&c.* Chryſ. Nõ ãt dixit, rogaui, vt nõ neges, ſed vt fidẽ nõ deſeras. nã & ſi paululũ agitandus ſis, hẽs tamen recũditũ ſemẽ fidei. In Matth. c.

*i Et tu ali.* nam illi qui conſecuti ſunt a Deo donum miſericordiæ debent quantum poſſunt in bono cæteros roborare.

*l Qui d.ei.Do.te.&c.* exponatur vt ſupra. Mat. 26. & Mar. 14.

*n Et di.eis:quã.mi.&c.* Quando miſſi fuerunt apoſtoli ad prædicandum ſine prouiſione aliqua neceſſariorum, fuit diuinitus eis laute prouiſum, quia nihil eis defuit, ut dicitur in textu. Quando uero relaxatum fuit illis ſibi prouidere de neceſſariis, in uia paſſi fuerunt penurias multas, vt patet in actibus apoſtolorum & in legendis eorum. hoc autem fuit ad dandam fiduciam pauperibus prædicatoribus exequendi conſtanter officium prædicandi.

*s Vendat tuni.ſuam & emat gl.* Gladius ſpiritus eſt Dei verbum in ſacra ſcriptura contentum. pro quo emendo in ſacræ ſcripturæ ſtudio vendenda eſt tunica. i. exteriora bona ſunt exponenda. Hęc eſt illa margarita, pro cuius emptione omnia ſunt vendenda, vt dicitur Matth.xiij.f. & Sap.vij.b. dicit, Omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in comparatione illius. Sacra vero ſcriptura continetur in duobus teſtamentis, ideo ſubditur,

✱ Ecce d...



nis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuijs ematur tibi
A corona martyrii. Denique vt ſcias quia de paſſione loquutus eſt, ne turbaret diſcipulorum animos, de ſe exemplum ſupponit. Quomodo adhuc hoc quod ſcri.eſt &c.

*a Ecce gladij duo.* Duo gladii promuntur, vnus noui, alter veteris Teſtamenti, quibus aduerſus diaboli munimur inſidias. Et dicitur, *Satis eſt.* quia nihil deeſt ei, quem utriuſque
†Eſa.53.d Marc.15.c Teſtamenti doctrina munierit.

*b Satis eſt.* Duo gladii ſufficiunt ad teſtimoniũ ſponte paſſi ſaluatoris. Vnus qui & apoſtolis audaciam certandi p domino & euulſa ictu enſis auricula domino etiam morituro pietatem uirtutemque medicandi ineſſe doceret. Alter, qui nequaquam exemptus vagina, oſtenderet eos non totum quod potuere, pro eius defenſione facere permiſſos.

*c Et egreſ.ibat.* Tradendus a diſcipulo
†Mat.26.d Marc.14.d dominus conſuetum locum adit, vbi facile poſſet inueniri, ne mortem putaretur timuiſſe. Et bene diſcipulos ſan-
†ferme ad iactum lapidis guinis & corporis ſui myſteriis imbutos, in montem Olïueti educit, ut omnes in morte ipſius baptizatos deſignaret, altiſſimo ſanctiſpiritus chriſmate confirmandos.

*d Orate ne intretis in tentationem.* Impoſſibile eſt hominem non tentari. nec ait, vt non tentemini, ſed ne intretis in tentationem. *Orat.* i. ne tentatio uos ſuperet, & intra caſſes ſuos teneat.

*e Et ipſe auulſus eſt.* Dato apoſtolis præcepto orandi, & ipſe auulſus eſt ab eis.
†Mat.26.d Marc.14.d Solus orat pro omnibus, qui ſolus pro omnibus paſſurus erat, innuens orationem ſuam tantum quantum & paſſionem a noſtra diſtare.

*f Iactus eſt lapidis.* In hoc myſtice innuit, vt in idipſum dirigant lapidem. i.
B vſque ad ipſum perducant intentionẽ
Rom. 10.a legis, quæ ſcripta erat lapide, uſque ad illum enim poteſt peruenire ille lapis, quoniam finis legis eſt Chriſtus omni credenti ad iuſticiam.

Amos.10.a *g Orabat.* Orat non tam timore patiendi, quam miſericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatum. Vnde & ſignanter dicit. iſtum. i. populi Iudæorum, qui non habent excuſationem ignorantiæ in meam mortem quia quotidie annuncior illis in lege & prophetis. Si ergo fieri poteſt, vt ſine interitu Iudæorum credat multitudo gentium, recuſo paſſionem. Si uero illi excæcandi ſunt, vt alij uideant, non mea ſed tua fiat voluntas.

*h Pa.ſi uis.* Ambro. Pro me doluit, cum pro ſe nihil habuit quod doleret, Suſcepit enim triſtitiam meam, vt mihi largiretur ſuam læticiam, Confidenter ergo triſticiam nomino, qui crucem prædico.

*i Verunta.non mea.* Appropinquans dominus paſſioni, infirmantium vocem & timorem ut abſtraheret in ſe ſuſcepit, & rurſus per obedientiam fortitudinem mentis oſtendit, ut cũ nobis imminet, quod fieri nolumus, ſic per infirmitatem petamus ne fiat, vt tamen per fortitudinem parati ſimus ad implendum conditoris uoluntatem potius quam noſtram.

*k Et factus eſt ſu.* Appropinquante morte certamẽ mentis noſtræ in ſe expreſſit, qui merito quãdam vim terroris patimur cum poſt puſillum ſumus inuenturi quod in æternum duret.

*l Sanguinis decurrentis in terram.* Per terram ſanguine irrigatã declaratur, quod effectum ſuæ precis iam obtineret, ut fidem. ſ. diſcipulorum, quam terrena adhuc fragilitas arguebat, ſuo ſanguine purgaret, & quidquid illa ſcandali de morte eius pertuliſſet, hoc totum ipſe moriendo deleret, ſed & totum mundum peccatis mortuum ad uitam reſuſcitaret.

*Vt oſcularetur.*

quod ſcriptũ eſt, oportet impleri
in me. † Et cũ †iniquis deputatus a

¶ Prædicta. ¶ impletionem.

eſt. Etenim ea, quę ſunt de me, finẽ b c
habent. At illi dixerunt: Domine, d e
a b c ecce gladij duo hic. At ille dixit eis:
Satis eſt. Et egreſſus ibat ſecũdum f g
conſuetudinem in mõtem †oliua- h i
rum. Sequuti ſunt autem illum &

¶ Secundum alios in villam, quæ dicitur Gethſemani.

d diſcipuli. Et cũ perueniſſet ad locũ
e dixit illis: †Orate ne intretis in ten k
f tationem. Et ipſe auulſus eſt ab eis l
†quantum iactus eſt lapidis: & po m

¶ Vt humilitatem mentis habitu corporis oſtendat.

g h ſitis genibus orabat, dicens: † Pater n
ſi uis, transfer calicem iſtum a me:

¶ In ſe reuertens quod ex hominis perſona renuerat, trepidanter ex Dei filij poteſtate confirmat.

i Veruntamen non mea uoluntas,
ſed tua fiat. Apparuit autem illi an o

a ¶ Homo factus eo modo eſt confortatus, quo & contriſtatus. Nam ſi nobis triſtis eſt. i. propter nos triſtis eſt, neceſſe eſt, vt etiam propter nos confortatus ſit & nobis.

gelus de cælo cõnfortans eum. Et p q
factus in agonia prolixius ora- r
k bat. † Et factus eſt ſudor eius ſicut s
l guttæ ſanguinis† decurrentis in ter
ram. Et cum ſurrexiſſet ab oratio- t
ne, & ueniſſet ad diſcipulos ſuos in

¶ Præ triſtitia ſomnum vincere non poſſunt.
a ¶ Vicina iam negatione.

uenit eos dormientes præ triſtitiã. u

a ¶ Apparet, quia pro illis orauerat, quos monet orationum ſuarum uigilando & orando participes exiſtere.

Et ait illis: Quĩd dormitis? Surgite,

a ¶ Id eſt ne in uos calix meæ paſſionis incumbat.

orate, nẽ intretis in tẽtationẽ. † Ad x
huc eo loquẽte, ecce turba, & q uo

a ¶ Factum congruit mutatæ menti, Iam enim cum fuſtibus, qui quamdiu cum pace fuit, tranquillius ſe egit.

cabat Iudas unꝰ de duodecĩ antẽce y

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et cum iniquis depu*t*a.eſt. *Hoc ſcribitur Eſa.liij.d.*

b Et e.ea quæ ſunt de me. *ſcripta ſupple per prophetas.*

c Finem ha. *i. ſunt prope complementum.*

d Do.ec.duo.gla.hic. *Non currauerunt apoſtoli loqui de ſacculis uel peris, ſed tantum de gladijs, quia erant animati ad defenſionem ſui magiſtri, licet poſtea fugerunt timore humano percuſſi. Dicit autem Chryſo. quod illi duo gladij erant duo magni cultelli ad ſcindendum carnes agni.* C Mat.26.f

f Sa.eſt. *quia vnus euaginandus ſufficienter oſtendit licentiam ſe defendendi, & audaciam Petri ad defendendum ſuum magiſtrum, & uoluntariam paſſionem Chriſti, qui cum haberet qui pro eo pugnaret, ipſe tamen hoc prohibuit. Alius non euaginatus oſtendit apoſtolos non fuiſſe permiſſos facere quantum poterant ad defenſionem ſui & magiſtri, vt per hoc oſtenderetur, quod perfectior eſt patientia quam defenſio etiam licita.* † ex legib.

g Et egr.ibat. *Hic ponitur traditionis Chriſti executio. & primo ex parte Chriſti ſe uoluntarie offerentis. ſecundo ex parte Iudæ eũ proditorie tradentis, ibi, Adhuc eo loquente. Circa primum dicitur:* Et egr. *de loco cœnæ prædictæ.* †Olíueti

h Ibat ſe.con. *quia aſſuetus erat illuc exire de nocte cauſa orationis.*

i In mon.Oliua. *vbi ſciebat traditorem venturum.*

k Ora.ne intre.in tenta. *Oratio enim ſecundum Damaſcenum, eſt eleuatio mentis in Deum. Quanto autem mens eleuatur in Deũ, tanto facilius tentatio ab eo ſeparatur.* †Mat.26.d Marc.14.d

l Et ipſe auul. eſt ab eis. *quia oratio debet eſſe ſolitaria.*

m Et poſi.geni. ora. *quia debet eſſe reuerens & deuota.*

n Pater ſi uis tran. *quia debet eſſe diſcreta, ſubmittendo propriam uoluntatem uoluntati diuinæ.*

o Apparuit autem il.ange. *viſione corporali in ſpecie humana.*

p Con. eum, *per modum ſeruientis, quod factum fuit ad confirmandum fidem diſcipulorum, quod Chriſtus ſit maior angelis ratione deitatis. per hoc etiam oſtendebatur, ꝙ in eo vera humanitas erat, quæ confortabatur contra triſtitiam inſurgentem in parte ſenſitiua ex apprehenſione mortis imminentis.* †decurrentes

q Et fa. in ago. *Erat enim iſta agonia reluctatio ſenſualitatis mortem horrentis & rationis ipſam acceptantis, quia uirtute diuina quælibet pars permittebatur agere & pati quod erat ſibi proprium.* D

r Proli.ora. *oſtendens ꝙ in maiori neceſſitate magis debet homo orationi inſiſtere.*

s Et fa.eſt ſu.e.ſi.g.ſan. *Ex vehementi enim anxietate ſenſualitatis, qua permittebatur agere & pati, quod erat ſibi proprium, ut dictum eſt, fiebat, vt non ſolum humores exirẽt per ſudorem, ſed cum hoc aliquid de ſanguine ſudorem tingente. ſecundum vero alios ſupernaturaliter factum eſt, ut ſanguis pro ſudore exiret, ut ſic Chriſtus iam ſuum ſanguinem pro ſalute noſtra effundere inciperet.* †Mat.26.e Mar. 14.c Ioan. 18.a

v Inue.eos dor.præ tri. *Triſticia enim eſt paſſio cauſata ex malo præſenti, quod non poteſt repelli. & ſic cauſat aggrauationem animi quaſi depreſſi pondere mali præſentis, quod non poteſt amoueri, & ſic per conſequens impedit vlterius motum ſpirituum a corde ad organa ſenſuum exteriorum. Sed quia huiuſmodi ſpiritus cauſant opera uigiliæ, inde eſt, quod triſtitia impediens talem motum ſpirituum, cauſat aggrauationem ſenſuum & ceſſationem ab actibus proprijs. ſicut fit in ſomno proprie dicto, qui cauſatur ex uaporatione humorum ex cibis & potibus aſcendente verſus cerebrum, qui humores ibidem ingroſſati ex frigiditate cerebri, deſcendunt uerſus organa ſenſuum, oppilantes meatus, per quos ſpiritus progredientes a corde debent ad organa ſenſuum tranſire. & ſic ceſſant ſenſus ab actibus vigiliæ.* Triſtitia / Sõni ratio

x Adhuc eo lo. *Hic conſequenter ponitur executio traditionis ex parte Iudæ tradentis. cum dicitur,*

y Iudas unus de duodecim antecede.eos. *tanquam ductor illorum qui uolebant comprehendere Ieſum.*

¶ Et appropinquauit

## M O R A L I T E R.

✱ *a Ecce duo gladij hic.* Et quoniam ſufficiunt ad omnem falſitatem fidei contrariam deſtruendam, ſequitur.

*f Satis eſt. Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudi.* ſcilicet ad locum ubi ſciebat traditorem venturum, & obtulit primo ſpiritum per feruorem orationis. ideo ſubditur,

*s Et factus eſt ſu.* ex feruore orandi, & ex apprehenſione imminentis tormenti.

*t Et cum ſurrexiſſet.* Exponatur ſicut Mat.xxvj. Mar.xiiij. uſque ibi.

 ✱ Et cum tetigiſſet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Vt oſcularetur.* Suſcipit dominus oſculum, non qđ ſimulare nos doceat, ſed vt nec proditorem refugere videretur, & plus afficeret proditorem, cui amoris officia nõ negaret. Vnde dicitur, Cum his qui oderunt pacem eram paci.

b *Domine ſi percutimus in gladio.* Ordo. Cum interrogaſſent dicentes, Domine, ſi percutimus in gladio. Tunc reſpondit, *Sini. vſq; huc.* i. non vos moueat quod futurum eſt. Permittendi ſunt hucuſq; progredi, vt me apprehendant, & impleantur, quæ de me ſcripta ſunt. Sed inter moras verborũ interrogantiũ & reſpondentis, Petrus auiditate defenſionis maiore commotione pro domino percuſſit. Sed non potuerunt ſimul dici, quæ potuerũt ſimul fieri. Nõ ergo dr̃: Sinite vſq; huc: quaſi dño placuerit factũ Petri, cum apud Matthæũ legaẽ dixiſſe: Cõuerte gladium tuum in locum ſuum, quod poſt factum apparet dixiſſe Ieſum.

c *Ser. prin. ſacer.* Myſtice. Seruus eſt populus Iudæorũ, principib. ſ. idebite mãcipatus. qui in paſſione dñi dexteram aurẽ. i. ſpiritualẽ intelligentiã pdidit, ſiniſtra. i. vilitate literæ cõtẽtus, non Petro tollente, ſed diuino iudicio ablatã pandente. Quæ auris in his, qui credere maluerunt, pietate dñi reſtituiẽ. Vel auris amputata & ſanata, ſignat auditum ablata vetuſtate innouatum, vt ſit in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ. Quod ſeruus inuẽtus eſt, pertinet ad illam vetuſtatem, quæ generat in ſeruitutem, quę eſt agar. Sed cum acceſſit ſanitas, figurata eſt libertas. Vnde & nomen ſerui Malchus, id eſt rex vel regnaturus: quia regnabit cum Chriſto, cui auditus innouatur.

d *Vene. ad ſe prin.* Iuxta alios euangeliſtas non venerant ad Ieſum principes ſacerdotũ & magiſtratus, ſed in atrio Caiphæ expectauerãt. Sed quia illi de nece domini ita agebant, vt quaſi innoxij viderentur, cum per diſcipulum traditus, a tribuno & turbis comprehẽſus, a p̃ſide damnatus, a Romanis crucifixus, a populis etiã Barrabas eſt electus, uolens euangeliſta eos maxime eſſe reos, quorum conſilio cuncta gerebantur, dicit eos veniſſe ad comprehendendum ſaluatorem, qui ſuę iuſſionis poteſtate venerunt.

e *Qua. ad la.* Stultũ eſt cũ gladijs & fuſtibus q̃rere, q vltro ſe eorũ offert manibus. & in nocte quaſi latitantẽ & ueſtros oculos declinantẽ inueſtigare p proditorẽ, qui quotidie in tẽplo docet. Sed ideo aduerſum me in tenebris cõgregamini, qa poteſtas ueſtra qua contra lucem armamini, in tenebris eſt.

f *Prin. ſacer.* Caiphæ, qui pontificatum vnius anni pręcio ſibi emerat a Romano principe, prius tamen ad Annam vt Iohannes ait,

g *Seque. a lon.* Merito a longe qui in p̃ximo fuerat negaturus, ſignificat eccleſiam imitaturam Chriſti paſſionem lõge differẽter, quia eccleſia patitur pro ſe, Chriſtus pro eccleſia.

h *Igne in me.* Ignis cupiditatis inſtinctu maligni ſpiritus accenſus, in atrio Cayphæ ad negandum & blaſphemandum Deũ linguas perfidorũ armabat. Quod enim intus in domo principis ſacerdotum maligna ſynodus gerebat, hoc ignis inter frigora noctis foris accenſus typice demonſtrabat. Hoc frigore ad horam torpens Petrus, quaſi prunis miniſtrorũ caleſieri cupiebat, quia temporalis commodi ſolatium perfidorum ſocietate quærebat. Sed hanc infidelitatem dño reſpiciente reliq̃t, & poſt reſurrectionẽ ĩ captura piſciũ, cũ prunas poſitas & piſcẽ ſuppoſitũ vidiſſet, cor ſuũ prunis amoris iſlammauit.

i *Ancil. quadam.* Cur prima ancilla prodit, cum viri magis poterant cognoſcere? Niſi vt iſte ſexus oſtendatur in nece domini peccaſſe, per paſſionem redempturus. Et ideo mulier prima reſurrectionis myſterium accepit, & mandata cuſtodit, vt veterem præuaricationis errorem aboleret.

*At ille*

debat eos, & appropinquauit Ieſu,
a ¶Vt hoc ſigno dinoſcerent eum quem tenerent.
ut oſcularetur eum. Ieſus autem dixit ei: Iuda oſculo filiũ hominis tradis.
a ¶Inſtrumento pacis, mortem irrogas: ſeruus dominum, diſcipulus magiſtrum prodis.
†Videntes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, †ſi percutimus in gladio? Et percuſſit unus ex illis ſeruum principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.
a ¶Petrus eodem ardore mentis, quo cætera zelatus fuit phinees.
Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite uſq; huc.
a ¶Id eſt non moueat uos quod futurum eſt.
a ¶Nunquam pietatis obliuiſcitur, qui nec hoſtes ſuos patitur uulnerari.
† Et cùm tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos, qui uenerant ad ſe principes ſacerdotum & magiſtratus tẽpli & ſeniores: †Quaſi ad latronem ex iſtis cum gladijs & fuſtibus. †Cũ quotidie uobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me.
a ¶Noctis nequitiæ ueſtræ congrua.
ſed hæc eſt hora ueſtra, & poteſtas tenebrarum. Cõprehendentes autem eum, duxerunt* ad domũ principis ſacerdotum.
a ¶In hoc diuerſus a cæteris. b ¶Diuiſus ab aliis.
Petrus uero ſequebatur eum a longe.
a ¶Hoc eſt deuotionis. b ¶Hoc eſt timoris naturæ.
†Accenſo autem igne in medio †atrij & circunſedentibus illis, †erat Petrus in medio eorum. Quem cum uidiſſet ancilla quædam ſedentem ad lumen, & eũ fuiſſet intuita, dixit: Et hic cum illo erat.
a ¶Quod negat Petrus, obreptionis eſt. quod pœnitet, fidei.
At ille negauit eum dicens: Mulier non noui illũ. Et poſt puſillum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: O homo nõ ſum. Et interuallo facto quaſi horæ unius, alius quidam affirmabat dicens: Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus eſt. Et ait Petrus: Homo, neſcio quid dicis. Et continuo

k *At ille nega.* Non in monte, non in templo, non in domo ſua Petrus negat, ſed in prætorio Iudæorum, in domo principis ſacerdotum, vbi non eſt veritas, vbi Chriſtus captus & ligatus. Quid niſi erraret, quem intromiſit oſtiaria Iudæorum? Eua male induxit Adam. Petrum male introduxit fœmina.

l *Ho. ne. quid d.* Non ſolum negat Chriſtum, qui dicit illum non eſſe Chriſtum, ſed etiam qui cum ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum, & ita impletur qđ dicit dominus: Ter me negabis.

m *Galileus eſt.* Hieroſolymitæ & Galilæi æque ſunt Hebræi & unius linguæ, ſed vnaquæq; prouincia habet ſuas proprietates, vernaculum loquẽdi ſonum mutare non poteſt.

n *Et conti.* Poſt tertiam negationem ſequitur gallicantus. Sacramenta rerum per ſtatum temporũ deſignant: Media nocte

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et appropinqua. Ieſu, ut oſcu. eum. *Dederat enim Iudas comprehenſoribus illud ſignum, ne pro Ieſu caperent Iacobum fratrem domini, qui fuit ei ualde ſimilis: ut dictum fuit Matthæi. xxvi.*

b Iuda, oſculo fil. ho. tra. *id eſt in ſigno charitatis proditionem homicidij facis. ex quo factum Iudæ aggrauabatur ualde.*

c Vidẽ. au. hi qui cir. ipſum erant. *i. Chriſti diſcipuli,*

d Quod fu. erat. *ſ. captionem magiſtri ſui, vt duceretur ad mortem.*

e Dixe. ei: Domi. ſi percu. in gla. & percuſ. unus ex il. *alijs diſcipulis licentiam petentibus percutiendi ad magiſtri ſui defenſionem, Petrus qui erat audacior cæteris & feruentior, non petiuit licentiam, nec expectauit reſponſionem, ſed amputauit vnius auriculam, intendens eum interficere vel grauiter vulnerare.*

f Sini. uſque huc. *q. d. non moueat vos, quod eſt futurum, quia permittendi ſunt ut me comprehendant, ut impleantur ea quæ de me ſcripta ſunt.*

g Et cum teti. au. *in quo apparet maxima Chriſti charitas ſanando illum, qui uenerat ad comprehendendum ipſum.*

h Dixit autem Ie. &c. prin. ſa. *Contrarium videtur Mat. xxvi. ubi dici uidetur, q principes ſacerdotum non fuerunt in captione Ieſu: ſed ductus fuit ad eos per comprehenſores ad locum ubi conuenerant. Ad quod reſpondetur dupliciter. Vno modo, quod licet non venerint ad comprehendendum Ieſum in proprijs perſonis venerunt tamen in uirtute in miniſtris ab eis miſſis. Alio modo, quod aliqui de principibus ſacerdotum venerunt cum miniſtris ad comprehendendum Ieſum, ut diligentius fieret negocium, plures tamen expectabant in domo, vt dicit Matthæus.*

i Quaſi ad latronem exiſtis cum gla. & fuſtibus. *q. d. tunc non cepiſtis me, quia nolebam, nec modo caperetis, niſi permitterem. ideo ſequitur:*

k Sed hæc eſt hora. *vobis conceſſa ad me comprehendendum.*

l Et poteſt. tene. *quia diabolus tenebrarum princeps eos ad hoc incitabat.*

m Comprehendentes autem eum. *Hic conſequenter ponitur Chriſti traditi comprehenſio: Et ſubditur Petri negatio, cum dicitur:*

n Petrus uero. *De negatione enim Petri varie loquuntur euangeliſtæ, quæ varietas expoſita fuit & concordata Mat. xxvi.*

¶ Et uiri.

## MORALITER.

✱ g *Et cum tetigi. auricu. eius. ſana. eum.* Sicut præciſio auriculæ ſerui pontificis ſignificauit inobedientiam Iudaici populi ad Chriſtum, ſic eius ſanatio ſignificat eius obedientiam circa finem mundi, quia tunc tanget Chriſtus ſua clementia corda Iudæorum.

m *Compre. au. e.* Exponatur ſicut Mat. xxvi. & Mar. xiiii. uſque ibi,

✱ Et ut



Media nocte negat, gallicãtu pęnitet, Poſt reſurrectionẽ ſub luce quẽ ter negauerat, ter ſe amare p̃feſſus eſt. quia q in tenebris obliuionis errauit, ſperatæ iã lucis rememoratione correxit & eiuſdẽ veræ lucis p̃ſentia plene quidquid nutauerat erexit. Myſtice, Gallus aliquis doctorũ eſt q ſomnolentos increpãs ait, Euigilate iuſti & n. p. Quod Petrus ante primũ gallicãtũ negat, eos ſignificat, q Chriſtũ ante reſurrectionẽ Deũ eſſe nõ putauerũt, morte eius turbati. Qđ bis ante ſcđm gallicãtũ negat illos ſignificat, q nũc ĩ illo ſcđm hoĩe vel ſcđm Deũ in utraq; ſubſtantia errãt, & iõ veritatẽ negãt. Primus gallicãtus eſt domini reſurrectio in ſeipſo. Secundus eiuſdẽ in corpore eccleſiæ.

a *Et con. do.* Intuitu prouocauit ad lachrymas, quaſi in mentem ei reducẽs quotiens negauerat, quod ei prædixerat, nec potuit in tenebris remanere quem lux mundi reſpexit.

b *Et egr. fo.* Ab impiorum concilio ſecluſus culpam lauat, quæ non intus. ob hoc permiſſus eſt hæſitare, ut in eccleſiæ principe conderetur remedium pœnitentiæ, & nemo auderet de ſua uirtute confidere.

c *Illud ei ca.* Impleta eſt prophetia, In uirga pcutietur maxilla iudicis Iſrael. Et itẽ, Dedi maxillã meã alapis. Sed qui tũc cædebatur colaphis Iudæorũ, nunc cædiẽ blaſphemiis falſorũ Chriſtianorũ. Vel auerũt faciẽ, nõ vt eorũ ſcelera ñ videret, ſed vt a ſe (ſicut quõdã Moyſi fecerunt) grãm cognitionis eius abſcõdãt. Si enim crederẽt Moyſi, crederẽt & domino. Hoc uelamen uſque hodie manet ſup corda eorum ſed credentibus eſt ablatum, cum illo moriente uelum templi ſciſſum eſt.

d *Prophe.* Cõtumelia in eũ qui ſe prophetã dicebat. Sed & hr̃tici & Iudæi, q uſq; hodie Chriſtum negãt, & mali Chriſtiani q reprobis actibus exacerbãt, dũ ſuas cogitationes, & opera tenebrarũ ab illo videri nõ putãt, quaſi illudentes aiunt, *Pro. quis eſt q te pcu.*

e *Si tu es Chri.* Nõ veritatẽ deſiderant, ſed calũniam parãt. Intelligebãt Chriſtũ purũ hominẽ de Dauid naſciturũ Secundũ hoc ergo quærunt, vt ſi diceret: Ego ſum Chriſtus, calumniarentur, quod ſibi arrogaret regiam poteſtatem.

f *Si uo. di.* Sæpe dixerat ſe eſſe Chriſtũ. Interrogauerat ẽt eos, quõ dicerẽt Chriſtũ filiũ Dauid, cũ eũ Dauid dñm uocet, ut p hoc ad credẽdũ Deũ p̃uocaret, ſed illi nec dicenti credere, nec ĩterrogãti rñdere, nec eũ, q ĩnoxi⁹ erat, dimittere uolebãt.

g *Ex hoc au.* Qui ſemen Dauid calumniari quærebant plus ẽt audiunt, quod per contemptum ſit uenturus ad gloriam.

h *Vos di.* Ita temperat rñſionẽ, ut & uerũ dicat & ſermo calũniæ nõ pateat. Maluit ſe Chriſtũ filiũ Dei probare, q̃ dicere vt condẽnandi cauſa tolleretur his, qui fatentur qđ obiiciũt.

i *Ipſi e. au.* Vbi dixit, Erit filius hominis ſedens ad dexteram uirtutis Dei, & v. d. quia e. ſ. Sua ſe ſñia damnant, qui eũ morti tradũt, quẽ oris & operis ſui teſtimonio Deũ eẽ cognoſcũt

adhuc illo loquente, cãtauit gallus.
a ¶Reſpexit dominus, vt recordaretur Petrus, quia miſericordia ad pœnitentiam uocat.
†Et conuerſus dominus rẽſpexit Petrum. †Et recordatus eſt Petrus uerbi domini, †ſicut dixerat, quia priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amare. Et uiri, qui tenebant ilium, illudebant ei cędentes. †Et uelauerũt eum & percutiebant faciem eius: & interrogauerunt eum, dicentes: Propheتiza: Quis eſt qui te pcuſſit? Et alia multa blaſphemãtes dicebant in eum.
a ¶Vide quam ſollicιti in malo, tota nocte uigilauerunt vt facerent homicidium.
Et ut factus eſt dies† conuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotum & ſcribæ: & duxerunt illum in†cõcilium ſuum dicẽtes: †Si tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, non credetis mihi. Si autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi, neq; dimittetetis.
a ¶Ego, quem vt hominem deſpicitis, per ſupplicium crucis ero exaltatus, & habẽs nomen qđ eſt ſuper oẽ nomen.
Ex hoc*autem erit filius hominis ſedens a dextris uirtutis Dei.
a ¶Cum infirmus appaream.
Dixerũt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: * Vos dicitis, quia ego ſum.
a ¶Quod ſe Chriſtum & filium Dei dicat.
At illi dixerunt: Quid†adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius.

*eum pcuteret. & non ſolum illudebãt, ſed ẽt calumnioſe interrogabant.*

d Si tu es Chri. *quia ſi reſpondiſſet, ſic ſtatim impoſuiſſent, quod uoluiſſet ſibi vſurpare dignitatem regiam contra Cæſaris ordinationem, qui dignitatem regiam a Iudæis abſtulerat, ſicut dictum fuit ſupra. iij. cap. Si autem dixiſſet, non obieciſſent contra eum de redargutione, quia pluries uerbis & factis dixerat ſe eſſe Chriſtum. unde Io. x. e. Dicentibus ei Iudæis, Si tu es Chri. dic n. pa. Reſpondit eis Ieſus, Loquor uobis & non creditis, opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me. ideo ſequitur,*

f Si uo. di. *ſicut & alias non credidiſtis nec verbis meis nec factis.*

g Si au. & in. non re. *ſicut cum alias petiuerat ab eis de Chriſto quomodo ſit filius Dauid, nõ reſponderũt, & in pluribus alijs eius quæſtionibus ſimile inuenitur.*

h Ne. di. *quia obſtinationem ſciebat eorũ.*

i Ex h. au. *i. poſt paſſionem meam & reſurrectionem.*

k Erit fi. h. ſe a d. uir. d. *qđ impletũ eſt in aſcenſione Chriſti. ſcđm qđ dicitur Mar. vl. d. Et dominus qdem Ieſus poſtq̃ locutus eſt eis aſſumptus eſt in cęlũ, & ſedet a dextris Dei.*

l Di. au. cẽs. *Mat. xxvi. f. dicitur q ſummus ſacerdos hoc dixit. dicendum q ille dixit primo & principaliter, & ideo Mat. ipſum ſolum exprimit. alij aũt conſequenter idem dixerunt, uolentes ex hoc concludere condemnationem Chriſti fore iuſtam.*

m Tu er. es fi. d. *hoc nõ ſeq̃batur ex dicto p̃cedẽti, qa dixerat,* Erit fi. ho. *uerũtamẽ quia hoc erat verũ, noluit negare nec etiam affirmare, ne aperiret locũ calũnię, ſed reſpõdit:*

n Vos di. quia e. ſ. *quod uerbum erat verũ, & taliter prolatum, qui calumniam non haberet ſecundum ueritatẽ, ſed tantum ſecundum Iudæorũ maliciã, ex qua concluſerunt,*

o Quid a. de. te. *q. d. conuictus es proprio verbo. unde ſubditur:* Ip. e. a. de o. e.

## MORALITER.

✱ c *Et ut fact. eſt.* Exponatur ſicut Mat. 27. & Mar. 14.

e *Et ait il.* Hoĩes enim in malis obſtinati veritatem dicẽtibus non credunt, nec interrogati de veritate reſpõdẽt, nec ad bonã p̃ſuaſionẽ a nequitia ſua ceſſant. & tales erant iſti. Reſiduum huius capituli exponatur ſicut Mat. 26. & Mar. 14.

In ca. 22. vbi dicitur in poſtil. Quia iſte modus capiendi Chriſtum per ſuum diſcipulum videtur magis poſſibilis.

### ADDITIO I.

*Modus capiendi Chriſtum per ſuum diſcipulum non ſolum videbatur Phariſæis magis poſſibilis & ſecretus, ſed cum hoc erat magis conueniens ad ſubuertendum populum, quem Phariſæi maxime timebant in captione Chriſti. vnde Mar. xiiij. a. Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. vnde ex hoc quod diſcipulus Chriſti aſſociabat capientes, erat populo magis perſuaſibile, quod Chriſtus eſſet ſeductor, ſeu maleſactor & huiuſmodi.*

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis.

### ADDITIO II.

*Prout doctores dicunt, contra naturam eſt ſudare ſanguinem: nec in libris medicorum, qui de iſtis corporalibus paſſionibus tractant, vt credo hoc inuenitur. vnde tenendum eſt, quod fuit ſupnaturale & figratiuũ. Nãſicut Aug. dicit ſignificabat de corpe ſuo emanatura martyria*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et ui. *hic cõſequẽter deſcribitur Chriſti cõprehẽſi illuſio, cũ dicitur.*

b Pro. *Per hoc. n. deſignabãt, q eſſet falſus propheta, cũ ignoraret quis eum*

## GLOS. ORD. CAP. XXIII.

ET *ſurgens &c.* Sequitur,

b *Duxerunt illum.* Tradiderũt Romanæ poteſtati, ut eo mõ Iudæi ab ei⁹ ĩterfectiõe alienos ſe eẽ oñderẽt, ĩ quo nõ eorũ ĩnocẽtia, ſed ĩſania mõſtraẽ.

Pilatus autem

## NIC. DE LYRA. CAP. XXIII.

ET ſur. o. m. *Poſtquã deſcripta eſt Chriſti cõprehẽſio per maliciam Iudęorũ, hic cõſeq̃nter deſcribitur eius occiſio p executionẽ gentiliũ. vbi primo deſcribitur ſollicita examinatio. Secũdo iniqua cõdẽnatio, ibi: Pilatus aũt interrogauit. Tertio impia occiſio, ibi: Et cũ ducerẽt eum. Quarto* deuota tumulatio. ibi: Et ecce vir nomine Ioſeph. *Circa primum primo deſcribitur examinatio coram Pilato præſide. ſecundo coram Herode. ibi: Pilatus autem. Circa primum dicitur,*

p Et ſur. om. mul. eo. du. il. ad pi. *qui erat ibi præſes loco Romanorum.*

q Cœ. au. ac. il. *& hoc de tribus. Primo de auerſione populi a lege Moyſi ſeruanda, cum dicitur: Hunc inuenimus ſubuertentem gentẽ noſtrã. Scđo, q per doctrinã ſuã impediret populũ ſuum reddere Cæſari tributũ. & hoc notatur cũ dicitur: Et prohibẽtẽ. Tertio q volebat ſibi uſurpare regnũ Iudæorũ, iõ ſequitur: Et dicẽtẽ ſe Chriſtũ regẽ eſſe. primũ aũt erat manifeſte falsũ: qa nõ venit ſoluere legẽ, ſed adimplere, vt habetur Mat. v. b. & legem Moyſi vſque ad mortẽ ſeruauit, vt declaratũ fuit ibidẽ. Similiter ſecundum, quia*

## CAP. XXIII.

ET ſurgens omnis multitudo eorũ duxerunt illũ ad Pilatum.
¶Impij nihil veriſimile quod obijcere poſſent, inuenerunt. Et ideo ſicut Marcus ait: Non erant conuenienti a eorum teſtimonia.
Cęperunt autem illum accuſa



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Pilatus a.* Cū duo obiecta fuerint.ſ. ꝙ & tributa reddi prohi-
E beret, & ſe Chriſtū diceret, Pilatus potuit audire qđ de tribu-
Supr. 20.d tis dixerat, Reddite q̄ ſunt Cæſaris, Cæſari. & inde hoc quaſi apertū mendaciū nihil pendēs, ſolū quæ neſciebat, quæſiuit.
b *Tu dicis.* Eodem uerbo, quo principibus ſacerdotum, reſpondet & præſidi, ut propria ſententia ambo condemnentur.
c *Nil inue.* Pridie quam pateretur dominus ait diſcipulis, Venit pricēps mūdi huius, & non habet in me quidquā.
Ioan. 14.d Sed quia princeps i. Pilatus eum abſoluit, in quo nihil dānationis inuenit, uide quid agāt Iudæi, qui nō æq̄tatis amore uerū inueſtigant. ſed inuidiæ ſtimulo iuſtum damnare laborant.
d *Cō.po.* Non illū, ſed ſe accuſant. Docuiſſe enim populum, & a priſtina torporis ignauia docendo commouiſſe, talique actu a Galilæa uſque ad Iudæā, i. totā ꝓmiſſiōis terrā, a fine uſq; ad finē pertrāſiſſe, nō criminis, ſed indiciū eſt uirtutis. Deniq; Pilatus nec interrogādū ſaluatorē de hoc ratus, ſđ magis nacta occaſiōe, liberū ab eo iudicādo cupit reddere. Vñ ſeqr̄, Pilatus autem.
e *Et ut cogno.* Ne cōtra inſontē, & quē traditū p inuidiā nouerat, ſniam dare cogeret, Herodi mittit audiendū, ut a ſuo tetrarcha uel abſolueretur, uel dānaretur, ſed ne qua Iudæis excuſatio remaneret, Herodes quoq; q natu & religione Iudæus erat, quid de Chriſto ſenſerit oſtēdere pmiſſus eſt, vt utraq; regio, & Iudæa, in qua Chriſtus natus, & Galilæa, in qua nutritus erat, in eius necem conſpiraſſe monſtrentur.
f *At ipſe ni.* Tacuit & nihil fecit, qa &
†illo Herodis incredulitas non merebatur videre diuina, & dñs iactantiam declinabat. Significātur aūt in Herode oēs impij, q nō creduut legi & ꝓphetis, &
F in euangelio Chriſti opera videre nō poſſunt. Principib. ergo ſacerdotū accuſantib. apud Pilatū pauca, apud Herodē nulla reſpōdet, ne crimē diluens dimiſſus a principe crucis vtilitatē differret. Et iō iuſtū erat, vt Pilato q inuitus ſniam ferebat, ex aliqua parte rñderet, Herodi vero & cæteris q ꝯtra legē
† intentæ, acriter innoxiū dānabāt, ſicut indignis nihil dicit. Vbi uero tacet, quaſi pro grege agnus immolādus patiētiā pſtat, vbi reſpondet, quaſi paſtor ꝓ ouibus contra lupos & latrones pugnat.
g *Et il.in.ue.* Quod in alba ueſte ſpernitur & illuditur, ſignificat ꝙ pro totius mundi peccatis in carne caſta immolatus agnus eſt paſſus & ſepultus, Quod hic al-
Quare Chriſtus in alba veſte illuſus. ba, iuxta alios euangeliſtas purpurea vel coccinea veſte illuditur indutus, ſignat geminum martyrii genus, quo in paſſionibus eccleſia adornatur, vt ſit candidus actione, rubicundus ſanguine. Ipſe enim membrorum floſculus vernans, in pace lilia gignit, bello roſas.
h *Et re.ad pi.* Ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur, & ſi uterque reum non pronunciat, alienæ tamen iniquitatis ſimulis obſequitur.
i *Et fa.ſunt a.* Nefandum fœdus, quod Herodes & Pilatus in occidendo Chriſtum pepigerunt, ſucceſſores eorum hæreditario iure cuſtodiunt, dum Iudæi & gentiles, ſicut genere & religione, ita mēte quoq; diſſidētes, in Chriſtianis tamen perſequēdis, & fide Chriſti pimēda cōſentiūt. In typo Herodis & Pilati q p Ieſum amici facti ſūt, Iudęorū gētiūq; figura ſeruat̄, vt p paſſionē Chriſti vtriuſq; populi cōcordia facta ſit vē-
tura ita

re dicentes: Hunc inueuimus ſub-
a ¶ Cum ipſe dixerat, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.
uertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & di-
a centem ſe Chriſtum regem eſſe. †Pilatus autem interrogauit †eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille
b reſpondens ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum &
c turbas: Nihil inuenio cauſæ in hoc b c
homine. At illi inualeſcebant, dicen- d
d tes: Commouit populum docens e
per uniuerſam Iudæam, †incipiens f
a Galilæa uſque huc. Pilatus autem g
audiens Galilæam, interrogauit, ſi
e homo Galilæus eſſet. Et ut cognouit, quod de Herodis† poteſtate eſ-
ſet, remiſit eū ad Herodem, qui & h
ipſe Ieroſolymis erat illis diebus.
Herodes autē uiſo Ieſu gauiſus eſt i
ualde. Erat enim cupiens ex multo
tēpore uidere eum, eo quòd audie- k
rat multa de †eo: & ſperabat ſignū l
aliquod uidere ab eo fieri. Interroga- m n
bat autē eum multis ſermonibus.
a ¶ Melior eſt cauſa quæ non defenditur, & probatur. Suſanna tacuit & uicit.
¶ Accuſatur & tacet, qui defenſione non indiget, ambiunt defendi qui timent vinci. nec accuſationem confirmat tacendo, ſed deſpicit non refellēdo.
¶ Sed ne his aliquid dicit.
f At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem principes ſacerdotū &
a ¶ Spreuit Herodes & exercitus ut omnes in eadem culpa pares monſtrentur.
Scribæ† cōſtāter accuſantes eū. Spre- o
uit aūt illū Herodes cū exercitu ſuo
g & illuſit indutū ueſte †alba, & remi- p q
i ſit ad Pilatū. Et facti ſunt amici He- r

NICOLAVS DE LYRA.

¶ cundum, quia Iudæis quærentibus, Licet nobis cenſum dare Cæſari an non? Reſpondit. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, vt habetur Matt. xxij.c. Similiter tertium, quia cum Ieſus ſciret turbas venturas vt eū raperent & facerent ſuper ſe regem, fuit, ut habetur Io. vi.b. Pilatus autē de primo nō curauit, qa gentilis erat: & ideo de lege Moyſi nō curabat. ſecundū reputabat falſum, qa reſpōſionē Chriſti audierat per relationē de tributo Cæſari reddēdo, vt prædictū eſt. ſed de tertio inquiſiuit, quia uidebatur eſſe contra dominū ſuum. vnde & Iudæi corā eo dixerunt: Nō habemus regē niſi Cæſarē, Io. xix. b. & ibidem dicitur: Omnis enim qui ſe regem ſe regem facit, contradicit Cæſari. Chriſtus autem ſe regem eſſe non negauit, neque affirmauit: ſed medio modo reſpondit dicens: Tu dicis. Veruntamen expreſſit, quod ſi eſſet rex, regnum eius non eſſet de hoc mundo, vt habetur Io. xviij. f. Et quia Pilatus & imperator dominus ſuus non curabant niſi de regno terreno, ideo Pilatus habuit Ieſum excuſatum dicens: G
b Ni.inue.cau. *ſ. criminis uel mortis.*
c In hoc ho. At illi inua. *vt clamoribus obtinerent, quod ratione non poterant.*
e Commo.pop. *quaſi dicerent: turbauit pacem communem.*
f Inci.a Galilæa, *volebant enim eum notare, quod eſſet ſimilis Iudæ Galilæo, qui tempore natiuitatis Chriſti inducebat populum ad rebellandum imperatori Romano, dicens eſſe illicitum Iudæis profiteri aliquem dominum terrenum, ſed ſolum Deum, vt habetur Act. v. g. Ante hos dies extitit Iudas Galilæus, qui auertit populum in die profeſſionis. Sed Pilatus hoc falſum reputauit, eo quod audierat Chriſtum dixiſſe, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. per hoc oſtendens quod poterant eſſe ſubiecti non ſolum Deo, ſed etiam temporali domino.* †Matt. 27. b Marc. 15. a Ioan. 18. f †illum †confeſſ. ſupra 20. d
g Pila.au. *Hic conſequenter ponitur examinatio Chriſti coram Herode. Pilatus autem audiens, quod Ieſus eſſet de Galilæa, remiſit eum ad Hero. tum ut Herodi deferret, tum quia credebat, quod libenter liberaret hominem, qui eſſet de terra ſua, & maxime innocētem. Sciendum etiam, quod licet Chriſtus fuerit in Bethleem natus, vt dictū eſt ſupra ij. ca. tamen dicitur hic de Galilæa, quia fuit ibi nutritus & conuerſatus.* †ditione
h Qui & ipſe Ieroſo. erat his die. *ſ. paſchalibus, propter ſolennitatem, quia Iudæus erat. Pater enim ſuus fecit ſe circumcidi, tranſiens ad ritum Iudaiſmi, ſecundum quod dicit Ioſephus.*
i Herodes autem uiſo Ieſu gauiſus eſt. *non propter deuotionem, ſed propter curioſitatem. ideo ſubditur.* H
k Eo quod au. mul. de eo. *ſ. de miraculis eius & doctrina.*
l Et ſpe.ſig.al. *i. mirabile factum.*
m Vi.ab eo fi. *Sperabat etiam ab eo audire quędam curioſa & inſolita. ideo ſubditur.*
n Inter.au.eum mul. ſer. *Ieſus autem in conſpectu eius noluit aliquod ſignum facere, tū quia Herodes erat indignus, cum moueretur ex curioſitate, vt dictum eſt, tum quia Ieſus voluit oſtendere, quod prædicator verbi diuini non debet coram principibus oſtentationem ſuam quærere, & eiſdem rationibus non reſpondit eius interrogationibus.* †ſplendida
o Spreuit autem illum Herodes. *reputans eum idiotam & fatuum.*
p Et illuſit indutum ueſte alba. *ſic enim illudebatur tunc fatuus.*
q Et re.ad pi. *vt eum honoraret, ſicut & Pilatus ei detulerat.*
r Et fa.ſ.a. *propter mutuam reuerentiam factam, vt dictum eſt.*
¶ Nam antea

MORALITER.

✱ a *Hunc inuenimus ſubuer.gen.no.* Iſta contra Chriſtum propoſita erant ſimpliciter falſa, propter quod Pilatus reſpondit.
b *Nihil inue.cau.in hoc ho.* Sed hic eſt modus iniquorum, quod per mendacia quærunt condemnationem iuſtorum. Ex hoc etiam patet, quod aliquando iuſtius agitur in curia laicali quam in clericali. Principes enim ſacerdotum Chriſtum condemnauerunt tanquam mortis reum, quem Pilatus pronunciat innocentem & iuſtum. & ſic hodie fit in pluribus locis, quod homicidæ notorii, qui per ſecularem iudicem ſuſpenderentur, per eccleſiaſticum iudicem in magnum populi ſcandalum liberantur.
d *At illi in.* ſic faciunt maligni quærentes obtinere per clamorem quod non poſſunt per rationem.
i *He.au.* per hoc autem quod Chriſtus coram Herode inceſtuoſo & homicida noluit facere miraculum, nec ſuis interrogationibus reſpondere, ſignificauit, quod tales digni non ſunt opera videre diuina, nec eius habere reſponſa.
o *Spreuit autem il.he.* ſic hodie ſectatores Chriſti a malis hominib. ſpernuntur, quod ab eis fatui reputantur.
r *Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus*, hoc fuit ſignum, quod Iudæorum principes & Romanorum conuenirent in perſecutione Chriſtianorum. Cætera exponantur ſicut Matthęi. xxvij. & Marci. xv. uſque ibi:
✱ *Filiæ Ieruſalem*



tura, ita tamen vt Gentilis prius capiat regnum Dei, & ad Iu-
A dæos fidei ſuæ deuotionē trāſmittat, vt illi quoque gloria maieſtatis ſuæ corpus veſtiant Chriſti, quem ante deſpexerant.
Pilati ſtudium in dimittendo Chriſtum. a *Obtuliſtis.* Quantum ſtudium dimittendi Ieſum Pilatus habeat, attende. Primo illis accuſantibus dicit ſe nihil cauſæ in eo inueniſſe, deinde tamē in incępto perſiſtentibus mittit ad herodem, vt exploret, an ille aliquid ſceleris in eo inuenire poſſit, an dimittendum decernat. Deniq; herodis agnita voluntate, nec inuento in Ieſu facinore, plebis ſententiam quærit, cui vnum in paſcha oportet dimitti. Iterum etiam tertio volens dimittere, interrogat. Sed quanto curioſius dimittere quærit, tanto criminoſiores ad mortem eius inuenit.
b *Sed neque herodes.* Ad exprobrandam duriciam Iudæorum vel Gentilium fatetur Pilatus, nec ſe, nec Herodem aliquid in occidendo Chriſto & illudendo inueniſſe, ſed alienæ crudelitatis clamoribus obtemperaſſe.
† Correptum, Caſtigatum. c *Emendatum ergo &c.* Pilatus abſoluit Ieſum quem probat inſontem, ſed vt
†Matt. 27. b. Mar. 15. a implerentur ſcripturæ, abſoluit quidem iudicio, quem tamen crucifigit myſterio.
d *Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam.* Quia pro Ieſu latronem, pro ſaluatore interfectorem, pro datore vitæ ademptorem elegerunt, merito ſalutem perdiderunt & vitam, & latrociniis & ſeditionibus intantum ſe ſubdiderunt, vt & patriam, regnumque, quod Chriſto prætulerant, perderent & hactenus libertatem animæ vel corporis quā uendiderant, non reciperent.
e *Barrabam &c.* Barrabas qui filius magiſtri vel patris eorum interpretatur, ipſe eſt Antichriſtus, quem illi Chri-
B ſto præferent, quibus dicitur: Vos ex
Ioan. 8. f patre diabolo eſtis. Pilatus os malleatoris interpretatur, diabolum ſignificat, qui eſt malleus uniuerſæ materiæ per quem Deus vaſa probare permittit, & tandem conterit, cum in extrema damnatione confringit.
f *Crucifige, crucifige eum.* Magna crudelitas, non ſolum occidere, ſed crucifigere quærunt, vt manibus & pedibus ad lignum confixis, producta morte
*& principum ſacerdotum. necaretur, ne dolor citius finiretur, & vt in cruce diu videretur.
g *Corripiam ergo & illum dimittam.* Hāc correptionem deridendo & flagellando nefandorum deſiderijs exhibuit, ne vſque ad crucifigendum ſæuirent. Quod & verba Iohannis euangeliſte, & ipſa columna teſtatur, ad quam ligatus fuit dominus, quæ vſque hodie dominici ſanguinis cernentibus certa ſigna demonſtrat. Sed licet Pilatus hoc agat, inſatiabilis tamen ſa-
† Agro, rure. crilegorum furor non ceſſat, ſed magis inſtat, quia accuſationem, quam contra dominum detulerant, ſollicita Pilati interrogatione viderant euacuatam. Tandem impudici ad ſolas preces ſe conuertunt, ut quod criminando vel quaſi ratiocinando nequiuerant, iam poſtulando & uociferando & perficiendo perficiunt.
h *Dimiſit autem illis eum, qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat. &c.* Autor ſeditionis & homicidiorum Iudæis dimittitur, id eſt diabolus, qui ob culpam a lucis patria depulſus, & in tenebrarum carcerem fuerat miſſus. & ideo pacem habere non poſſunt, quia pacis autorem non elegerunt.
i *Apprehenderunt Simonem quendam Cyrenſem uenientem.* Primo dominus crucem portauit, ſed poſtea impoſita eſt Simoni:
1. Pe. 2. d quem exeuntes obuiam habuerunt. & hoc congrue: Chri-
Marc. 16. d ſtus enim paſſus eſt pro nobis, vt ſe. ve. e. Qui vero eum vult ſequi, tollat crucem ſuam & ſequatur. Quia vero Simon non Iſraelita, ſed Cyreneus erat, per eum Gentiles deſignantur, prius peregrini & hoſpites teſtamentorum, ſed nunc in fide
Ephe. 2. d ciues & domeſtici Dei & cohæredes Chriſti. vnde & Simon obediens
obediēs Cyrenæ hæres interpretatur Sed Simō venit de villa. i. de pago, a quo pagani, q a ciuitate Dei alieni vrbanę ſūt C Pagani unde.
conuerſationis

NICOLAVS DE LYRA.

rodes & Pilatus in ipſa die.† nam an- a
tea inimici erant ad inuicem. Pilatus b
autem conuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratibus & plebe, di-
a xit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertētem populum & ecce ego corā uobis interrogans, nullum cauſam inuenio in homine iſto, ex his, in quibus eum accuſatis.
b Sed neq; Herodes. Nam remiſi uos c
ad illum: & ecce nihil dignum mor- d
¶ Flagris & ludibriis quantum iubetis afficiam, dummodo ne ſitiatis inoxium ſanguinem.
c te actum eſt ei. †Emēdatum ergo il- e f
¶ Non imperiali legis ſanctione, ſed annua gentis cui per talia gaudebat placere deuictus conſuetudine.
lum dimittam. †Neceſſē autem ha- g
bebat dimittere eis † per diem feſtū
¶ Data optione eligendi quem vellent, quia pontifices excitauerant turbam, ut magis peterent Barrabam.
unū. Exclamauit autem ſimul uni-
d uerſa turba dicens: † Tolle hunc, &
e dimitte nobis Barrabam. Qui erat propter ſeditionem quandā factam in ciuitate & homicidiū miſſus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad illos, uolens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabāt dicentes.
f Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iſte? Nullam cauſam mortis
g inuenio in eo. Corripiam ergo, & † illum dimittā. At illi inſtabant uocibus magnis, poſtulantes ut crucifigeretur: & inualeſcebant uoces eo-
a ¶ Videns quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret. ¶ Iudex nec inuidiæ cedere debuit nec timori.
rum. *Et Pilatus adiudicauit fieri pe-
h titionem eorum. † Dimiſit autem illis eum, qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Ieſum uero tradidit uoluntati eorum. † Et cum h
i ducerēt eum, apprehēderunt Simo-
a ¶ A Cyrene, quæ eſt ciuitas Helchiæ.
nē quēdā Cyrēnenſem uenientē de †uilla, & impoſuerūt illi crucē †por-

a Nam antea inimici erant ad inuicem: *propter Galilæos, quos Pilatus occiderat, miſcens ſanguinem eorum cum ſacrificiis, ut dictum eſt ſupra decimotertio capit.* *Inter ſeſe
b Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum &c. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti condemnatio iniuſta. Vbi primo declaratur Chriſti innocentia ex triplici confeſſione iudicis cauſam examinantis, & etiam ex allegatione Herodis, qui ipſum non condemnauerat. Iudæi autem econtrario contra verba iudicis ter reclamauerunt, vt obtinerent per importunitatem clamoris, quod non poterant via rationis. propter quod Pilatus finaliter declinauit a iuſticia, condemnans ad mortem innocentem Ieſum: Inclinatus ad hoc ex populi fauore, quem quærebat, & Cæſaris timore, cuius indignationem formidabat, eo quod dixerant Iudæi in conſpectu ſuo: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, ut habetur Iohann. xix. b. Et ex dictis patet litera paucis exceptis, quæ exponentur. Nam remiſit illum ad nos, id eſt ad noſtrum iudicium. Libri antiqui & correcti ſic habent:* † Singulis feſtis. †Io. 18. g Act. 3. c
c Nam remiſi uos ad illum. *ſcilicet ad Herodem, vt patet ex dictis. & litera ſequens conſonat, cum dicitur:*
d Et ecce nihil dignum morte actum eſt ei: *ſcilicet coram Herode.*
e Emendatum ergo: *id eſt uerberatum.*
f Illum dimittam. *liberum a morte. Sed contra hoc videtur, quia Pilatus ſciebat ipſum eſſe innocentem, quomodo igitur volebat ipſum iniuſte verberare? Dicendum, quod volebat facere, vt Iudæi videntes hanc flagellationem, ſatiarentur hac pœna, & ceſſarent a morte Ieſu quærenda.* D † alias eū,
g Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum unum &c. *quia in nocte paſchæ angelus domini ſaluauit Hebræos, & percuſſit primogenita Aegyptiorum: & ideo in memoriam huius beneficij in ſolennitate paſchali ſaluabant vnum propinquum morti, & aliquos condemnatos ad mortem interficiebant, ad repræſentandum ſaluationem Hebræorum & interfectionem Aegyptiorum. Et iſtam conſuetudinem eis obſeruari impetrauerant ab imperatore Romanorum, ſicut fuerat obſeruata antequam Iudæa eſſet Romanis ſubiecta. Et hoc eſt quod dicitur:* Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum unum. *quia tenebatur obſeruare illud, quod erat conceſſum ab imperatore. Pilatus ſciens Ieſum innocentem uolebat eum liberare per hanc viā, proponens, quod non expediret eis dimittere, niſi Ieſum aut Barrabam: cuius liberationem credebat Iudæos nullo modo præeligere, propter nimiam ipſius maliciam. ſed ipſi nimio odio moti contra Chriſtum, præelegerunt Barrabam liberari, petentes Ieſum crucifigi, eo quod erat modus mortis aſperior & durior. Cætera patent.* Exo. 12. f †Mat. 27. a Mar. 16. a Io. 18. g †Mat. 27. d Mar. 15. b † Vt portaret.
h Et cum ducerent eum. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti impia occiſio, cum dicitur. Et cum ducerent eum ad crucifigendum, apprehenderunt Simonem &c. quia coegerunt eum ad portandum crucem, ut citius venirent ad locum crucifixionis, quia Ieſus videbatur nimis debilitatus ex afflictione præcedenti: & ideo quamuis Ieſus primo portaſſet crucem ſuam, tamen illi, qui eum ducebant, acceperunt eam & poſuerunt ſupra Simonem, ratione prædicta. Ille autem inuite portabat, tum quia hoc erat turpe, tum quia forſitan erat diſcipulus Ieſu, occultus tamen.*

 ¶ Sequebatur

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E conuerſationis ignari. Sed Simon pago egrediens, crucem portat poſt Ieſum, cũ popu i gentiũ paganis ritibus derelictis obedienter amplectuntur veſtigia dominicæ paſſionis.

*a Séque.au.il.mul.tur.* ſed nõ eadem mẽte crucẽ ſequiſ: Mali ſe quuntur vt moriẽtẽ læti aſpiciãt. Mulieres, vt quẽ viuere deſiderabant, moriturũ, moriẽtẽ, & mortuũ plorarẽt. Nec ideo inducitur ſolus mulierũ plãctus, q̃n & multi uiri dolerẽt, ſed qa fœmineus ſexus quaſi contẽptibilior, liberius poterat pſentibus principibus ſacerdotũ, qd contra eos ſenſerit oſtẽtare. Quia vero nouit dominus q ſunt eius, pтermiſſa furẽtis populi turba, ad amantes & plangẽtes ſe fœminas oculos & ora conuertit. (2.Timot.2.)

*b Quæ plang.& la. &c.* Triſtabantur de vita mortali, quæ morte erat finienda: non de cęcis qui medicum occidebãt. vnde ſubditur; *Conuerſus autem.* († Sap.3.c. Iſa.54.a. Gal.4.d.)

*c Fi.Ie.* Nota cum filias Ieruſalẽ uocat ꝙ non ſolæ quę cũ eo venerant a Galilæa, ſed etiam eiuſdem vrbis ciues & multæ mulieres adhæſerant.

*d Noli.fle.* Ne lamentemini me moriturum, cuius cito reſurrectio mortem ſoluere poteſt, cuius mors mortem & ipſum mortis autorem deſtruet. Vos potius veſtrãq; pgeniẽ dignis lachrymarũ fontib. abluite, ne cum perfidis damnemini in vltionem meæ crucis. († Humido. † Malefici.)

*e Ecce ue. dies.* Dies Romanæ obſidionis & captiuitatis. Naturale eſt imminente captiuitate, hoſtiliq; p agros vrbeſq; clade feruente, cunctos qui euadere queant, alta queque vel abdita refugia qb abſcondantur, requirere. Refert Ioſephus inſiſtẽtib. ſibi Romanis Iudęos cauernas mõtiũ colliũq; certatim petiſſe ſpelũcas, ita ut ſeipſũ teſteſ munitione quadã deſtructę vrbis Iotapetę in ſpeluncã cum xl. comitib. proditũ inuẽtũ, atq; ab hoſtibus captum. († Malefi-cos. Ioſephus de bello Iudai. lib.3.c.10.)

F

*f Cadi.ſu.nos.* Põt hoc ex ſupfluo intelligi de his qui in vtrolibet ſexu ſeipſos caſtrauerunt propter regnũ cœlorum qui dicũt mõtibus.c.ſ.n.& c.o.n. cum ſuæ fragilitatis memores ingruẽte tentationũ articulo ſublimium virorum, vel ipſa virginitate vel martyrio vel quacumque alia virtute quærunt exẽplis monitis præcibuſque defendi. (Matt.19.b †Mat.27.c Marc.15.c Ioan.19.d)

*g Quia ſi in ui.li.* Viride lignũ Chriſtus & ſui electi, aridũ impii & peccatores. vnde ait: Si ergo ego q peccatũ non feci, qui lignũ vitę merito appellatus, duodenos fructus gratiæ p ſingulos mẽſes affero, ſine igne paſſionis de hoc mundo non exeo: quæ tormenta manent illos, qui fructib ſunt vacui, inſuper & lignum vitæ flammis dare non timent? Et ſi nunc eſt tempus, ut incipiat iudiciũ de domo Dei, & omnes qui volunt pie uiuere in Chriſto perſequutionem patiuntur, quis finis eorum, qui non credunt euangelio?

*h Duceban.ãt.* Impletur qđ dictũ eſt: Et cũ iniqs deputatus eſt. In morte deputaſ cum iniqs, vt in reſurrectione viuificet iniquos: q pp hoĩes hõ factus, hoĩb. dedit ptãtẽ filios Dei fieri. (1.Timot.3. Iſai.53.d.)

*i Calua.lo.* Extra portã Ieruſalẽ erãt loca in qb. trũcabantur capita dãnatorũ, & dicebãſ loca Caluariæ .i. decollatorum. Ibi crucifigiſ, vt ubi erat area dãnatorũ, erigant vexilla martyrij. (Ioan.1.b)

*k Et la.&c.* Execrabilis in facto iniquitas Iudæorũ, quæ quaſi latronẽ crucifigit omnium redemptorem, bonus tamen in myſterio latro, q iſidiatus ẽ diabolo, vt vaſa eius auferret. Per illum q a dextris ſignificaſ mortificatio carnis p cœleſti gloria. p illũ q a ſiniſtris mortificatio carnis p aliqua mundi cã.

*l Ieſus au.* Quia Lucas Chriſti ſacerdotiũ ſcribere diſpoſuit, recte dñs apud Deũ p pſecutorib iure ſacerdotis intercedit, & latroni ꝯfitẽti paradiſũ pãdit: nec fruſtra orat, ſed p eis q poſt paſſionẽ eius crediderũt impetrat. Nõ p eis orat, q p inuidiã & ſupbiã filiũ Dei itellexerũt, negãt & crucifigũt, ſed p eis q Zelũ Dei hñtes, ſed non ſcđm ſciam neſcierũt quid fecerũt.

*m Diui.* De his Iohannes latius. Quadripртita veſtis ſignificat eccleſiã toto orbe quæ quatuor ptib. cõſtat diffuſam, oĩb. ptibus æqualiter .i. concorditer diſtributã. Tunica ſortita, omniũ partium ſignificat unitatem, quæ charitatis vinculo continet. (Ioan.19.c)

*n Sortes.* In ſorte Dei gratia cõmẽdata eſt. Sic quippe in uno ad omnes peruenit, cum ſors omnib. placuit, quia & Dei gratia in unitate ad omnes peruenit: & cum ſors mittitur, non p ſonæ cuiuſq̃ vel meritis, ſed occulto Dei iudicio creditur. G

*o Alios ſal.ſe.* Sua ſe ſnĩa damnãt, q etiã nolentes ꝙ alios ſaluos fecerit, cõfitentur. Poterat quidẽ ſe ſaluare, ſed quia ipſe Chriſtus Dei electus de cruce deſcendere noluit, nãq; iõ venit, vt pro nobis crucifigeretur, ideo ſe de cruce ſaluare neglexit, quia cum cęteris peccatoribus etiam crucifixores moriendo curauit ſaluare.

tare poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus dixit: Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos ipſas flete, & ſuper filios ueſtros. Quoniam ecce uenient dies in quibus dicẽt: † Beatæ ſteriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. † Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos, & collibus, operite nos. Quia ſi in † uiridi ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alii duo † nequam cum eo, ut interficerentur. Et poſtquam uenerunt in locum qui uocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum & † latrones: unum a dextris, & alterum a ſiniſtris. Ieſus autem dicebat: † Pater, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Diuidẽtes uero ueſtimenta eius, miſerũt ſortes. Et ſtabat populus † expectans & deridebant illum principes cum eis, dicentes: Alios ſaluos fecit, ſe ſaluũ faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, ſaluũ te fac. † Erat autẽ & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Gręcis

*p Illu.* Nota ꝙ Iudęi vocabulum Chriſti & filij Dei autoritate ſcripturæ ſibi traditum irrident. Milites vero ſcripturarum inſcii, non Chriſto Dei electo, ſed regi Iudæorum inſultant.

*q Et ace.off.* Acetum erant Iudæi, a vino patriarcharũ degenerãtes. Hoc aceto milites potant dñm, quem illorũ ſuggeſtioni morti tradunt.

*r Erat au.&c.* Hæ tres linguæ præ cæteris eminebant: Hebræa, pp Iudæos in lege gloriantes, Gręca, pp Gẽtiliũ ſapiẽtiã. Latina, ppter Romanos imperantes. Ergo velint nolint Iudæi, oẽ regnũ mũdi, oĩs mundana ſapientia, oĩa diuina legis ſacra teſtãtur, quod Ieſus eſt imperator credẽtium & cõfitẽtiũ. († Iſai.2.d Oſeæ 10.c Apoc.6.d)

*Hic eſt rex*

## NIC. DE LYRA.

a Seque.au.il.mul.tur. *quia aliqui ſequebantur eum ad ipſum crucifigendum, aliqui ad deridendum eum, & aliqui ad uidendum ſpectaculum, & aliqui ad plangendum, ſpecialiter mulieres deuotæ, quibus dixit:*

b Filiæ Ieruſa. &c. *quia non ſolum aliquæ de Galilæa ſequutæ fuerant ipſum, ſed etiam aliquæ de Ieruſalem ſibi adhæſerant per deuotionem.*

c Nolite flere &c. *non prohibet compaſſionem, ſed prædicit aliam luctus cauſam in obſidione Ieruſalem futura per Titum & Veſpaſianum. ideo ſubditur:* († Spectan.)

d Quoniam ecce di.ue. *ſ.xlij. anno poſt paſſionem Chriſti, in quo fuit dicta obſidio.* H

e Beatæ ſteriles. *quia agiliores erunt ad fugiendum quam grauidæ.*

f Et uen.qui non genue. *quia mulieres habentes pueros in obſidione fuerunt anxiatæ non ſolum pro ſe, ſed etiam pro pueris ſuis, & aliquæ præ famis anxietate proprios pueros comederunt, ſecundum quod dicit Ioſephus libro de Iudaico bello.*

g Tunc inci.di.monti.&c. *quia aliqui pre horrore miſeriæ, quæ tunc fuit in populo Iudæorum, dicebant, vtinam montes caderent ſuper nos.*

h Quia ſi in uiri.lig. hæc fa. *Chriſtus hic dicitur lignum viride faciẽs fructum, & per conſequens indignum abſciſione per mortem. populus autem Iudaicus hic dicitur lignum aridum infructiferum, & per conſequens dignum abſciſione per mortem & combuſtionem gehennæ, quæ eſt pœna extrema & maxima.*

m Pater di.il. non enim ſc. quid fa. *Erant enim ibi aliqui ſimplices & illiterati a ſacerdotibus Iudæorum decepti, qui perſequebantur Chriſtum zelo legis: & pro iſtis orauit Chriſtus. Alij autem erant literati, qui ipſum eſſe Chriſtum probabiliter nouerant: ſeu agnoſcere debuerant: ſed ex odio & inuidia fuerunt excæcati; & ipſum perſecuti ſunt uſque ad mortem: & pro illis non orauit.*

n Erat a.& ſ.&c. *qa iſtę erãt tres linguę prĩcipales, vt oẽs poſſẽt legere.*

Neque tu ti-

## MORALITER.

*b Fi.Ie.&c.* Sm ſenſũ literalẽ fletus ad quẽ induxit Chriſtus mulieres, fuit pp miſeriã p Romanos ſup Iudæos venturã. & illa miſeria fuit figura miſeriæ ſup incredulos vẽturæ p ſpiritus malignos: pro cuius euaſione flendum eſt & orãdũ ante terminũ huius uitæ.

*i Duce.au.& a.duo &c.* Hoc ad literam procuratum fuit per principes Iudæorũ, vt a vulgarib. Xps participaſſe videretur in crib. eorũ. & ſic ipſi viderentur iuſte mortẽ eius procuraſſe. Et ſic frequenter faciunt maligni q̃rẽtes operire ſuã maliciam per infamiã iuſti.

*K Et poſtq̃ ue.in lo.q u.Cal.&c.* Exponaſ ſicut Mat.xxvij. & Mar.xv.

*l Ieſus audi.&c.* Be. Neq; putãdũ eſt eũ hoc fruſtra oraſſe, ſed i eis qui poſt eius paſſionẽ crediderũt, ꝙ orabat impetraſſe. Notãdũ ſane, ꝙ non pro eis orat, qui quem filiũ Dei intellexerũt, crucifigere q̃ confiteri maluerunt, ſed pro eis, qui neſcierunt quod fecerũt, zelum Dei habentes, ſed non ſecundum ſcientiam. unde ſubdit:

*m Nõ.n.ſ.q.f.* Cętera exponanſ ſicut Mat.27. & Mar.xv. uſq; ibi,

*Vnus autem*



A *a Hic eſt rex Iu.* Titulus qui Chriſtum regẽ teſtatur, non infra, ſed ſupra crucem ponitur: quia licet in cruce hoĩs infirmitate dolebat, ſuper crucem tamẽ regis maieſtate fulgebat: & iõ immolato titulus eſt ſupra poſitus, vt cũctis legere .i. credere volẽtibus pateat, qa p crucẽ nõ pdidit, ſed corroborauit imperiũ.

*b Increpa.eum.* Ipſa increpatio futurũ crucis ſcandalum etiam circa credentes reuelat, quorum alij a dextris, alij a ſiniſtris.

*c Domine me.mei.* Magna gratia in hoc latrone eminet. Nullum membrum a ſupplicio liberum habet, præter cor & linguam. totum quod liberum habet offert: Corde credit, ore confiteſ. Fidem habuit qui regnaturum credidit, quem ſecum morientem uidit. Spem habuit, qui aditum poſtulauit. Charitatẽ firmiter tenuit, qui latronem & de ſua iniquitate arguit & vitam quam cognouerat ei prædicauit. Magna virtus, confitetur quem uidet humana infirmitate morientem, quẽ negabant apoſtoli, quem uiderant miracula diuina uirtute facientem. (Roma.10.b †Neque timens quidẽ tu.)

*d Amen dico ti.* Pulcherrimum affectandæ conuerſionis exemplum, ꝙ tam cito latroni venia relaxatur, & uberior quàm precatio. Semper .n. dominus plus tribuit quàm rogatur. Ille rogabat: Memẽ.m.&c. Dominus ait: Hodie mecum &c. Cito ignoſcit dominus, quia ille cito conuertitur. (†Mat.17.f Marc.16.c)

*e Et te.* Sol retraxit radios ne aut pendentem uideret dominum, aut ne impij blaſphemantes ſua luce fruerenſ. Et nota ꝙ ſexta hora .i. ſole receſſuro a centro mundi crucifigitur, diluculo .i. oriente ſole reſurgit, quia mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſur. prop.iu.n. Adam peccante poſt meridiem .i. inclinata luce fidei vox domini auditur. eodem igitur temporis articulo, quo tunc peccanti Adę obcluſerat, nunc latroni pœnitenti dominus paradiſum reſerat. (†Super. Roma.4.d) B

*f Velum tem.ſciſ.* Hoc expirante domino geſtum eſt, ſed Lucas prẹoccupat, uolens miraculum ſolis coniungere miraculo ueli. Scinditur autem uelũ, ut arca teſtamenti & omnia ſacramẽta legis quæ tegebantur appareant, & ad gentes tranſeant. Ioſephus ait: Virtutes angelicas præſides quondam tẽpli tũc pariter coclamaſſe: Fugiamus ab his ſedibus. (†Aduenerat.)

*g Pater in ma.&c.* Patrem inuocans, ſe filium Dei declarat. Spiritum commendans, non defectum uirtutis, ſed confidentiam eiuſdem cum patre poteſtatis inſinuat. Amat .n. dare gloriã patri, in quo nos informat, vt gloriã demus creatori. Commendat autẽm. iuxta quod alibi legitur: Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & ca. m.re. in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabit ſanctum tuum videre corruptionem. (†Mat.17.g Mar.15.d Ioan.19.g † Conſul. Pſal.15.c)

*h Videns au.cen.* Videns, ꝙ ita haberet poteſtatem mittẽdi ſpiritum, quod non habet niſi conditor animarum: ipſe qui crucifixerat, in ipſo paſſionis ſcandalo cõfitetur Dei filium, quẽ Iudæi poſt tot miracula credere renuerunt. Vnde per cẽturionem fides eccleſiæ deſignatur, quę velo myſteriorum cęleſtiũ per mortem Domini reſerato, mox iuſtum & Dei filium tacente ſynagoga confirmat.

*i Percu..pe.* Quod percutiunt pectora in ſignũ pnię & luctus dupliciter põt intelligi. Siue .n. cuius vitã dilexerãt, iniuſte occiſum dolebãt: Siue cuius mortem ſe impetraſſe meminerãt, hũc in morte amplius glorificatũ tremebãt. Sed quæcũq; cauſa pectus tũdere coegerit, uideamus diſtãtiã gẽtis & gẽtis. Gẽtiles, moriẽte dño Deũ timẽtes, apertæ cõfeſſionis voce glorificant. Iudæi percutiẽtes ſolũ pectora, ſilẽtes domũ redeũt.

*k Nomine Io.* Ioſeph per nobilitatem potentiæ ſecularis corpus accipere, per iuſticiam meritorum dignus eſt ſepelire.

*Hic ac-*

Hebraicis & Latinis: Hic eſt rex Iudæorum. Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus blaſphemabat eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac teipſum & nos. Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicens: † Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil † mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: † Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. † Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt † in vniuerſam terram uſque in horam nonam. † Et obſcuratus eſt ſol, & uelum templi ſciſſum eſt medium. Et clamans voce magna Ieſus, ait: † Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens expirauit. Videns autem centurio, quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: † Verè hic homo iuſtus erat. Et omnis turba eorum, qui ſimul † aderant ad ſpectaculum iſtud, & uidebant quæ fiebãt, percutientes pectora ſua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres, quæ ſequutæ erant eum à Galilæa hæc videntes. † Et ecce uir nomine Ioſeph, qui erat † decurio, & uir bonus & iuſtus (hic non conſenſerat cõſilio & actibus eorum) ab Arimathia ciuitate Iudææ,

a Forte & ille conuiciatus prius eſt, ſed repente conuerſus. Nec mirum ſi conuerſo cito ignoſcit, qui etiam inſultantibus ueniam dabat.

a Saltem hic deberes quærere liberationem.

a Vita eſt eſſe cum Chriſto, quia ubi Chriſtus, ibi regnum.

a Quando crucifixus eſt.

a Tenebræ effuſæ ſunt oculis perfidorum, vt fidei lumen reſurgeret.

Elongaſti a me amicum, & proxi.& n.m.a mi.

a Decurio eſt qui de ordine curiæ eſt, & officium curiæ adminiſtrat. b Quia & ipſe diſcipulus Ieſu, ſed occultus, uitans prius inimicicias Iudæorum: ſed in hoc extremo officio minus curat de illis.

Ipſa eſt Ramatha Helcanæ, & Samuelis ciuitas in regione Thamitica iuxta decapolim.

b Neq; tu times Deum qui in eadem damna.es. *q.d. licet homines non timueris, tamen debes Deum timere, maximè in articulo mortis, in quo tu es. ideo ſubditur:* C

c Qui in eadem damnatione es. *ſcilicet mortis.*

d Domine, me.mei. *Magna fides huius latronis, qui nec propter acerbitatem pęnę quam ſuſtinebat, nec ppter infirmitatem carnis quam in Chriſto videbat, confeſſionem ueræ fidei omiſit.*

e Cũ u.in re.t. *Manifeſte patet, ꝙ nõ loquebatur de regno tpali, ſed ęterno. iõ ſubditur:*

f Hodie me.eris in pa. *Non accipitur hic paradiſus p horto voluptatis, nec p cęlo empyreo, ſed pro fruitione beata quã habuerũt ſãcti patres in morte Chriſti, qui erãt in limbo detẽti ſtatim cũ eius aĩa deſcẽdit ad eos & eadem die illuc deſcendit anima illius latronis, facta particeps beatæ fruitionis.*

h In ma.tuas &c. *oſtendens ꝙ in articulo mortis maxime debemus recurrere ad Deũ.*

i Vidẽs au.cen. *qui erat cõſtitutus ad cuſtodiẽdũ Chriſtum in cruce quouſq; expiraſſet.*

k Quod fa.fue. *ſ. miracula in Chriſti paſſione facta, vt pote terræmotus, Petrarum ſciſſio, obſcuritas ſolis ſupernaturalis, & ꝙ cum clamore magno expiraſſet quòd non poterat fieri uirtute naturæ.* (†Abſurdi.)

l Glorific. Deum: *fidei confeſſione, dicens:*

m Vere hic ho.iuſ.erat. *Mat.xxvij.f. dicitur: Vere filius Dei erat iſte. Dicendũ ꝙ utrũque dixit centurio, ſed Matthæus expreſſit vnum, Lucas aliud, de altero tacendo.* († 26.q.6.c ſi presbyter. De conſe. diſt.4.c. baptiſmi. in princi.)

n Percu.pect ſua: *pœnitẽtes & dolẽtes de Chriſti perſecutione & iſti fuerunt qui a peritis decepti fuerant, ut prædictum eſt.*

o Stabant au.om.no.eius a lon. *Contrarium uidetur Ioan.xix.e. ubi dicitur. Stabãt iuxta crucẽ Ieſu mater eius & ſoror matris eius &c. Reſpondit Aug. ꝙ non erant immediate iuxta illum, propter turbam comprimentem, nec ita longe quin poſſent eum uidere: ideo poſſunt dici fuiſſe longe & prope diuerſis reſpectibus.* (De conſen. euang. li.3. c.21. in fin. tom.4. †Pſal.30.b De celeb. miſſa. c. in quadam) D

p Et ecce uir. *Hic deſcribitur deuota Chriſti tumulatio, quæ fuit ſolennis & pręcioſa, licet mors fuerit ignominioſa, prout de utroque fuerat prophetizatum per Iſa. ſicut plenius fuit declaratum Matt.xxvij.* (†Mat.27.f Marc.15.d)

q Decurio. *id eſt exiſtens de curia, ſcilicet præſidis uel Imperatoris.*

r Hic non conſenſe.con.& acti. eorum. *ſ. aliorum Iudæorũ Chriſtũ perſequentium.*

ſ Ab Arimathia. *Iſta eſt ciuitas quæ vocata eſt Ramatha, de qua fuit Helchana pater Samuelis ut habetur. 1.Reg.1.a.*

Qui expe-

## MORALITER.

*a Vnus au.de his qui pẽ.&c.* per iſtos duos ſignificantur illi, qui pro peccatis ſuis expiãdis cum Chriſto crucifigũtur, per profeſſionẽ in religione factam. Sed aliqui reuertũtur actu etſi nõ habitu, ad uitam ſecularem, de quibus dicitur. Nomen Dei per uos blaſphematur inter gẽtes: quia ſcandalizant ſeculares. Et iſti ſignificantur per latronem blaſphemantẽ. alii uero profeſſi, crucem pœnitentiæ per patientiam deuote ſuſtinent. & iſti ſignificantur per latronem Chriſtum confitentem, & eius gratiam poſtulantem. propter quod ſibi dicitur: (Roma.2.d)

*f Hodie me.eris in pa.* quia tales iam cum Chriſto ſunt per gratiam, & erunt per gloriam in futuro.

*g Erat au.fere ho.ſex.* Exponatur ſicut Mat.xxvij. & Marci.xv.

*h Pater, in manus tu.comm. ſpiritum meum.* In hoc docuit nos ſemper Deo commendare ſpiritus noſtros, quorum corpora quotidie tendunt ad mortem, & horam penitus ignoramus.

*i Videns au.cen. ꝙ fa.fue.&c.* Per hoc autem, ꝙ iſte Gentilis cõfeſſus fuit Chriſtum tam clare, ſignificata fuit glorioſa confeſſio Gentilium in eorum conuerſione, & duricia Iudæorum in infidelitate. Ambro. O duriora ſaxis pectora Iudæorum. Finduntur petræ, ſed horum corda durantur. iudex arguit, credit miniſter, proditor ſcelus ſuum a uoluntaria morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reſerantur: Iudæorum tamen auaricia immobilis atq; duricia manent orbe concuſſo. (Sup. Luc. li. 10. cap. 23. par. 10. t. 5.)

*p Ecce uir.* exponatur ut ſupra. Mat.xxvij & Marc.xv.

*Et dies*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Hic acceſſit &c.* Non apoſtoli, ſed Ioſeph iuſtus & conſtãs, & Nicodemus, in quo nõ erat dolus, ſepeliũt. Talis eſt etiam ſepultura Chriſti, quæ fraudem, iniquitatemq́; non habet. In quo obſtruitur tergiuerſatio Iudæorum. Nam ſi apoſtoli ſepe liſſent, dicerent non ſepultum, quem dixerunt raptum.

b *Syndon.* Ex ſimplici ſepultura dñi ambitio diuitũ condẽnat, q nec mor tui carere poſſunt diuitijs. Myſtice. In ſyndone mũda Ieſũ inuoluit, q pura mẽte eũ ſuſcipit. Hinc ẽt mos eccleſię hẽt, vt ſacrificiũ altaris nõ ſerico, non pãno tincto, ſed puro lineo celebraẽ.

*Myſtice*

c *Et po.eum.* Bñ ergo Xp̃s in monumẽ to iuſti cõdiẽ, vt hẽat filius hoĩs vbi re clinet caput, & iuſticiæ habitatione quieſcat. Bñ nouo, vt in nouitate vitæ qui Chriſtũ ſuſcipit, ambulet. nõ ſepe lit Chriſtũ, niſi q credit in Chriſtum.

d *In mo.ex.* ſolus dñs tumulo includiẽ, ut ſepultura illius & reſurrectio a no ſtræ fragilitate naturæ diſſimilis mon ſtretur. Sepultus eſt, ſed quandiu uo luit reſurrexit, ſed quando voluit.

e *In quo nõ.* Si in monumẽto vbi alius poſitus fuiſſet, poneretur, alius reſur rexiſſe fingeretur. In Petra exciſo, ne ſi ex multis lapidibus ædificatum eſ ſet, foſſis tumuli fundamentis, furto ablatus diceretur.

i *Et ſab.&c.* Mandatum erat, vt ſabbathi ſilentium a ueſpera G vſq; ad veſperam ſeruaretur. Ideo mulieres ſepulto domino, quandiu licebat operari, in vnguentis præparandis occupan tur, paraſceue vſq; ad ſolis occaſum, & tranſacto ſabbatho oc cidente ſole, ut mane venientes vngerent eum, quia ueſpere ſabbathi præoccupante iam noctis ar ticulo, monumentũ adire nõ poterãt.

qui expectabat & ipſe regnum Dei. a
¶Si ignotus eſſet, ad principem non accederet, nec corpus impetraret.
a hic acceſſit ad Pilatum, & petijt cor- b
b pus Ieſu: & depoſitum inuoluit ſyn- c
c d done, & poſuit eum in monumento d
e exciſo, in quo nõdum quiſquam po e
a ¶Paraſceue eſt ſexta feria, qua præparabantur neceſſaria ſabbato.
f ſitus fuerat. Et dies erat paraſceues, f
& ſabbatum illuceſcebat. Subſecutæ g
g autem mulieres, quæ cum ipſo ve-
nerant de Galilæa, uiderunt monu-
mentum, & quemadmodum poſi-
h tum erat corpus eius. Et† reuerten- i k
tes parauerunt aromata & unguen-
i ta. Et ſabbato quidem †ſiluerunt ſe- l m
cundum mandatum.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Qui expectabat & ipſe regnũ Dei. *nõ tpale & terrenũ, ſed cęleſte & æternum.*

b Hic acceſſit ad Pilatum. *erat.n.de curia, & propter hoc habebat maiorem acceſſum.*

c Et depoſitum inuol.ſyn. *i. panno lineo. Et ex hoc ordinatum eſt, q corpus Chriſti nõ conſecretur niſi ſuper pannum lineum.*

d Et poſuit eum in mon.exciſo. *i.in vno lapide concauato ſecundum quantitatem hominis, ne ſi ex pluribus lapidibus eſſet factum, poſſet dici a Iudæis quòd ſuffoſſum fuiſſet ſepulchrum, & corpus inde ſublatum.*

e In quo non.quiſquàm poſi.fue. *ne poſſet dici, q ille, qui prius ibi fuiſſet ſepultus, reſurrexiſſet, & non Chriſtus.* †Reuerſæ.

f Et dies erat paraſce. *i. feria ſexta, quæ dicitur paraſceues. i. præparatio: quia tũc præparabantur & coquebantur illa, quæ debebant comedi in ſabbato, ſecundum quòd præcipitur Exo.xvi. e.* †Quieuerunt.

g Et ſabba. illuceſce. *quia ſolennitas ſabbati incepit a ueſpere præcedentis diei.*

h Subſecutę au.mu. *quæ erant Chriſto deuotæ: vt niderent monumẽtũ, & qualiter redire poſſent ad vngendum corpus Chriſti ibi poſitum.*

i Et reuertentes. *ſcilicet a monumento.*

k Parauerunt aromata. *Hoc fecerunt feria ſexta, antequam intraret ſolennitas ſabbati, quandiu erat eis licitum aliquid emere & parare.*

l Et ſabbato quidem ſiluerunt. *id eſt ab operibus quieuerunt.*

m Secundum mandatum. *ſcilicet legis, quòd habetur Exo.xx.b.*

Gen.1.d & 2.a f *Et dies erat pa.&c.* Sexta die factus homo, ſabbatho quieuit Deus. Sexta ergo crucifixus pręparationis implet arcanũ. Sabbatho ſepulchro quieſcens, reſurrectionis expectat euẽtum. Sic nos in ſexta mundi ætate debemus pati pro domino. In ſeptima.i. quando morimur, corpus in tumulo, anima cũ dño poſt opera manet in qete, donec in octaua reſurgãt corpora.

g *Mulie.* Alijs notis Ieſu poſt depoſitum corpus recedentibus, ſolæ mulieres. quæ arctius amabant, officium funeris inſpiciebant, ut congruo tempore munus deuotionis ſuæ offerrent, expectantes quod Ieſus promiſerat, & ideo primæ viderunt.

h *Et re.* Inſpecta domini ſepultura reuertentes parant aromata & vn. qui lecta, audita, recordata paſſione domini, ad opera uirtutum, quibus Chriſtus delectetur, ſe conuertunt, & ſab F batho ſilent. Poſt ſabbathum cum muneribus uenturi ad Dominum, cum finita præſentis vitæ paraſceue in beata quiete gaudentes expectant tempus reſurrectionis, quo Chriſto occurrant cum redolentibus actionum aromatibus.

Et

## MORALITER.

✠ f *Et dies erat paraſceues.* Bed. Quòd autem Dominus ſexta die crucifixus, ſeptima in ſepulchro quieſcit, ſignificat quòd in ſexta mundi ætate nos pro domino pati, id eſt velut mundo crucifigi H neceſſe eſt: in ſeptimo uero, id eſt poſt mortem corpora quidem in tumulis, animæ vero cum domino requieſcunt. Vſq; nunc etiã mulieres ſanctæ, id eſt animæ humiles dilectione feruentes, paſſioni Chriſti diligenter obſequuntur.

## GLOS. ORD. CAP. XXIIII.

V*Na au.ſab.&c.* Vna ſabbathi idẽ eſt qđ prima ſabbathi.i. vna dies a die ſabbathi vel ſabbathorũ, q̃ nũc dñica dr̃. Quod valde mane mulieres ad monumẽtũ venerũt, magnus feruor charitatis q̃rẽdi & inueniẽdi dñm oſtendiẽ. Myſtice.

*Myſtice*

Exemplũ datur, vt illuminata fide, decuſſiſq; uitiorũ tenebris, ad ſacrũ corpus dñi accedamus. Nã ſepulchrũ figura eſt altaris, in quo celebratur myſteriũ corporis & ſanguinis dñi. Aromata, quæ deferunt odorẽ virtutũ, & ſuauitatẽ orationum, cum quibus altari propinquare debemus ſignificãt.

† Sabbathorũ, pro fundo diluc.

b *Lapidem re.* Reuolutio lapidis ſignificat reſerationem ſacramentorũ Chriſti, quę velo literæ tegebantur. Lex in lapide ſcripta eſt, cuius ablato tegmine Domini corpus mortuum non inuenitur, ſed viuum euãgelizatur: quia etſi cognouimus Chriſtum ſecundũ carnẽ, ſed iam nõ nouimus. Potuit autem

Exo.31.d

2.Cor.5.c

## CAp. XXIIII.

a qId eſt prima.
a V† Na autẽ † ſabbathi a
ualde diluculo venẽ b
rũt ad monumẽtũ
portãtes quæ para-
uerant, aromata*& c
b inuenerunt lapidẽ reuolutũ a monu

ter ſubditur, dies ſecundus & tertius. & ſic de alijs.

b Valde di. *Cõtrariũ uidetur Mar.xvi.a.ubi dicitur: Orto iam ſole. Dicendum q duplex eſt ortus ſolis. unus quando apparet primò lux eius.ſ. aurora. alius quãdo apparet ſol ſuper terrã. Marcus aũt loquitur de primò ortu, nõ de ſcđ ò. Vel põt dici, q quando mulieres receſſerũt de domo, erat ualde diluculo, ut dicit hic Lucas, ſed quãdo uenerunt ad ſepulchrum, incipiebat apparere ſol ſuper terram, ſicut dicit Marcus. quia locus ſepulchri erat extra ciuitatem Ieruſalem, ut habetur Iohan.xix.g.* Ortus ſolis duplex

c Et in.la.re. *quia angelus remouerat lapidẽ de oſtio monumenti, ut hẽtur Mat.xxviij.* †Mat.28.a Marc.16.a Ioan.20.a

¶ Et ingreſſæ

## MORALITER.

✠ a *Vna aũt ſab.&c.* Be. Iuxta intellectũ uerò myſticũ p hoc q mulieres ualde diluculo veniũt ad monumẽtum, daẽ nobis exẽplũ, diſcuſſis vitiorũ tenebris ad dñi corpus accedere. nã & ſepulchrum illud figurã dñici hẽbat altaris, in quo corporis myſteria nõ in ſerico, nõ in pãno tincto, ſed inſtar ſyndonis, qua eũ Ioſeph inuoluit, in lintheo puro dẽnt cõſecrari: vt ſicut ipſe verã terrenæ naturæ ſubſtãtiã morti p nobis obtulit ita & nos in cõmemoratione ipſius purũ de terræ germine cãdidũq;, & multimõ quaſi mortificationis gñere caſtigatũ linũ apponamus. Aromata aũt, q̃ mulieres deferũt, ſignificãt odorẽ virtutũ, & orõnũ ſuauitatẽ, qbus altari appropinquare dẽmus. Reuolutio ãt lapidis, inſinuat reſerationem ſacramẽtorũ q̃ tegebatur velamine literæ legis, quæ in lapide ſcripta fuit, cuius ablato tegmine corpus dñi mortuũ nõ inuenitur, ſed viuũ Euãgelizatur. quia etſi cognouimus ſm carnẽ Chr̃m, ſed iã nũc nõ nouimus. Qũo aũt poſito in ſepulchro corpore dñi angeli aſtitiſſe leguntur, ita & tempore cõſecrationis myſterij corporis Chr̃i aſſiſtere ſunt credẽdi. Nos ergo exẽplo deuotarũ mulierũ quoties myſterijs cęleſtibus appropinquamus, ppter Euãgelicam præſentiam ſeu propter reuerentiã ſacræ oblationis cum omni humilitate uultum declinemus in terram, nos eſſe terram & cinerem recolentes.

*Et quaſi cum ipſis

In Luc. in gl. ... 

✠ Et ecce

## NIC. DE LYRA. CAP. XXIIII.

V Na au.ſab. *Poſtquã Euãgeliſta deſcripſit ingreſſum Xp̃i in mũdũ p ſuã incarnationẽ, & eius pgreſſum p ſuã pdicationẽ: & egreſſum de mũdo p ſuã paſſionẽ, hic vltimo deſcribit eius regreſſum ad patrẽ p ſuã reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ. Et primo deſcribitur eius reſurrectio, ſcđ ò eius aſcenſio, ibi: Vos autẽ ſedete in ciuitate. Circa Chriſti reſurrectionẽ primò deſcribitur Chriſti reſuſcitati apparitio: ſecũdò, reſurrectionis probatio, ibi: Conturbati uero. Prima in tres: quia primo deſcribitur Chriſti apparitio facta mulieribus. ſecundo diſcipulis itinerantibus. tertio omnibus ſimul exiſtentibus præter Thomam. ſecunda ibi: Et ecce duo. tertia ibi: Dum autem hæc loquerentur. Circa primum notatur tempus apparitionis, cum dicitur:*

*Diuiſio*

Gen.1.a a Vna au.ſab. *i. prima die poſt ſabbathum: Eo modo loquendi, quo dicitur. Factum eſt ueſpere & manę dies unus. i. primus. vnde ibi conſequen*

ter



autem clauſo exire ſepulchro, qui clauſo exiuit utero.

A a *Mente con* Mẽte conſternanẽ, quia & lapidẽ immẽſę magnitudinis reuolutũ ſtupebãt, & corpus tã venerabile nõ inuẽtũ dolebãt. Sicut tẽtato in ſolitudine dño, expleta victoria angeli miniſtrabãt ei, ita mõ poſt deuictã mortẽ venerũt angeli, q nõ ſolũ verbo, ſed ẽt fulgenti habitu gl̃iã annũciãt triũphãtis. Et ſicut corpori ĩ ſepulchro aſtiterũt, ſic ẽt corpori cõſecrato in altari quotidie aſſiſtũt.

Mat.4.b

†Perplexę

b *Declinarent uul.* Nota q nec ſanctæ mulieres in terrã cecidiſſe, nec aliquis ſctõrũ in reſurrectione dñi proſtratus in terrã adorare legiẽ, vñ mos cępit in eccl̃ia paſchali tpe nõ flecti genua in orõne, ſed vultu ĩ terrã declinato orare. Exẽplo mulierũ, cũ appropinquamus myſterijs cęleſtibus, cũ gaudia ſupernorũ ciuiũ contemplamur, ad conſpectum angelorum debemus vultũ in terram humiliter declinare, nos terram & puluerem eſſe recolentes.

†Fulgurant.

c *Record.* Die tertia ſicut ex hoc loco habemus, inter diſcipulos ẽt fęminis quæ eũ ſequebanẽ, dñs reſurrecturũ ſe prædixit. Paraſceue hora nona expirauit, mane prima ſabbathi reſurrexit. Merito autẽ una die et duabus noctibus in ſepulchro iacuit, quia lucem ſuæ ſimplæ mortis (q̃ tñ in carne erat) tenebris duplæ noſtræ mortis, quæ in corpore erat & anima, appoſuit, & vtramq; noſtrã curauit. Si n vtramq; ſuſcepiſſet, nos a neutra liberaſſet.

†Mat.28.b Marc.16.b

d *Et re.* Sicut mulieres in monumẽto dñi ſtãtes, recordanẽ verborũ, q̃ de ſua diſpenſatione præfatus erat, ſic nos inter dominicæ paſſionis myſteria celebranda, non ſolum paſſionis, ſed & reſurrectionis debemus recordari

e *Nunci.* Sicut in principio mulier B autor culpę viro fuit, vir executor fuit erroris, ita nunc, quæ mortẽ prior guſtauerat, reſurrectionem vidit, & ne ppetui reatus opprobrium apud viros ſuſtineret: quæ culpam uiro transfuderat, transfudit & gratiam. Et quia conſtantiã prædicandi nõ habet inferior ſexus, ad exequendum infirmior, mãdaẽ uiris officium Euãgelizandi.

f *Et non cre.* Quod diſcipuli tarde credunt, nõ tã illorũ infirmitas quam noſtra futura firmitas fuit: nã illis dubitãtibus reſurrectio multis argumentis monſtratur, quæ dum legentes agnoſcimus, quid aliud quàm de eorum dubitatione ſolidamur?

†Mar.16.b †Simul cũ ſperarent. Ioan.20.a

g *Petrus au.ſur.&c.* Ioannes cõmemorat, q & ipſe & Petrus ſimul cucurrerunt, & q Petro intus introeunte in monumentum, & vidente lintheamina & ſudarium, ipſe Ioannes inclinãs ſe uidit lintheamina, nec introiuit. Sed intelligendum eſt Petrum primo procumbentem vidiſſe quod Lucas commemorat, Ioannes tacet. poſt uero ingreſſum, vt diligentius interiora dignoſceret, ingreſſum tamẽ antequam Ioannes intraret.

h *Stadio.ſe.* Stadium eſt octaua pars miliarij, & ideo ſexaginta ſtadia. vij milia paſſuum & quadringentos ſignificat. Quod ſpacium eis congruit, qui de morte & ſepultura domini certi gradiebantur, de reſurrectione dubij. Nam reſurrectionem q̃ poſt ſeptimam ſabbathi facta eſt, octauo numero continere nullus ambigit. Diſcipuli ergo, qui de Deo loquẽtes incedũt, ſextum miliarium cępti itineris compleuerunt, quia illum ſine querela uiuentem vſq; ad mortem, quam ſexta ſabbathi ſubijt, perueniſſe dolebant. Compleuerãt & ſeptimã, quia hũc in ſepulchro quieuiſſe non dubitabant. Sed de octauo dimidium tantum peregerunt, quia gloriam iam celebratæ reſurrectionis perfecte non credebant.

i *Nomine Em.* Emaus ipſa eſt metropolis ciuitas inſignis Palæſtinæ, quæ poſt expugnationem Iudæę ſub Marco Aurelio Antonio principe reſtaurata, cum ſtatu mutauit & nomen.

k *Dum fa.* Loquentes de ſe dominus appropinquans comitatur, vt & fidem reſurrectionis eorum mentibus incendat, & q ſe promiſerat facturum, impleat. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

l *Appropin.* Apparuit quidem in ſpecie propria, ſed ſpeciẽ quã recognoſcerẽt, non oſtendit. Sicut & ipſi & intus amabãt, & tamẽ dubitabãt; ſic ipſe foris & pręſens adeſt, & quis ſit, non oſtendit. De ſe ergo loquentibus præſentiã exhibet, ſed de ſe dubitãtibus ſpẽm cognitionis aufert. C

Mat.18.a

Peregri-

mento: & ingreſſæ non inuenerunt a
corpus Domini Ieſu. Et factũ eſt dũ b
a † mente conſternatæ eſſent de iſto,
ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in c d
ueſte †fulgenti. Cùm †timerent autẽ e
b & declinarent vultum in terram, di- f g
a ¶Iam reſuſcitatum a mortuis.
xerunt ad illas: Quid quæritis uiuẽn
a ¶.i.in monumento, qui locus eſt proprie mortuorum.
¶Præſentia corporis.
tem cum mortuis? Non eſt hic, ſed
c ſurrexit. Recordamini, qualiter lo-
quutus eſt vobis, cùm adhuc in Ga-
lilæa eſſet, dicens: Quia oportet filiũ
hominis tradi in manus hominum
peccatorum, & crucifigi, et die tertia
d reſurgere. †Et recordatæ ſunt uerbo-
rum eius. Et regreſſæ a monumen-
e to, nunciauerunt hæc omnia illis vn h
decim, & cęteris omnibus. † Erat au
a ¶Ipſa eſt ſoror Lazari, quæ vnxit Dominum vnguento.
b ¶Vxor Chuſæ procuratoris Herodis.
tem Maria Magdalenæ, & Iohanna,
a ¶Mater Iacobi minoris & Ioſeph: ſoror matris domini: unde Iacobus frater Domini dicitur.
& Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum
eis erant, quæ dicebant ad apoſtolos
hæc. Et viſa ſunt ante illos ſicut dely- i
f ramentum uerba †iſta, & non credi-
g derunt illis. Petrus autem ſurgens, k
cucurrit ad monumentum, & †pro- l
cumbens uidit lintheamina ſola †po
ſita, & abijt ſecum mirans, quod fa- m
ctum fuerat, Et ecce duo ex illis ibãt n o
ipſa die in caſtellum quod erat in ſpa p
h cio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſa-
i lem, nomine Emaus. Et ipſi loque- q
bantur adinuicem de his omnibus
k quę acciderant. †Et factum eſt dum r
fabularentur, & ſecum quærerẽt, & ſ
l ipſe Ieſus appropinquans ibat cum
illis. Oculi autem illorum teneban-
tur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ingreſſæ. *ſ. locum monumenti, quia cuſtodes fugerant timore angeli apparentis, uel iacebant ſicut mortui.*

b Et factum eſt dum &c. *eo quòd non inueniſſent corpus Domini in ſepulchro.* † Territæ aũt eſſent.

c Ecce duo viri. *id eſt duo angeli apparentes in ſpecie virorum.*

d Steterunt ſe. *Io.xx.c.dicitur q erãt ſedẽtes, vnus ad caput, alius ad pedes, vbi poſitũ fuerat corpus Ieſu. Dicẽdũ, q quãdo Maria uidit ſola, erãt ſedẽtes, vt ibi dicitur: ſed quãdo apparuerunt iſtis mulieribus pluribus, ſimul ſtabant, vt hic dicitur. Facile enim eſt angelis ſic apparentibus mutari de ſeſſione in ſtationem, & econuerſo.*

e Cum timerent au. *ex uiſione inſolita.*

f Et declinarent &c. *ex verecundia.*

g Dixerunt ad il. *cõſolando eas & inſtruendo de Chriſti reſurrectione, ſecundum q Chriſtus eis pręſentibus prędixerat, ideo ſubditur: Et recordatæ ſunt verborum eius.*

h Nunciauerũt hæc oĩa illis vn. *quia duodecimus.ſ. Iudas ſe ſuſpẽderat. ſed adhuc videtur, q nõ eſſent vndecim apoſtoli ſed tantũ decem, quia Thomas erat abſens, vt uidetur Ioh.xx. Dicẽdum, q erat cũ alijs, quãdo iſtę mulieres nunciauerunt, vt hic dicitur: & ſimiliter quando duo diſcipuli regreſſi de Emaus, narrabant quæ viderãt, vt habetur infra eo.ca. ſed tamen Thomas diſcredens diſceſſit ab alijs per aliquod ſpacium: & tunc venit Ieſus & ſtetit in medio diſcipulorũ di. Pax vobis, abſente Thoma, vt dicitur Io.xx.* †Supra 8.a † Ipſarum.

i Et viſa &c. *i. phantaſtica & non vera.* D

k Petrus autem ſur. *& Iohannes cucurrit cum eo, vt habetur Iohan.xx. vbi iſte curſus plenius deſcribitur.* † Demiſſo capite proſpiciens.

l Et procũ. *Ioannis.xx.dicitur q ipſe intrauit monumentum, et vidit lintheamina &c. Dicendum, q veniens ad oſtium monumenti primò inclinauit ſe ad vidẽdũ, vt hic dicitur, poſtea ĩtrauit ad certi' cognoſcẽdũ veritatẽ.* † Iacentia.

m Et abijt ſecum mirans. *id eſt cogitans de Chriſti reſurrectione.*

n Et ecce duo &c. *Hic conſequenter deſcribitur apparitio facta duobus diſcipulis itinerantibus. Et primo deſcribitur iſta apparitio, ſcđo apparentis cognitio, ibi: Et factum eſt. tertiò cognitionis relatio, ibi: Et reſurgentes. Circa primũ dicitur: Et ecce duo. ſ. ex lxx. diſcipul. quorũ vnus vocabatur Cleophas, ut infra habetur, alius dicitur fuiſſe Lucas euangeliſta. propter quod & nomen ſuum tacuit.*

o Ibant ipſa die. *ſcilicet die reſurrectionis.*

p In caſtell. &c. ſta.ſe. *xvi. ſtadia faciunt vnam leucam. ex quo patet, quod non diſtabat a Ieruſalem per quatuor leucas integrè, ſed deficiunt quatuor ſtadia.*

r Et factum eſt &c. *non dicitur hic fabulari a fabula: ſed a for faris, quia non loquebantur de uanis, ſed de operibus Ieſu & morte eius.*

ſ Oculi autem &c. *quia incredulitas eorum & dubietas demerebatur, quòd Chriſtus cognitionem ſui corporis ab eis retardaret.*

¶ Qui ſunt

## MORALITER.

✠ a *Et ec.&c.* p quos ſignificaẽ bonus actiuus & cõtemplatiuus.

o *Ibãt ip.die,* nã ipſa die reſurrectionis aperta fuit via btitudinis, q̃ per Emaus ſignificatur, eo q mater dulcedinis interpretatur: & ex tũc Chriſti diſcipuli p uiã conſequendæ beatitudinis gradiuntur.

q *Et ipſi loquebantur &c.* ſ. de Ieſu conuerſatione & eius morte, prout patet ex litera ſequenti.

ſ *Et ipſe ie.&c.* nam ipſe dixit, Vbi duo vel tres ſunt congregati in noĩe meo, in medio eorũ ſum. pp qđ iſtorũ exẽplo cũ p uiã incedimus cõbinati de ſalutiferis loqui debemus, vt Chriſtũ nobiſcũ pergẽtẽ habeamus, & nõ ſolũ pergẽtẽ, ſed ẽt nos docẽtẽ, ſicut illis duobus diſcipulis, cũ quibus ibat, ſcripturas prophetarũ aperiebat. Sed quoniam auditores legis non iuſtificantur, ſed factores: ideo eorũ oculi non fuerunt aperti audiendo ſcripturas, ſed opera pietatis fa Roma.2.b

✠ ciendo

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Peregrinus es.* Peregrinum putant, quem non agnoſcunt. Et vere peregrinus erat eis, a quorum fragilitate per gloriã reſurrectionis iam longe ſtabat, a quorum fide reſurrectionis neſcia extraneus manebat.

b *Vir* Prophetã & magnũ fatentur, filiũ Dei tacent, vel qa nondũ perfecte credunt, vel ſi credũt timent tradi in manus Iudæorum, neſcientes cum quo loquuntur.

c *Nos au. ſp. &c.* Quodãmõ redarguũt ſeipſos, ꝙ in illũ redẽptionẽ ſperauerint, quẽ mortuũ uiderãt, nec reſurrecturũ credebãt, & maxime dolẽt eũ ſine culpa occiſum, quem innocentem nouerant: & ex hoc triſtes incedebãt.

d *Terruerunt nos.* Merito dicunt terruiſſe eos, quibus de non inuento corpore plus mœſticiam addiderunt, quam de nunciata reſurrectione gaudium quo recrearentur, afferunt.

e *Abierunt qui. &c.* Cum ſupra dixerit Petrum cucurriſſe ad monumentũ, & nũc dicat Cleophas *Quidã ex noſt. ab. ad mo. &c.* intelligẽdũ eſt, ꝙ duo ſimul ierũt. Sed Petrũ ſolũ primo cõmemorauit, quia primitus illi nũciauit Maria.

f *O ſtul. & tardi cor.* Hic gemina humiliãdi neceſſitas incũbit, qui nec in ſcripturis quantum oportet edocti, nec ad implenda, q̃ nouimus, q̃tum decet, ſumus intẽti. Nã ſi Moyſes & ꝓphetę de Chriſto locuti ſunt, & eũ ꝑ paſſionẽ & gloriã intraturũ prędixerãt, quõ gloriat̃ ſe eſſe Chriſtianũ, qui neq; in ſcripturis qualiter ad Chriſtum pertinẽt, inueſtigat, neq; ad gloriam quam cum Chriſto habere cupit, per paſſiones attingere deſiderat?

g *Et ipſe ſe fin. lon.* Talem ſe exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi erant, ſi hunc, quem nondum vt Deum diligebant, ſaltẽ vt peregrinum diligerẽt. Sed quia extranei a charitate eſſe non poſſunt, cum quibus veritas gradiebatur, ad hoſpitium vocant: immo cogunt. Quo exemplo colligitur: quia peregrini non ſolum ad hoſpitium ſunt vocandi, ſed etiam trahendi.

h *Fregit & po.* Quẽ in expoſitione ſcripturæ nõ cognouerũt, in fractione panis nouerũt: qa nõ auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur, & veritas melius operãdo q̃ audiendo intelligitur.

i *Aperti ſunt oculi.* Subtrahitur carnalibus oculis ſpecies infirmitatis, vt mentibus incipiat apparere gloria reſurrectionis. Vnde ſubditur:

k *Et di. ad in. Nõne cor no. ar. erat in nobis &c.* Myſtice. Ideo in Chriſto illis oſtẽſa eſt alia effigies, ne eũ niſi in fractione panis cognoſcerent, vt omnes intelligant ſe Chriſtum non agnoſcere, niſi fiant participes corporis eius. i. eccleſiæ, cuius vnitatem commẽdat apoſtolus in ſacramẽto panis, dicẽs: Vnus panis, unum corpus multi ſumus. Cũ ergo panem benedictum porrigit, aperiuntur oculi vt eum cognoſcãt. & remouetur impedimentum ꝙ a ſathana in oculis erat: ne agnoſceret Ieſus. Et hoc impedimentum permittit ineſſe dominus, donec ad ſacramentum panis veniatur. Sed participata vnitate corporis, aufertur impedimentum inimici, vt poſſit Chriſtus agnoſci.

illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis † triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus † peregrinus es in Ieruſalẽ, et non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ipſe dixit: Quæ? Et dixerunt: De Ieſu Nazareno qui fuit uir propheta, potens in opere & ſermone coram Deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum: Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet † redempturus Iſ-
¶ Promiſſam reſurrectionem tacent, timentes eum cui loquebantur.
rael. † Et nũc ſuper hęc omnia tertia dies * eſt hodie, ꝙ hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex † noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerũt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicunt eum uiuere. Et abierũt quidam ex † noſtris ad monumentum, & ita † inuenerunt ſicut mulieres dixerunt: ipſum verò non † inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos: O † ſtulti & tardi corde ad credendũ in omnibus, quæ loquuti ſunt prophetæ. Nonne hęc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a Moyſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello, quo ibant, & ipſe ſe finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiſcum Domine, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerũt eũ, & ipſe † euanuit ex ocu-
¶ Iam certi de reſurrectione.
lis eorum. Et dixerunt ad inuicem:

*ruſalem, mirum eſt, quòd tu ſolus inter alios peregrinos ignores ea, quæ ſunt nota aliis omnibus.*

c Quibus ipſe di. Quæ? *non quærit ex ignorantia: ſicut prius dictũ eſt.*

d De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere. *ſcilicet miraculorum.*

e Et ſermone: *prædicationis & doctrinæ.*

f Et quomodo tradiderunt eum &c. *quia procurauerunt eius captionem, & perſuaſerunt populis vt coram Pilato peterent eius crucifixionem & Barrabę dimiſſionem, vt habetur Matth. xxvij. c.*

g Nos autem ſpera. &c. *q. d. iam euaneſcit ſpes noſtra. Cuius ſubditur cauſa:*

h Et nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie. *qua prædixit ſe reſurgere, & tamen adhuc non apparuit diſcipulis, licet tertia dies ſit prope finem, ſicut dicitur infra.* Adueſperaſcit & incli. eſt iam dies.

i Sed & mulie. quædam ex noſtris terr. nos. *non de reſurrectione Chriſti, quam nunciabãt, ſed de ablatione corporis eius, quam diſcipuli timebant.*

Dicentes ſe etiam &c. qui di. e. vi. *ſed diſcipuli non credebant plene, timentes ne tanquam mulieres de facili fuiſſent deluſæ.*

l Et abier. quidam &c. *ſ. Petrus & Ioannes, vt ſupra dictum eſt. & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, non quantum ad viſionem angelorum ſeu auditionem verborũ ab ipſis, ſed quia inuenerunt ſepulchrum vacuum corpore, & ſola lintheamina remanſiſſe: ideo ſubditur:* Ipſum vero non inuen.

m Et ipſe dixit ad eos: *Ex reſponſione eorum arguens eos.*

n O ſtulti: *propter cæcitatem intellectus.*

o Et tardi cor. *propter tarditatẽ affectus.*

p Ad credendũ in omnibus &c. *de Chriſti morte & reſurrectione: quas ſcripturas debebant intelligere, maxime quia fuerant cum Chriſto: qui diſcipulis de talibus loquebatur:*

q Nonne hæc opor. pa. Chriſtum &cæ. *Tum propter patris præordinationem. Tum etiam propter Chriſti exaltationem. Tũ propter humanam redẽptionem. Tum propter ſcripturarum impletionem: ideo ſubditur:*

r Et incipiens a Moyſe & omni. prophe. &c. *Non ꝙ omnes ſcripturas, quæ de Chriſto ſunt, explicaret: quia in tam breui tempore non fieret: ſed explicauit tantum quantum ſufficiebat ad propoſitum oſtendendum. Et ideo ly omnibus non facit diſtributionem ꝓ ſingulis generum: ſed pro generibus ſingulorum, ſicut dicitur: Omne animal fuit in arca Noe: quia de qualibet ſpecie animaliũ fuerunt ibi aliqua indiuidua. Et ſic Chriſtus in propoſito de lege & prophetis & agiographis induxit aliqua teſtimonia.*

ſ Et ipſe finxit ſe longius ire. *Non fuit ibi aliqua falſitas: quia fuit talis fictio ad deſignandum veritatem. ſ. diſtantiam eius a cordibus eorum propter fidei defectum. Tales enim apparitiones vt communiter fiunt ſecundum diſpoſitionem interiorem illorum quibus fiunt.*

t Et coegerunt illum. *id eſt obnixe rogauerunt deſiderantes adhuc audire illum.*

u Et intrauit cum illis. *quia per dictum deſideriũ diſponebãtur ad fidei complementũ.*

x Et factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti apparentis cognitio, cum dicitur:*

y Accepit panem & benedixit ac fregit & por. il. *ſicut conſueuerat facere ante paſſionem. Sic enim frangebat panem ac ſi ſcinderetur cum cultello.*

z Et aperti ſunt oculi eorum. *quia voluntarie ſe eis oſtendit in effigie qua erat cognoſcibilis ab eis. & cum hoc cognouerunt eum per modum fractionis panis.*

a Et ipſe euanuit ex ocu. eo. *oſtendens diſcipulis ꝙ habebat corpus glorioſum, quod ſubito poteſt diſparere per dotem agilitatis.*

¶ Et ſurgentes

¶ Ardens.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Qui ſunt hi ſermones. *non quærit ex ignorantia, ſed vt ex eorum reſponſione incredulitas eorum conuenientius arguatur.*

b Tu ſolus pere. es in Ieruſalem &c. *Ly ſolus, non facit excluſionem aliorum peregrinorum, cum multi valde peregrini, & de diuerſis partibus ueniſſent in Ieruſalem ad diem feſtum paſchæ, vt habetur Ioannis. xij. b. ſed notat excluſionem cognitionis ab iſto ſic apparente. ſ. noticia mortis Ieſu, vt ſit ſenſus: Cum multi peregrini bis diebus venerint in Ieruſalem,*

## MORALITER.

✻ ciendo ipſum in ſpecie peregrini trahendo ad hoſpitium, & apponendo cibum: ideo ſequitur:

z *Et aper. ſunt ocu. eo. ſ.* cordis & corporis ad cognoſcẽdum ipſum.

✻ *Et ſurgentes*



a *Ardens erat.* Exaudito ſermone, cor prius torpore incredulitatis & timoris frigidum igne ſanctiſpiritus eſt accenſum: vt iam ſuperno deſiderio ardeat: & ad credendam veritatẽ ſe extẽdat. Quot ꝓceptis inſtruit̃ homo: quaſi tot facibus inflãmat̃.

b *Surrexit do. ve.* Iã fama erat ꝙ reſurrexerat Ieſus ab illis mulieribus facta: & a Simone Petro cui apparuerat: hæc loquẽtes inuenerant iſti duo: ſed & ipſi prius audierãt ꝙ reſurrexerat: ſed timuerũt dicere in via: qñ tantummodo angelos dixerũt viſos mulieribus. Ignorantes. n. eum cũ quo loquebantur: poterant timere ne inciderẽt in manus Iudęorũ: ſi qd paſſim dicerẽt de Chriſti reſurrectione.

c *Stetit Ie. in me.* Hæc oſtenſio eſt illa, de qua Ioannes ait: Cũ ſero eſſet die illa vna ſab. &c. venit Ieſus & ſtetit in medio eorum & dixit eis: Pax vobis: Quod vero dicit Ioannes Thomã nõ fuiſſe cum illis, cum Lucas dicat iſtos duos inueniſſe vndecim cõgregatos, & eos qui cum eis erant, intelligendũ eſt ꝙ Thomas inde exiſſet antequam dñs eis hoc loquentibus appareret.

d *Spiritũ vi.* Nouerant diſcipuli fuiſſe verum hominem: ſed poſtquam mortuus eſt, nõ credũt tertio die potuiſſe verã carnẽ de ſepulchro reſurgere. Putãt ergo ſe videre ſpũm, quẽ emiſit in paſſione. ſed hũc errorem aufert dñs:

e *Quid tur. e.* Credebant apli: ſed tñ turbãt. Primo qa paucorũ opinionẽ ſnĩa maioris partis excludit. Deniq; quia Petrus etſi crederet reſuſcitatũ: turbari potuit ꝙ clauſis ianuis dominus cũ corpore ſuo ſe improuiſus infuderit.

f *Cogitationes aſc.* Falſæ: non deſuper deſcendentes: ſed ſicut mala herba in corde aſcẽdẽtes: fidẽ, quã in vobis plãtaui, exigo: quod ex vobis ortum eſt condemno. ſi non eſt veritas reſurrectionis, perditus eſt fructus paſſionis.

g *Palpate & vi.* Multis documentis ꝑſuadet reſurrectionem præbendo ſe & oculis videndũ: & manibus cõtrectandũ. q dum palpãdo oſſa carnẽq; mõſtrat, ſtatũ ſuæ vel noſtræ reſurrectionis ſignat, in qua corpus noſtrũ, & ſubtile erit per effectum ſpiritualis potentiæ: & palpabile per ueritatẽ naturæ. Poſt reſurrectionem dñs in corpore ſuo duo contraria oſtendit, & palpabile eiuſdẽ naturæ, vt informet ad fidẽ, & incorruptibile alterius gloriæ, vt inuitet ad præmium.

h *Oſtẽdit eis ma.* Vt oſtenſa vulnerum cicatrice infidelitatis vulnus ſanaret. quas cicatrices & tunc ſeruauit & in iudicio ſeruaturus eſt. Primo ad fidẽ reſurrectionis inſtruendam. Deinde vt patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, ſemper oſtendat. Tertio: vt ſua morte redemptis q̃ miſericorditer ſint adiuti, propoſitis eiuſdẽ mortis inſinuet indicijs. Sed poſtremo: vt in iudicio q̃ iuſte damnentur impij denunciet: oſtenſa, quã ab illis accepit, cicatrice. Nõ ergo ex impotẽtia curãdi cicatrices ſeruauit: ſed vt perpetuũ victoriæ ſuæ circũferat triumphum.

i *Habetis hic ali.* Ad inſinuandam veritatem reſurrectionis nõ ſolum tangi, ſed conueſci uoluit: non ꝙ vel ipſe vel nos poſt reſurrectionem cibo debeamus indigere: ſed vt corpus, non ſpiritum eſſe manifeſtaret. manducauit poteſtate: non neceſſitate. Aliter abſorbet aquam terra ſitiens: aliter ſolis radius calens: Illa indigentia: iſte potentia.

k *Piſcis aſſi.* Piſcis aſſus, ipſe mediator paſſus: in aquis humani generis captus laqueo mortis, aſſatus tẽpore paſſionis. Ipſe & fauus mellis nobis eſt in reſurrectione. Fauus mellis in cera. i. diuinitas in humanitate. In huius mellis comeſtione ſignat̃: quia illos in corpore ſuo ad æternam quietẽ ſuſcipit: qui cum tribulationes pro Deo ſentiunt: ab amore internę dulcedinis nõ recedũt. Qui hic aſſantur, illic vera dulcedine ſatiabũtur.

l *Et cum man.* Omnes ambages aufert, Viſus eſt, tactus eſt: mãducauit: & ne in aliquo ſenſus humanos ludificaſſe videretur: mittit manus ad ſcripturas: vt etſi magicis artibus videatur potuiſſe, quod uoluit: ſicut dicunt pagani: ſaltem videant prophetare non potuiſſe antequam natus fuit.

m *Tunc aper.* Poſt viſum, poſt contactum, poſt cõmemoratã legẽ apuit ſens ũ, ut qđ vidẽt & legũt, intelligãt. deinde poſt ſui

¶ corporis

Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur * in via, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipſis erant, dicentes, quòd ſurrexit Dominus ve-
¶ Primo omnium virorum apparuit Petro, quod etſi non dicit euangeliſta, quando, vel vbi factum, tamen quia factum ſit, non tacet.
rè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via, & quomodo † cognouerunt eum in fractione panis. Dum autem hæc loquuntur, ſtetit * Ieſus in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Ego ſum, nolite timere. † Conturbati verò & conter-
¶ Non carnem.
riti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes * quia ego ipſe ſum. Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus prægaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi & † fauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis, † ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc ſunt verba, quæ loquutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem
¶ In eadem mortali carne.
uobiſcum, quoniam neceſſe eſt im-
¶ Scilicet hæc verba.
pleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & Pſalmis de me. Tunc aperuit † illis ſenſum,

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ſur. ea. ho. re. *Quamuis. n. iam eſſet tarde vt patet ex prædictis: tamen ex fidei feruore, & remoto Iudæorum timore ſtatim regreſſi ſunt in Ieruſalem ad illos diſcipulos qui erant incluſi propter metum Iudæorum: vt habetur Iohan. xx. e. ad nunciandum eis Chriſti reſurrectionem. Ideo ſubditur:*

b Et inuenerunt congregatos vndecim. *quia adhuc Thomas erat cum alijs.*

c Dicentes ꝙ ſurre. domi. ve. & ap. Simo. *Quãdo autẽ iſta apparitio fuerit, non legitur expreſſe: ſed tunc creditur fuiſſe facta, quãdo Petrus cucurrerat ad monumẽtũ & viderat lintheamina poſita: abijt mirans ſecum quod factum fuerat: vt dictum eſt ſupra.*

d Et ipſi nar. *apparitionem eis factã: prout deſcripta eſt per ordinem. tamẽ nec iſtis nec alijs Thomas credidit: ſed per aliquod ſpacium ab alijs diſceſſit. & tunc ipſo abſente facta eſt iſta apparitio quæ ſequitur:*

e Dũ au. hæc lo. *Hic deſcribitur tertia apparitio facta oĩbus ꝑter Thomã, cũ dicitur:*

f Stetit Ieſus in me. eo. *Subito enim inter diſcipulos apparuit: quia ad eos ianuis clauſis intrauit: vt habetur Iohann. xx. f.*

h Ego ſum. *Non res phantaſtica ſeu illuſio diabolica.*

i Conturbati ue. *Hic cõſequẽter deſcribitur reſurrectionis probatio per hoc ꝙ oſtendit ſe uerum hominem & verum Deum: & ſecundum humanitatem vere ſuſcitatum: vt patebit proſequendo.*

k Exiſtimabant ſe ſpi. vi. *Diuina. n. prouidentia permiſſi ſunt dubitare: ad maiorẽ certificationem fidei de dominica reſurrectione.*

m Videte manus meas & pedes. *Per cicatrices clauorum ibi remanentes oſtendit quòd erat idem corpus numero.*

n Palpate & vi. *Per hoc. n. oſtendebatur habere corpus verum & non phantaſticum.*

o Habetis hic ali. quod man. *Per comeſtionem enim oſtendit ſe habere corpus viuum anima uegetatiua animatum.*

p Hæc ſunt ver. *Per hoc ꝙ loquebatur ſenſibiliter & etiam rationabiliter: reducẽs ad memoriam quæ eis dixerat ante mortem ſuã oſtendit ſe habere corpus animatum anima ſenſitiua & intellectiua: & eadẽ, qua prius.*

q Tunc ape. il. ſen. *Sicut per præcedentia probauit veritatẽ ſuæ reſurrectionis q̃tum ad humanitatẽ, ſic per hoc illam probauit q̃tũ ad deitatem, qa illuminare mentes ignorantium intellectum ſacræ ſcripturæ & ſubito,*

¶ *eſt ipſius*

## MORALITER.

✻ a *Et ſur. eadem ho.* nam ea quæ ſunt ad communem ſalutem, non ſunt tacenda ſed reuelanda: Tob. xij. b. Opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum eſt. Ideo ſubditur:

d *Et ipſi nar.* Dum hæc loquerentur, Ieſus ſtetit in medio eorum: quia congregati erant in eius nomine, vt præmittitur, inuenerunt congregatos undecim.

g *Et dixit eis: Pax vo.* Ex quo patet quòd illi ſunt pacifici qui vere ſunt diſcipuli Chriſti.

l *Et dixit eis: Quid tur.* ſecundum ſenſum literalem certificauit eos de ſua reſurrectione per tria, ſcilicet per viſum, dicens:

m *Videte manus meas & pedes.* Et per tactum dicens.

n *Palpate & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet.* Et per guſtum ibi cum dixit:

o *Habetis hic aliquid quod man. &c.* Myſtice uero Chriſtum reſurrexiſſe uident, qui reſurrectionis eius gloriam meditantur. ipſum vero tangunt & palpant, qui ſibi charitate copulantur. i. Iohã. iiij. c. Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Piſcem aſſum offerunt ei, qui patientiam igne tribulationis decoctam habẽt pro nomine Chriſti. Sed illi offerunt fauum mellis, qui membris eius exhibent opera pietatis. de quibus dicit. Eſuriui & dediſtis mihi manducare.

q *Tunc apperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcri.* Ex quo patet, quòd ſacræ ſcripturæ non poſſunt ſufficienter intelligi, niſi ille aperiat

✻ qui habet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E corporis commendatā veritatem commendat eccleſiæ vnitatem. *& præ. in no. eius.*

*a Oportebat Ch. pa. &c. inc. ab Ie.* Oportebat ut miniſtri q̄ pn̄iam & remiſſionem erant prædicaturi in omnes gentes, inciperēt ab Ieroſolymis. Nō ſolum quia illis credita ſunt eloquia Dei, & quia eorum eſt adoptio filiorū, & gloria, teſtamenta, & legiſlatio, ſed iō vt gentes uarijs erroribus & facinoribus implicitæ, hoc maxime indicio diuinæ pietatis ad ſpem veniæ prouocentur, quòd eis, qui filium Dei crucifixerunt, venia relaxatur. †Act. 17. a

*b Vos au. ſe.* Poſtquā diſcipulos de virtute prædicationis perfecte inſtruxit, cum repente ſi uellet poſſet eos roborare, diſtulit, dicēs: *Vos au. ſe. in ci.* ut exēplū ſequentibus daret, ne imperfecti prædicare ante tp̄s preſumant. In ciuitate ſedet, qui intra mentis clauſtra ſe conſtringit, ne loquendo exterius euagetur, vt cum diuina virtute perfecte fuerit indutus, tunc quaſi a ſeipſo foras exeat, alios inſtruendo.

*c Eduxit au. eos.* Prætermiſſis omnibus quæ per quadraginta dies geſta ſunt, primo reſurrectionis diei tacite coniūgit nouiſſimū, quo aſcendit in celum. Et pulchre benedicturus diſcipulos, educit in Bethaniam, quę domus obedientiæ dicitur, quia qui pp̄ inobediētiam peruerſorum deſcendit, pp̄ obedientiam conuerſorum aſcendit. Et quia eadem villa in latere montis Oliueti eſt poſita, quia obediētis eccleſiæ domus, apoſtolico digna hoſpitio, nō alibi q̄ in latere ſummi montis. i. Chriſti fundamenta fidei, ſpei, & charitatis locauit: de quo latere ſacramentū ſanguinis & aquæ, quibus naſcatur & nutriatur, gaudet emanaſſe. De cuius vertice. i. deitate, ſpiritualis vnctionis munera deſiderat, lucis & pacis promiſſa expectat. Deinde, quia Bethania iuxta Ieruſalem quaſi ſtadiis quindecim erat, iſte numerus pp̄ ſeptem & octo (quibus conſtat) ſcripturarū myſteriis accommodus, vel vitam quæ nunc eſt & futuram, vel vetus & nouū teſtamētū, vel ſabbatū aīarū in futuro, & carnis reſurrectionē continet. Et ideo quibus vtriuſq; teſtamenti ſciētiam aperuit, quos omnem viuendi & ſperandi regulam edocuit, eos quindecim ſtadiis in locum, quo eis benediceret, & præcepta docendi traderet, eduxit. Recte quindecim ſtadiis locum aſcenſionis a loco paſſionis ſecreuit, ut omnes pro ſe uel mori, vel viuere cupientes, & primum quieſcendi poſt mortem, & in fine a mortuis reſuſcitandi deſiderio pariter & amore firmaret. *Ieruſalē. †Mar. 16. d.* F

*d In tem. lau. & b.* Vt in loco orationis inter laudum deuotiones promiſſum ſanctiſpiritus aduentū, paratis per omnia cordibus expectent. Sic nos poſt celebrata in Ieroſolymis. i. viſione pacis, paſſionis & reſurrectionis ſolemnia, domino duce petamus Bethaniam, vt mente quieta corporis & ſanguinis eius ſacramentis imbuamur, & domus obedientiæ eſſe curemus: quia ſic quotidiana eius benedictione ſublimamur, quotidie triumphalis aſcenſionis memores, laudantes & benedicētes Deū in Ieruſalē i. ſperata pacis viſiōe quieſcimus, ſimiles hoībus expectātibus dn̄m ſuū, qū reuertatur a nuptiis. *Laudē. & ben. Deum.* Lucas, qui ſacerdotiū Chriſti cęteris amplius exponendū ſuſcepit & ideo euangeliū ſuū a miniſterio tēpli p ſacerdotiū Zachariæ cępit, pulchre hoc in tēpli deuotione cōpleuit: cū apl̄os ibi miniſtros. ſ. noui ſacerdotii futuros, non in victimarū ſanguine ſed in laude Dei & bn̄dictione cōcludit. *Luc. 1. a.*

ut intelligerent ſcripturas. l Et dixit eis: †Quoniam ſic ſcriptum eſt, et ſic a oportebat Chriſtū pati, & reſurgere a mortuis die tertia: & prædicari in b nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipiētibus ab Ieroſolyma. Vos c autem eſtis teſtes horum. *Et †egō d mittam promiſſum patris mei in e uos: Vos autem ſedete in ciuitate, f *quoadusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras *in Be- g thaniam, & eleuatis manibus ſuis, h benedixit eis. † Et factum eſt, dum i benediceret illis, receſſit ab eis & fe- k l rebatur in cœlum. Et ipſi adorantes, m regreſſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno, n o & erant ſemper in templo laudantes & benedicētes Deum, p q

a ¶Non in vna tantum gente Iudæorum, vel in aliqua parte terrarum. a ¶Qui uidiſtis & audiſtis. a ¶Quæ prædicanda ſunt. b ¶Vt ſufficiatis ad teſtandum. a ¶Vobis. b ¶Auxilium. ¶Spiritusſancti gratiam. a ¶Vbi promiſſionem patris iuſſi ſunt expectare. b ¶Quia Dominum poſt triumphum reſurrectionis etiam cœlos penetrare uident.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *eſt ipſius deitatis proprium. & ideo ſubditur:*

a Et ſic oporte. Chri. &c. *Quia ſicut ante paſſionem declarauit ſe eſſe verum Deum & hominem, ita etiam poſt reſurrectionem ſuam. Reſurrectio enim uera eſt eiuſdem in numero iterata ſurrectio.*

b Et præ. in no. eius &c. inci. ab ie. *Ieroſolyma. n. eſt in medio terræ habitabilis: quia eſt in quarto climate. & ideo ab illo loco conuenienter incœpit prædicatio euangelij, ut per apoſtolos Chriſti alioſque diſcipulos circumquaque per orbem diſperſos in omnem terram exiret ſonus prædicationis eorum, ſecundum quòd fuerat prædictum.*

*Pſal. 18. a* c Vos autem teſtes eſtis horum. *ſ. ſuperius deſcriptorum, quantum ad Chriſti incarnationem, prædicationem, paſſionem, & reſurrectionem.*

d Et ego mitto. *id eſt mittam de propinquo.*

e Promiſſum patris mei in vos. *ſcilicet ſpiritumſanctum in ſigno viſibili ad prædicandum conſtanter ubique ueritatem euangelij.*

Vos

f Vos autem ſe. ci. *Poſtquam euangeliſta deſcripſit Chriſti reſurrectionem, hic ultimo deſcribit eius aſcenſionem. Circa quod ſciendum, q̄ in die aſcenſionis, Chriſtus bis apparuit diſcipulis ſuis. Primò, in ciuitate Ieruſalem diſcipulis comedentibus, quam deſcribit Lucas plenius. Act. 1. a. Et tunc dixit eis, quòd non diſcederent ab Ieroſolymis, ſed expectarent promiſſum patris: & hoc repetitur breuiter, cum dicitur:* Vos autem ſe. in ci. &c. quo in. ex. al. *q. d. Non eſtis ſufficientes ad prædicandum conſtanter veritatem euangelij, donec confirmati fueritis per donum ſpiritusſancti. & tunc præcepit diſcipulis ſuis vt exirent de ciuitate in montem Oliueti, vt inde viderent eum aſcendentem in cœlum. & hoc eſt quod dicitur:* G

g Eduxit au. eos fo. in Betha. *i. verſus Bethaniam: quia mons Oliueti, ad quem exierunt, eſt extra Ieruſalem in via eundi verſus Bethaniam: & Bethania eſt prope montem Oliueti ſita: & ibi ſecundò apparuit diſcipulis in die aſcenſionis. quia poſtquam apparuerat illis in ciuitate, & dixerat quòd irent in montem Oliueti, diſparuit ab illis: & cū veniſſent ad montem Oliueti, iterum eis apparuit. Octo. n. vicibus alijs apparuerat poſt reſurrectionem ſuam, vt declaratum fuit Matthæi. xxviij.* †Act. 1. a *Ecce

h Et ele. ma. in cæ. *vbi volebat aſcendere.* *vſque

i Benedixit eis. *id eſt diſcipulis ſuis.*

k Receſſit ab eis. *præſentia corporali.*

l Et ferebatur in cœlum. *proprio motu per dotem agilitatis. Nubes tamen & angeli apparuerunt ad eius obſequium, vt habetur Act. 1. b.*

m Et ipſi adorantes. *Chriſtum aſcendentem quandiu potuerunt videre eum.*

n Regreſſi ſunt in Ieru. *poſtquam perdiderunt eius aſpectum.* *Act. 1. b*

o Cum gaudio ma. *quia omnia myſteria erant impleta in Chriſto.*

p Et erant ſemper in templo laudantes. *Theophilus expoſitor refert hoc ad tempus quod fuit inter aſcenſionem Domini & pentecoſtem, dicens, q̄ licet apoſtoli & alij Chriſti diſcipuli ante aſcenſionem Chriſti ſtarent incluſi propter metum Iudæorum: ex aſcenſione tamen eius confortati, exibant ad templum cauſa orationis, licet nondum accepiſſent ſpiritumſanctum in ſigno viſibili. Alij autem expoſitores referunt hoc ad tempus poſt pentecoſten, in quo apoſtoli ſpiritusſancto confortati abiecerunt a ſe metum Iudæorum. Dicunt enim, quòd apoſtoli ſtabant in Ieruſalem quaſi recluſi in oratione poſiti, quouſque reciperent gratiam ſpiritusſancti eis a Chriſto promiſſam: & hoc uidetur magis concordare ei, quod dicitur. Tunc reuerſi ſunt in Ieruſalem a monte, qui vocatur Oliueti &c. & ſequitur: Et cum introiſſent in cœnaculum, aſcendebant in ſuperiora, vbi manebant Petrus & Iohannes &c. Et ſubditur poſt: Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Ieſu & fratribus eius. In eodem loco receperunt ſpiritumſanctum in die pentecoſtes, vt habetur Act. ij. a. & ex tunc relicto timore Iudæorum confitebantur & prædicabant publice Chriſtum, & ibant cauſa deuotionis ad templum, ſecundum quòd hic dicitur:* Et erant ſemper. *id eſt communiter uel frequenter.* H *Act. 1. b*

q In templo laudantes & benedicentes Deum. *Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

## MORALITER.

* qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit. *Apoc. 3. b*

*f Vos autem ſedete in ciuitate &c.* Licet enim dediſſet eis ſcripturarum intelligentiam, & commiſiſſet prædicationis officium, tamen diſtulit executionem prædicandi uſq; ad ſanctiſpiritus receptionem in ſigno viſibili: Per hoc inſinuans, quòd prædicans actu debet prius habere ſufficientem ſacræ ſcripturæ noticiam, & gratiam ſpiritusſancti per coniecturam, ſcilicet, quòd non ſit conſcius ſibi de peccato mortali.

*g Eduxit autem eos foras.* vt viderent eum aſcendentem, per hoc ſignificans, quòd ciuitas tumultuoſa non eſt locus aptus ad diuinorum contemplationem.

*h Et eleuatis manibus ſuis &c.* Ex hoc documentum habent ſuperiores in eccleſia, vt benedictionem dent ſubditis, quando recedunt ab ipſis.

*p Et erant ſemper in templo orantes.* deuote pro recipiendo ſpiritusſancti dono, ſicut erat eis promiſſum a Chriſto. & ſic debemus orare, vt poſſimus ipſum recipere, Matthæ. vj. b. Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?



A

## Incipit prologus venerabilis magiſtri Nicolai de Lyra ſuper Iohannem.

FAcies aquilæ de ſuper ipſorum quatuor: *Ezechi. 1. c. Ezechiel propheta cui aperti ſunt cœli, & vidit viſiones Dei, vidit quatuor facies in vno animali. Quatuor inquit facies vni, videlicet facies hominis, facies leonis, facies bouis, & facies aquilæ. In quo deſignatur vna noticia de verbo incarnato quadrupliciter deſcripta, prout diffuſius dictum eſt ſuper Matthæum. Deſcriptio enim Matthæi deſignatur in facie hominis, quia principaliter deſcribit facta ipſius humanitatis. Deſcriptio Iohannis deſignatur in facie aquilæ, quia principaliter deſcribit in Chriſto excellentiam diuinæ naturæ. Deſcriptio autem Marci deſignatur in facie leonis, quia principaliter deſcribit ipſius Chriſti regnum. Deſcriptio autem Lucæ deſignatur in facie bouis, qui eſt animal immolaticium, quia principaliter deſcribit ipſius Chriſti ſacerdotium. unde & à ſacerdotio inchoat ſuum euangelium, dicens: Fuit in diebus Herodis regis Iudæ ſacerdos quidam nomine Zacharias. Aduertendum tamen, quòd licet quilibet quatuor euangeliſtarum principaliter conſideret vnam prædictarum quatuor conditionum, tamen alias tres non omittit. quia ſecundum quod dicit Beatus Gregorius ſuper Ezech. Quidquid in vno reppereris, hoc ſimul in quatuor recognoſces. Propter quod aliqui doctores viſionem Ezechielis exponentes, dicunt, quod non ſolum apparuit ei vnum animal habens quattuor facies prædictas, ſed apparuerunt ei quatuor animalia in omnibus conſimilia. In quo deſignatur vna noticia verbi incarnati a quatuor euangeliſtis concorditer, licet differenter deſcripta. Conſiderandum tamen, quod Ezechiel propheta inter prædictas facies quatuor vidit faciem aquilæ deſuper eminentem: in quo deſignatur euangelij Iohannis reſpectu aliorum excellentia, ſecundum quod dicitur in verbo præſumpto: Facies aquilæ deſuper &c. In quo deſignatur euangelium Iohannis cæteris excellentius in tribus: quia ſcripſit cæteris ſublimius, ſubtilius, & etiam perfectius. Sublimitatem deſignat ſuperior ſitus, cum dicitur: Deſuper. Subtilitatem acuties viſus, cum dicitur. Aquilæ. Perfectionem ſeu integritatem, deſignat quaternarij typus, cum dicitur: Ipſorum quatuor. Ad euidentiam primi aduertendum, quod contemplatio ſanctorum & potiſſime euangeliſtarum differt a contemplatione philoſophorum. Philoſophi enim ex creaturis contemplati ſunt ipſum Deum, ſimiliter ſancti: tamen differenti modo & quaſi contrario. Contemplatio enim eſt actus egrediens ab ipſo contemplante, & in Deum terminatur tanquam in obiectum: & ideo contemplationis actus eſt medius inter contemplantem & rem contemplatam: & ideo poteſt ad vtrumque referri. Si igitur actus diuinæ contemplationis referatur ad ipſum contemplantem, ſic habetur contemplatio philoſophorum. Quærebant enim philoſophi Deum contemplari ex creaturis: inquantum talis ſpeculatio ſeu contemplatio eſt ipſius ſpeculantis ſumma perfectio. Contemplationem enim primi & ſummi intelligibilis poſuerunt felicitatem hominis, vt habetur. x. Ethicorum. Ex quo patet, quòd talis contemplatio erat pure ſpeculatiua: quia quærebant talem ſpeculationem propter ſeipſam, & non propter aliam perfectionem. propter quod in tali contemplatione plus facit ſubtilitas intellectus, quàm feruor affectus. Si autem referatur actus contemplationis diuinæ ad ipſam rem contemplatam: quod fit, quando talis contemplatio quæritur propter amorem rei contemplatæ, vt ex tali contemplatione ipſe contemplans inardeſcat in amorem diuinum: ſic habetur contemplatio ſanctorum, & potiſſime euangeliſtarum. Ex quo patet, quòd talis contemplatio non eſt pure ſpeculatiua: quia non quæritur propter ipſum ſpeculari, ſed propter amorem ipſius obiecti contemplati. Et ideo in tali contemplatione plus facit feruor affectus quam ſubtilitas intellectus. propter quod Beatus Dionyſius ſeptimo capitulo cœleſtis hierarchiæ dicit, quòd in contemplatione diuinorum proprium eſt amoris calidum ſuperferuens & acutum, quia amans non eſt contentus amati ſuperficie, ſed nititur quantum poſſibile eſt, eius intima penetrare. propter quod dicit Hugo commentator ibidem: Vbi ſcientia foris ſtat, dilectio intrat. Igitur quia Beatus Iohannes euangeliſta cæteris euangeliſtis Chriſtum feruentius dilexit, ideo eius ſecreta intimius penetrauit. propter quod ſubtilius ſcripſit: quod notatur in facie aquilæ, quæ tantam perſpicacitatem habet in viſu, quòd ſolem in rota ſua oculis irreuerberatis intuetur: vt dicit Auguſtinus in libro de moribus eccleſiæ. Et de hoc poteſt exponi illud quod ſcribitur. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? Hoc enim verbum dicitur de Iob negatiuè: ſed de Deo affirmatiue, ſicut patet ibidem. Et merito: quia ad præceptum Dei humana aquila noſtra: videlicet Beatus Iohannes euangeliſta, eleuata eſt de terrenis ad cæleſtia; quia ad verbum Chriſti vocantis dimiſit thorum nuptialem, & eleuatus eſt ad continentiam virginalem, quæ eſt vita cæleſtis, ſicut dicit Beatus Hieronymus in ſermone de aſſumptione beatæ virginis: Profecto in carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. vnde in terris angelicam gloriam acquirere maioris eſt meriti, quàm habere. Eſſe enim angelum, felicitatis eſt. eſſe virginem, virtutis: dum hoc obtinere viribus nititur cum gratia, quod angelus habet a natura. Et talis eleuatio fuit diſpoſitio in Iohanne ad ſubtilius contemplandum & deſcribendum diuina. Contrariorum enim contrariæ ſunt cauſæ. Laſciuia autem carnalis inducit intellectus hebetudinem, vt dicit Beatus Gregorius. xxx. moral. ergo per oppoſitum continentia virginalis diſponit ad eius ſubtilitatem. Sed conſummatio huius ſubtilitatis ſubditur in autoritate præmiſſa, cum dicitur: In arduis ponet nidum ſuum. Nidus enim eſt locus, vbi volucres ſe reclinant & quieſcunt. Nidus igitur Iohannis fuit ſinus Saluatoris: quia ſuper pectus eius ſuauiter recubuit, & inde fluenta euangelij cæteris vberius potauit. Et ideo ſequitur: Oculi eius de longe proſpiciunt. quia ipſi adhuc manenti in terra, reuelata ſunt ſecreta cæleſtia: & quia ſubtilius ſecreta cęleſtia cognouit, per conſequens & ſubtilius ſcripſit. Secundo dico, quòd Iohannes cæteris euangeliſtis ſcripſit ſublimius. Et differt hoc membrum a præcedenti: quia de infimis poteſt fieri ſubtilis deſcriptio, ſed ſublimitas deſcriptionis importat altitudinem materiæ: quod conuenit Iohanni euangeliſtæ. quia alijs euangeliſtis ad deſcribendum Chriſti humanitatem intentis, Beatus Iohannes ad contemplandum & deſcribendum eius diuinitatem principaliter aſcendit. propter quod alij tres euangeliſtæ figurati ſunt per animalia in terra gradientia, videlicet per hominem, vitulum, & leonem. Iohannes autem figuratus eſt per aquilam in altum volantem: in quo deſignauit ſecundum, ſcilicet eius contemplationem & deſcriptionem ſuper alios tranſcendentem. quod notatur in verbo præaſſumpto, cum dicitur: Deſuper. Et ideo de hoc poteſt exponi illud. Aſcendit ſuper cherubim, & volauit. Cherubim dicuntur a plenitudine ſcientiæ: & ideo ſignificant euangeliſtas, qui fuerunt repleti ſpiritu ſapientiæ diuinæ. propterea vocantur animalia plena oculis in circuitu & intus: Apocal. iiij. c. Super iſta cherubim aſcendit & volauit: quia contemplationem aliorum euangeliſtarum tranſcendit diuinitatem Chriſti præ cæteris ſpeculando, & quantum poſſibile eſt ſublimius deſcribendo: propter quod dicit Auguſt. quòd ſi altius intonuiſſet, totus mundus capere non potuiſſet. Tertio in verbo præſumpto oſtenditur contemplatio & deſcriptio Iohannis alijs perfectior: & hoc in duobus, in quibus ſuppleuit illud quod ab alijs euangeliſtis fuerat dimiſſum, ſecundum quod dicit Hierony. li. illuſtrium virorum. Primum eſt, quia à temporibus Iohannis ſurrexit error Hebionitarum: qui dicebant Chriſtum eſſe hominem purum, & per conſequens ante Mariam non fuiſſe. propter quod beatus Ioannes rogatus ab Aſiæ epiſcopis ſcripſit euangelium, in cuius principio oſtendit diuinam Chriſti naturam in qua æternaliter præceſſit Mariam. Secundum eſt, quòd cum Iohannes legiſſet Matthæi, Marci, & Lucæ euangelia: illa probauit: & eos vera dixiſſe firmauit: veruntamen tantummodo hiſtoriam Chriſti texuerant quantum ad illum annum in quo paſſus eſt, videlicet poſt Iohannis Baptiſtæ incarcerationem. propter quod ipſe Iohannes euangeliſta in ſuo euangelio narrauit geſta ſuperioris anni antequam Iohannes Baptiſta in carcere clauderetur. Ex quo patet, quòd perfectius alijs ſcripſit: quæ quidem perfectio in verbo præaſſumpto in numero quaternario deſignatur, cum dicitur: Ipſorum quatuor. Quaternarius enim numerus eſt primus numerus quadratus. Quod autem per quadratum perfectio deſignetur, patet per philoſophum. 1. Ethicorum. vbi comparat virtuoſum corpori quadrato. quia ſicut corpus quadratum bene ſedet in omni latere, ſic virtuoſus ſe bene habet in quacunque fortuna contingente. Quadratura prius inuenitur in numeris quàm in corporibus, ſic & vnitas prior eſt ipſo puncto. & ideo perfectio primo & principaliter deſignatur in numero quaternario, quæ quidem perfectio in euangelio Iohannis præceteris inuenitur, vt patet ex dictis. Et ideo de hoc poteſt exponi illud. Cumque aſpicerem animalia, apparuit vna rota habens quatuor facies. Intuenti enim diligenter quatuor euangelia, apparet euangelium Iohannis alijs perfectius, vt dictum eſt. & hoc deſignatur, cum dicitur: Apparuit vna rota: quia figura circularis eſt perfectiſſima. Sed ulterius dicitur, quòd hæc rota habet quatuor facies: quia euangelium Iohannis continet quatuor partes principales: quia primo deſcribit ipſius Dei æternalem proceſſionem, dicens: In principio erat uerbum. Secundo, per ipſum generalem rerum productionem, dicens: Omnia per ipſum facta ſunt. Tertio deſcribit eius temporalem incarnationem, dicens: Et uerbum caro factum eſt. Et conſequenter deſcribit opera, quæ Chriſtus in carne humana aſſumpta peregit. Quarto, per ipſum filium Dei incarnatum oſtendit finalem generis humani glorificationem. propter quod in fine ſui euangelij concludit. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quoniam Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis. Et patet ordo huius euangelij ad alia, quia prius eſt ordine perfectionis: licet ſit poſterius ordine temporis. Patet etiam ordo partium huius euangelij in ſe. Et in hoc iſte prologus terminatur.*

Margin notes: Luc. 1. a · Contemplatio ſanctorum & philoſophorum differunt · B · Philoſoph. · Dionyſius · Iob. 39. d · C · Pſal. 17. b · In euange. Io. tract. 1. tom. 9. · Contēplatio et deſcriptio Ioannis fuit cæteris perfectior in duobus · D · Philoſoph. · Ezech. 1. d · Euang. Ioā. partes quatuor · Ioann. 20. g

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E *Prologus ſancti Auguſtini in euangelium ſecundum Iohannem.*

Tom. 9. OMnibus diuinæ ſcripturæ paginis, euãgeliũ excellit: q̃a qđ lex et pphetę futurũ pdixerũt, hoc cópletũ dicit euãgeliũ. Inter ipſos aũt euãgeliorũ ſcriptores Ioannes eminet in diuinorũ myſteriorũ pfunditate, q à tpe dñicę Aſcenſionis p annos .lxv. verbũ Dei abſq; adminiculo ſcribendi vſq; ad vltima Domiciani pdicauit tpa. Sed occiſo Domiciano, cũ permittente Nerua de exilio rediſſet Epheſum, compulſus ab epis Aſiæ de coæterna patri diuinitate Chři ſcripſit aduerſus hæreticos, q eo abſente irruperant in eius eccleſias, q Chřm ante Mariã fuiſſe negabãt. Vñ merito in figura quatuor animaliũ aquilæ volanti cõparat̃, q̃ volat altius cęteris aĩalibus, & ſolis radios irreuerberatis aſpicit luminibus. Cæteri quippe euãgeliſtæ, q tpalẽ Chři natiuitatẽ & tpalia eius facta, q̃ geſſit in hoĩe ſufficienter expoſuerũt, et de diuinitate pauca dixerũt, quaſi aĩalia greſſibilia cũ dño ambulãt in terra, Hic ãt pauca de tpalibus eius geſtis ediſſerẽs, ſed diuinitatis potentiam ſublimius cõtẽplãs, cũ dño ad cęlũ volat. Qui.n. ſupra pectus dñi in cęna recubuit, cęleſtis hauſtũ ſapiẽtiæ cæteris excellẽtius de ipſo dñici pectoris fonte potauit. Legerat ſiquidem euãgelia triũ euãgeliſtarũ, & approbauerat fidẽ eorũ & veritatẽ, in q̃bus deeſſe vidit aliqua geſtarũ rerũ hiſtoriæ, & ea maxime, quæ dñs geſſit primo pdicationis ſuæ tpe. ſ. antequam Ioannes Baptiſta clauderet̃ carcere. Hæc ergo quaſi dimiſſa ab illis ſcribit Ioannes quæ fecit

F Ieſus antequam Ioannes traderetur, ſed maxime diuinitatẽ Chři & trinitatis myſteriũ cõmendare curauit. Tres ſiquidẽ alij euãgeliſtę dicta & facta domini tpalia, quæ ad informandos mores vitæ pñtis maxime valẽt, copioſius conſequuti, circa actiuã vitã ſunt verſati. In quo laboratur, vt cor mundetur ad videndum Deum. Ioannes vero pauca domini facta dicit: uerba uero domini quæ trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ felicitatem inſinuãt, diligẽtius cõſcribit: & ſic in cõtemplatiua vita virtute cõmendanda, intẽtionẽ ſuã & pdicationẽ tenuit. In qua cõtẽplatiua vacatur, vt Deus videat̃. Iſte ſiquidẽ eſt Ioannes, quẽ dñs de fluctiuaga nuptiarũ tẽpeſtate vocauit, & cui matrem virginem virgini commendauit.

b *Nuptiarum.* Vinũ aliud eſt nuptiale aliud ſpirituale. Nuptiale vinũ ad literã poſſumus dicere qđ de aqua ſubſtitutum eſt. Spiritualiter per vinum, quod defecit in nuptijs, poſſumus legem

*Prologus ſancti Hieronymi in euangelium ſecundum Iohannem, Incipit.*

a HIc eſt Ioannes euangeliſta vnus ex diſcipulis dñi q uirgo electus à Deo eſt, †quem de nuptiis volentẽ nubere vocauit Deus. Cui virginitatis in hoc duplex teſtimoniũ in euãgelio datur, qđ & prę

*¶Ecce vnum.* a *¶Hic aliud teſti.*

cęteris dilectus à dño dicit̃, & huic matrem ſuam pendens in cruce cõmendauit dominus, vt virginẽ virgo ſeruaret. Deniq; manifeſtans in

*¶Scilicet Iohannes, vel Deus.*

euangelio, qđ erat ipſe incorrupti-

a *¶Alias ſolis, ſcilicet verbis.*

bilis: verbi opus inchoans, ſolus ver-

a *¶Verbum caro factum.*

bum cãrnem factũ eſſe, nec lumen a tenebris comprehenſum fuiſſe teſtatur. Primum ſignum ponens, qđ in nuptijs fecit dominus, oſten

a *¶Deus vel Ioannes.* b *¶Scilicet inuitatus de vino nuptiarum in vinum nouum, quo inebriatur de calice præclaro, Domino a ſe inuitato.*

dens quod ipſe erat, vt legentibus demõſtraret, qđ vbi dominus inui-

*¶Lex coniugij.*

b tatus eſt, deficere nuptiarum vinũ debeat, vt & veteribus immutatis,

*gelium. Non.n. proprie loquendo dicitur euãgeliſta doctor euangelij vel ipſius prædicator, ſed ille, qui ex officio eſt eius conſcriptor. Tertiò commendatur ex conuictu cum dicitur:* G

c Vnus. *Et inter alios fuit de primis Chriſti diſcipulis, vt infra patebit. & præ cæteris Chriſto magis familiaris, quod eſt indicium ſuæ virtutis. Quarto commendatur ex virtutis actu, cum dicitur:*

d Qui virgo. *Actus.n. magnæ virtutis eſt cõtinentia virginalis. propter quod de ipſa dicit Saluator. Non omnes capiunt verbum iſtud quia pauci poſſunt ad hanc perfectionem attingere, propter quod ibidẽ ſubditur: Sũt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum. qui poteſt capere capiat. Tempus autem quo Ioannes vocatus eſt ad continentiam virginalem, oſtenditur, cum dicitur:* Matt. 19.

e Quem de nuptiis. *de quibus nuptijs dicetur infra .ij. c. Sed contra hoc videtur eſſe illud quod dicitur Matt. iiij. q̃ Ioannes uocatus eſt cum Iacobo fratre ſuo de naui ubi erant cũ Zebedeo patre eorum. Dicendũ, q̃ triplex fuit huius Ioannis vocatio. Primo.n. fuit vocatus ad ipſius noticiam aliqualem. Et de iſta vocatione habetur Ioh. 1. e. quando Andreæ petenti: Rabbi, ubi habitas? reſpondit Ieſus: Veni & vide. quia cum ipſo Andrea erat Ioannes, vt infra videbitur. Secundo uocatus eſt ad ipſius Chriſti familiaritatẽ. Et de hac loquitur hic Hie. quia iſta uocatio de nuptiis facta eſt: & extunc Iohannes fuit Chriſto familiaris propter mundiciam continentiæ virginalis. Tertio uocatus fuit ad apoſtolatum: quando relictis retibus & patre, cum fratre ſuo ſequutus eſt Ieſum. Et de iſta vocatione loquitur Matthæus. Ex quo patet, quod verbum Matthæi non contrariatur verbo Hiero.*

f Cui virginitatis. *Hic conſequenter probatur quoddam propoſitum in præcedenti commendatione. Commendauerat.n. Hiero. Ioannem ex quattuor. ſ. ex nomine, ex officio, ex cõuictu, & ex virtutis actu. Tria autem prima erant manifeſta. Non ſic autem quartum, videlicet virginalis cõtinentia. ideo iſtud probat Hierony. duplici teſtimonio. Primus eſt ſpecialis dilectio Chriſti ad ipſum, quæ erat ſuæ virginitatis ſignum, quia ſecundum q̃ dicitur, Omne animal diligit ſimile ſibi: volatilia ad ſimilia ſibi conueniunt: ſic omnis caro ad ſibi ſimilem coniungetur: & omnis homo ſibi ſimili aſſociabitur. De Chriſto autem nulli eſt dubium quin fuerit virgo etc. & hoc eſt quòd dicitur:* Cui virginitatis in hoc duplex. *Primum autem teſtimonium tangitur, cum dicitur:* H Eccl. 13.

g Quia & præ cæteris. *Sicut infra .xix. e. Vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus &c. Secundum autem teſtimonium virginitatis Ioannis, fuit recommendatio matris Chriſti in cruce ſibi facta: vt virgo virgini deſeruiret: & eſſet adinuicem grata ſocietas, & floridus aſpectus, ſecundum quòd dicit Hiero. in ſermone de aſſumptione Virginis Mariæ. Et hoc eſt quod dicitur:* Et huic ma.

h Deniq;. *Hic conſequenter oſtenditur ſcribendi modus, quem tenuit Ioannes in ſcribẽdo iſtud euãgeliũ, quia ſcribẽdo Chriſti naturã incipit ab emanatione incorruptibilis verbi: per hoc oſtẽdit in Chriſto naturã diuinã. & talis modus incipiẽdi debebatur Ioanni pp̃ter incorruptionẽ carnis ſuæ. Et hoc eſt quod dicitur:* Denique mani. *incipiendo euangelium.*

i Quia erat ipſe. *Id eſt, incorruptionem carnis ſuæ.*

k Incorruptibilis uerbi opus inchoans. *quia ab hoc ſuum euangelium incœpit, dicens: In principio erat uerbum &c.*

l Solus verbum carnem factum. *quia alij euangeliſtæ non loquuntur de proprietatibus verbi ſicut iſte. Similiter deſcribendo facta Chriſti humanitus geſta, incipit ab illo ſigno, quo Chriſtus inuitatus ad nuptias deficiente vino aquam conuertit in vinum, vt habetur infra .ij. capi. Et per hoc deſignatur, quòd in illis, qui inuitant Chriſtum ad nuptias ſpirituales per aggreſſum continentiæ uirginalis, debet deficere delectatio carnalis, quæ per uinum deſignatur: vt aqua conuertatur nouo modo in vinum per Chriſtum mutando carnalem delectationem in ſpiritualem. Et hoc modo incipiendo deſcriptionem operum Chriſti oſtendit ſuam virginitatem. Et hoc eſt quòd dicitur:* Ioan. 14.

m Primum ſignum po. *mutando aquam in uinum.*

n Oſtendens quòd ipſe erat. *ſcilicet ſegregatus a delectatione carnali per continentiam uirginalem.*

o Vt legen. *ſuum euangelium.*

p Demonſtraret, q̃ vbi dominus inui. fit. *i. in nuptijs ſpiritualibus.*

q Deficere nuptiarum uinum debeat. *id eſt delectatio carnalis.*

r Et veteribus immutatis. *id eſt delectatione carnali, quæ corruptionem inducit, mutata in ſpritualem, quæ renouat animam.*

¶ Noua omnia

## Nicolai de Lyra expoſitio prologi Beati Hieronymi ſuper Iohannem.

HIc eſt Io. *Huic euangelio quod eſt cęteris perfectius, vt patet ex dictis, Beatus Hier. hũc prologum præmittit: In quo principaliter tria facit: quia primò deſcribit ſcriptoris huius euangelij commendationem. Secundo ipſius euangelij ordinationem, ibi.* Tamen poſt omnes. *Tertiò ponit Hier. ſuam excuſationem, ibi:* Quorum tamen. *Prima diuiditur in quatuor: quia primò deſcribitur ipſius Iohannis ſtatus. Secundo ſuæ deſcriptionis modus, ibi:* Deniq; manifeſtans. *Tertio deſcriptionis tempus & locus ibi:* Hoc autem euangelium. *Quarto Iohannis obitus, ibi:* Hic eſt Ioannes. *Prima in duas: quia primo ponitur ipſius Ioannis commendatio. Secundo cuiuſdam dicti in ea probatio, ibi:* Cui virginitatis. *Circa primum Ioannes à quatuor commẽdatur: quia primo deſcribitur eius commendatio ex proprio nomine, cum dicitur:* Hic eſt. *quod interpretatur in quo eſt gratia. Sicut.n. Iſaac in veteri Teſtamento, & Ioannes Baptiſta in nouo ſortiti ſunt ſua propria nomina ex diuina præordinatione, ad ſignificãdum ipſorum proprietatem, vt patet de Iſaac, & de Iohanne Baptiſta: Ita credendum eſt, q̃ ipſe ex diuina præordinatione nominatus ſit Ioannes, propter plenitudinem gratiæ, quamuis nõ ſit ſcriptum. quia non omnia ſunt ſcripta, vt habetur in fine huius euangelij. Secundo cõmẽdatur ex officio, cũ ſubditur:* Diuiſio; Gen. 17. c; Luc. 1. c

b Euangeliſta. *quia ex diuina ordinatione habuit officium ſcribẽdi euãgelium.* Ioan. 21. g



A legem coniugij intelligere, quæ ante aduẽtũ Xp̃i fere ab oĩb. cuſtodiebat̃. q̃a tũc dicebat̃: Creſcite & multiplicamini. & ſteriles q̃ nõ pariebãt, magno opprobrio cuſtodiebãtur. Sed veniẽte Chriſto iã in q̃buſdã cœpit vinũ illud deficere, & aliud vinũ. ſ. virginitatis creſcere, ſicut ĩ Maria, Iohãne, Stephano, & in plurib. aliis. Iõ aũt dr̃ vinũ cõiugale ipſa lex cõiugii, q̃a ſicut vinũ inebriat hoĩem, & a ſtatu ſuæ mẽtis alienat, ſic lex coniugii alienat hoĩem ab his, q̃ dei ſũt, & ſollicitũ eũ facit circa mũdanas res q̃b. ſe & cõiugẽ & prolẽ nutrire q̃at. Caſtitas vero dr̃ vinũ ſpirituale, q̃a qđ iſtud facit ſeculo, illud facit Deo, q̃a facit poſtponere mũdana, & cæleſtibus inhiare. Et iõ poſuit hoc vt demonſtraret, q̃ vbi dñs eſt inuitatus. i. ĩ mẽtib. illorũ, ad quos ĩuitat⁹ venit, vinũ nuptiarũ. i. veteris cõſuetudinis dẽt deficere vt & veterib. immutatis. i. dimiſſis oĩa appareãt noua, quę a Chriſto nouo hoĩe conſtituuntur.

a *Et h. ẽ Io.* Iohannes interpretat̃ gr̃a Dei, ſiue ĩ quo eſt gr̃a, vel cui donatũ eſt. Cui ãt theologorũ donatũ eſt ita abſcõdita ſummi boni myſteria penetrare, & ſic humanis mẽtib. intimare.

*¶Id eſt virginitas appareat.*

noua omnia quæ a Chriſto inſtituuntur appareant. Hoc autem euangelium ſcripſit in Aſia, poſteaquam in Pathmos inſula Apocalypſim ſcripſerat, ut cui in principio Canonis incorruptibile principium prenotatur in Geneſi, & etiam incorruptibilis finis per uirginem in Apocalypſi redderetur, dicente Chriſto. † Ego ſum alpha α & ω. Et hic Iohannes, qui ſciens ſuperueniſſe diem receſſus ſui, conuocatis diſcipulis ſuis in Epheſo, per multa ſignorum experimenta promens Chriſtum, deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione po-

*¶Angelos.*

ſitus eſt ad patres ſuos: tam extraneus a dolore mortis, quam a corruptione carnis ĩuenitur alienus. Tamen poſt omnes euangelium ſcripſit, & hoc uirgini debebatur. Quorum tamen uel ſcriptorum temporis diſpoſitio vel librorum ordinatio ideo a nobis per ſingula non ex-

*¶Per ſingula. ¶Alias, vt neſcientibus deſiderium eſſe videtur.*

ponitur, ut ſciendi deſiderio collato, & quærentibus fructus laboris, & Deo magiſterii doctrina ſeruetur.

### NIC. DE LYRA.

¶ a Noua o. q̃ a Ch. in. *i. reparantur,* appa.

b Hoc a. *Hic conſequenter oſtenditur tempus & locus, in quo Iohannes ſcripſit iſtud euangeliũ. Locus eſt Aſia minor, in qua Metropolis eſt Epheſus. in qua plurimum Iohãnes fuit cõuerſatus. & hoc eſt quod dicitur:* Hoc a. e. ſc. in Aſ. *quia de hoc rogatus fuit ab Aſiæ epis rõne prædicta. Tempus autem deſcriptionis huius euangelij fuit poſtquam Iohannes redierat de relegatione exilij, ubi apocalypſim ſcripſerat in inſula, quæ dicitur Pathmos. & hoc eſt quod dicitur,*

B c Poſteaq̃ in Path. inſ. Ap. ſc. *Sed quia poſſet aliquis credere, quare liber Apocalypſis ponitur vltimus in canone, cum fuerit deſcriptus ante illud euangelium: Ideo ad hoc reſpondet Hier. dicens, quod hoc factum eſt vt finis canonicæ ſcripturæ principio reſponderet: quia ſcriptura canonica incipit a principio incorruptibili, cum dicitur,* In pr. cr. d. *Et ideo conueniens fuit, quod finis ipſius incorruptibilis per virginem deſcriberetur. Vnde & liber Apocalypſis in finali beatitudine terminatur, quæ conſiſtit in reductione creaturæ ad ipſum: ſicut per creationem egreditur ab ipſo, de qua creatione agitur in canonis principio. & hoc eſt quod dicitur:*

d Vt cui in pr. ca. *i. ipſi Deo a quo creatura egreditur.*

e Et et. inc. fi. per uir. *i. per Iohannem.*

f In apo. red. *quia ibi deſcribitur finis creaturæ ſicut & principium: propter quod ſubditur:*

C g Dicente Ch. Ego ſ. alp. & o. *Alpha enim eſt prima litera Græci alphabeti: O vero vltima. & per hoc deſignatur, qđ ipſe Chriſtus eſt principium & finis ſacræ ſcripturæ, ac etiam totius ſcripturæ ueræ, quia eſt veritas prima, a qua omnis alia veritas deriuatur.* Apoc. vlt. c

h Hic eſt Io. *hic cõſequenter deſcribitur ipſius Iohãnis felix obitus qđ oſtẽditur de duobus. Prĩo, q̃a ex diuina reuelatiõe pſciuit ſe votatũ ad cęleſte regnũ. & hoc eſt qđ dr̃:* Hi. eſt Io. q ſci. ſuper. diẽ rec. ſ. *de hoc mundo.*

i Conuocatis di. ſu. in Ep. *quæ erat metropolis illius terræ.*

k Per mul. ſigno. expe. *quia ſenſibiliter viderat multa miracula virtute Chriſti facta.*

l Promẽs Ch. *q̃a talia ſunt diuinitatis Xp̃i oſtenſiua. Scđo: q̃a ſpãli modo obijt non ſentiẽs dolorem mortis. & hoc eſt quod dicitur,*

m Deſcendens. *propria uoluntate.*

n In def. ſ. ſuæ lo. *vt habetur in legẽda ſua.*

o Facta ora. po. eſt ad pa. *ſ. i. ad ſanctos patres vet. Teſt. qui iam erant in gloria cæleſti.*

p Tã ext. a dolo. mor. *non dicit a morte, quia mortuus fuit per ſeparationem animæ a corpore, quia quilibet hõ debitor eſt mortis ex primi parentis tranſgreſſione, ſecundum quod dicitur Statutum eſt hominibus ſemel mori, ſed dolorẽ mortis non ſenſit ex priuilegio ſpeciali in ſignũ integritatis virginalis. propter quod ſubditur:* Quod a cor. iu. al. Heb. 9. g

q Tamẽ p. *Poſita commendatione Iohannis: hic Hiero. oſtendit ordinem ſuæ deſcriptionis, quia ultimus inter euangeliſtas ſcripſit euãgeliũ. & hoc decebat virginẽ, q̃a taciturnitas & verecundia debẽt eſſe annexę virginitati. & hoc eſt quod dicitur:* Tamen poſt o. e. ſcr. & h. uir. de. *ratione prædicta.*

r Quorũ ta. *Hic ponit Hiero. ſuam excuſationẽ a diligẽti ptractatiõe ordinis euangeliſtarũ & euãgeliorũ, dicẽs, q̃ illa in generali tãtũmodo tetigit triplici de cã. Primo: q̃a p hoc q̃ in generali tangitur, excitatur deſideriũ in legẽtib. ad pfectius cognoſcẽdũ. Secundo: ex tali deſiderio homo laborat ad perfectiorẽ cognitionẽ q̃rẽdã. & talis labor eſt ei meritorius. Tertio: q̃a p hoc doctrina magiſterij ipſi Deo reſeruatur, qui veritatem reuelat quęrentib. taliter. & hoc eſt quod dicitur:* Quorum. *i. euangeliorum.* D

s Vel ſc. *i. euangeliſtarum.*

t Temporis diſ. *In quo tempore quilibet eorum ſcripſit.*

v Vel lib. or. *i. quare euangelium Matthæi ſit primum, Marci ſecundum & ſic de alijs.*

x Iõ a no. p ſin. nõ exp. ut ſc. deſi. col. *In fidelibus iſta legentibus.*

y Et quæren. *horum perfectam cognitionem.*

z Fructus la. & d. mag. do. ſer. *qui paratus eſt reuelare veritatem fideliter inquirentibus ipſam.*

## Poſtilla uenerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper euangelium Iohannis.

### CAP. I.

IN prin. e. uer. *Secundum quod patet ex prædictis, intentio beati Iohannis eſt diuinitatem domini noſtri Ieſu Chriſti principaliter declarare ad extinguendum hæreſim Hebionitarum ex tunc inſurgentem, qui dicunt Chriſtum purum hominem & per conſequens ante Mariam nullo modo fuiſſe. Et ideo in hoc euangelio ſic procedit: quia primo diuinitatem Chriſti per rationem quantum poſſibile eſt probat. ſecundo ipſam per miracula ab ipſo facta manifeſtat in principio ſequentis ca. ibi.* Tertia die. *Prima in duas, quia primo diuinitatem Chriſti oſtendit. ſecundo declarat qualiter hoc ſibi innotuit, ibi:* Et vidimus. *Prima in duas: quia primo declarat ipſius filij Dei æternam generationem. ſecundo temporalem ipſius incarnationem, ibi:* Fuit homo. *Prima in duas: quia primo determinat de ipſo filio Dei quantum ad eius eſſe ſeu generari. ſecundo quantum ad eius operari, ibi:* Omnia per ipſum. *Circa primum quatuor declarat. primum eſt filij a patre æternam generationem. ſecundum eſt ipſorum perſonalem diſtinctionem: ibi:* Et verbum erat apud Deum. *tertium eſt patris & filij conſubſtantialitatem, ibi:* Et Deus erat verbum. *quartum eſt ipſorum coæternitatem, ibi:* Hoc erat in principio apud Deum. *Ad euidentiam iſtorum conſiderandum, quod beatus Iohannes in declaratione iſtorum vtitur nomine verbi: quod non inuenitur niſi in creatura intellectuali, quæ eſt ad imaginem Dei facta. & ideo efficacius ducit in cognitionem creatoris quã cæteræ creaturæ. Et ideo ad intellectum dicendorũ aliqua ſunt hic præmittenda. primum eſt qualiter uerbum in nobis inuenitur. ſecundum qualiter in Deo ponitur. tertium qualiter proprietas filiationis in verbo diuino reperitur, quia beatus Iohannes loquitur de filio Dei ſub nomine verbi. Circa primum ſciendum, quod uox ſignificatiua dicitur verbum: ſed hoc eſt tantummodo large & denominatiue, in quantum ſignificat interioris mentis conceptum. ſicut vrina dicitur ſana, inquantum eſt ſanitatis indicatiua. & ideo ſicut proprie dicitur ſanitas, quod per urinam deſignatur, ita illud proprie dicitur verbum, qđ per uocem ſignificatur, hoc autem eſt interior mentis conceptus, ſecundũ quod dicit philoſophus: Voces ſunt notæ. i. ſigna earum paſſionum, quæ ſunt in anima. & ideo conceptus mentis interior etiam antequam per vocem deſignetur, proprie verbum dicitur. & hoc eſt quod dicit Augu. xv. de trini. Quiſquis poteſt intelligere uerbum non ſolum antequam ſonet, verum etiam antequam ſonorum eius imagines cogitatione inuoluantur: poteſt videre aliquam illius verbi ſimilitudinem. de quo dictum eſt:* In prin. er. uer. *Aduertendum tamen, quod in nobis eſt duplex interior mentis conceptus. vnus informis & imperfectus: alius formatus et perfectus. cuius ratio eſt, quia cognitio noſtra pcedit de imperfecto ad pfectũ. & iõ de re primo habemus conceptũ cõfuſum & imperfectũ, vt habetur .i. phyſicorũ. & talis cõceptus nõ dicitur pprie verbũ. ſed cogitatio. Procedẽdo ãt puenimus ad hẽndũ cõceptũ rei pfectũ & determinatũ, q a philoſophis vocatur diffinitio, a ſctis aũt dicitur pprie uerbũ: & hoc eſt qđ dicit Aug. ix. de trini. Diffinio in temperantiã, & hoc eſt verbũ eius & ſic patet primũ. ſ. qđ ſit verbũ in nobis. Circa ſecundum cõſiderãdũ, q̃ Deus eſt ĩtellectualis naturę, vt ab oĩb. tã ſctis q̃ philoſophis ſupponitur tãq̃ manifeſtũ: & ideo in ipſo ponitur verbum, non tamẽ ad ſimilitudinem verbi large dicti, quod eſt ipſa vox ſignificatiua: vel conceptus rei imperfectus, quia in Deo nihil eſt ſenſibile, nec etiam imperfectum: &* 1. Perihe.; Tom. 3.; Mentis cõceptus duplex



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E

## GLOS. ORDIN. CAP. I.

IN *principio erat uerbũ*. Cõtra eos, q pp tpalẽ Chriſti natiuitatẽ dicebãt Chriſtũ nõ ſemp fuiſſe, incipit de ęternitate verbi dicẽs: *In prin. erat uer.* Verbũ dr̃: Vel qđ profertur & tranſit, vt qñ dr̃ Deus, vel aliqd huiuſmodi: vel cogitatio ſeu cõceptio mẽtis quæ ex mente nata cũ ipſa mente permanet, ut qñ cogitas vel diuinã ſubſtantiam. vel aliam rẽ Hac ſimilitudine ratio & ſapientia Dei quæ ex Deo nata oĩa cõprehẽdit, verbũ dr̃. Hoc dr̃ eſſe in principio contra eos, qui (qa ex tpe dr̃ naſci ex virgine) dicunt non ſemp fuiſſe: *In pr.* i. pr̃e, q eſt principiũ non de principio: ipſe cum eo eſt principiũ de principio. In quo ſolũ notaĩ ęternitas verbi, qua omnia pręcedit. Sed qa alii dicebãt, quod idem Deus aliqñ eſt pater, aliqñ filius, ut alter noteĩ in pſona, ſubdit, Et uerbum erat apud Deũ, vt alius apud alium. Sed qa alii cõcederent, & ſemp aliũ fuiſſe ſed non Deũ eſſe, ſubdit, Et Deus erat verbum. Sed qa iterũ alij etiam Deũ concederent, ſed factũ Deũ, vt ex hoĩb. fiunt Dij: contra eos addit: hoc. i. verbũ erat apud Deũ. in principio. i. añ oĩa natus ex Deo, in quo & coomnipotens & conſubſtantialis & coæternus indicaĩ. Poſtq̃ autẽ dixit de natura filij, de operatione ipſius, ſupponit, oĩa p ipſũ facta ſunt. oĩa. i quidqd eſt ſiue in ſubſtantia, ſiue in aliqua naturali proprietate. Ecce autor bonorum. Et ſine ipſo factum eſt nihil, quia nõ ab eo eſt, qđ non eſt naturaliter, ſed quod eſt peruerſio naturæ, vt malum ſiue idolum. Ecce non eſt autor malorum Sed ne quia iſta facta ſunt mutabilia, ipſa voluntas & rõ & ſapĩa Dei videretur eſſe mutabilis, addit, quod factum eſt, in tpe & eſt mutabile, erat viuens & permanens in ipſo, ut arca facta in ope mutatur & piit, arca in mente artificis pmanet, ita vt ex ea alia & alia fieri poſſit illa prius facta pereũte, & ita cõſtat, q creatura nõ eſt coæterna creatori, ſed ars & ratio ſapientia ex qua fit eſt coæterna Deo. Dicto quæ ſit natura verbi, q̃ ẽt eius opatio, ſupponit quid faciat humanæ rõnali creaturæ: & hæc vita. i. ſapientia Dei in qua viuunt oĩa, erat lux, q̃tũ in ſe eſt, & ſi iniq nõ ſentiũt. lux. i. illuminatio hoĩm, non pecorũ vel aliarum rerum Et hæc quidem lux lucet q̃tũ in ſe eſt in tenebroſis, ſicut ſol ſuper cæcum, & tamen illi mali vt cæci non ſentiunt ſolem. Si enim comprehenderẽt, tenebræ non eſſent. Vt autem & ipſæ tenebræ poſſent cõphendere, pmiſſus eſt homo in teſtimonium huius lucis. Et ipſa lux. i. verbum, factum eſt caro, quaſi mutatum in lac propter puulos: In forma. n. deitatis non poſſet noſci a paruulis. Alii euangeliſtæ deſcribunt Chriſtum natum ex tpe. Iohannes affirmat eum fuiſſe in patre, vt in principio. Non fuit ante pater quã filius. Ecce filius alia perſona à patre, vna ſuba cũ patre.

F

*b Erat.* Sum, verbum ſubſtãtiuum duplicẽ habet ſignificationem, Aliqñ n. temporales motus ſecundũ analogiam aliorũ verborũ declarat. Aliqñ ſubam vniuſcuiuſq; rei, de qua pdicatur, nõ vllo tpali motu deſignat, iõ & ſubſtãtiuũ vocaĩ. tale eſt qđ dr̃: *In pr. e. u.* quaſi ĩ pr̃e ſubſiſtit filius Nõ. n. p tpe, ſed pro ſuba ponit, erat. Quare ponit erat ſubſtantiuum verbum, vt intelligas oĩa tempora præueniſſe coæternum patri uerbum.

*c Verbum.* Vel qa p eũ pater mundo innotuit, vel quia ipſum dicẽdo. i. generando Deus pater oĩa creauit, verbum dicitur.

*d Et u. e.* Alii ſubito inter homines apparuiſſe: Iohannes dicit apud Deum ſemper fuiſſe. Alii verum hominem, Iohannes verum Deum aſſerit dicens, Deus erat uerbum. Alii hominẽ inter homines conuerſatum, Iohannes apud Deum manentem dicit, hoc erat in principio apud Deum. Alii dicunt miracula quæ fecit homo in mundo, Iohannes per ipſum omnia facta teſtatur: Omnia per ipſum facta ſunt. Ecce autor bonorum. Sine ipſo factum eſt nihil. Non eſt autor malorum.

*Omnia*

*Incipit Euangelium ſecundum Iohannem.*



CAPVT I.

¶In patre, qui principium ſine principio eſt, vel in principio omnium creaturarum vel temporum. i. cum inciperent omnes creaturæ vel tempora, iam erat verbum, vel quia ab ipſo habent omnia principium exiſtendi. ¶Non in Maria incepit vt quidam volebant. ¶Vt idem in ſubſtantia, etſi alius in perſona, quod quidam negabant.

¶Nota conſubſtantialitatis.

a ¶Filius qui eſt principium de principio. b ¶Filius. ¶Verbum non prolatum, ſed ſemper apud eum manens. ſ. ſapientia qua de creandis omnia ſciebat, vel de ſe.

c ¶Vt alia perſona, non tamen alia ſubſtantia.

a b IN PRINCIPIO erat [a] c d † uerbũ, & uerbum erat apud Deum, b

† ſermo

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *Unum & propter hoc vox ſignificatiua quæ ſenſibilis eſt, & ipſa cogitatio, quæ licet ſit intellectualis, tamen quia imperfectionem implicat non habet ibi locum: ſed ibi ponitur verbum inquantum importat conceptum rei perfectum, quia Deus vnico actu intelligendi ſeipſum, & oĩa alia concipit perfecte. Ex quo patet differentia verbi noſtri ad verbum diuinum, quia verbum noſtrum in mente multiplicatur. Quot enim ſunt ibi conceptus perfecti vel formati, tot ſunt ibi uerba. In Deo autem eſt uerbum vnicum: quia non poteſt ibi eſſe niſi vnicus conceptus perfectiſſimus. Item verbum in nobis eſt accidens & quid tranſiens, quia non ſemper actu intelligimus: ſed in Deo idem eſt quod ſubſtantia diuina, quia non patitur ad miſtionem alicuius accidentis ſeu cuiuſcumq; naturæ extraneæ. Eſt etiam verbum ſemper actu permanens & æternum, & ſic patet aliqualiter ſecundum ſ. qualiter in diuinis ponatur verbum. Circa tertium ſciendum, quod de ratione filiationis propriæ dictæ eſt quod ibi ſit proceſſus uiuentis a uiuente ſecundum rationem ſimilitudinis in identitate naturæ, ſaltem ſpecifica, vel in propinquo genere, quod patet, quia in rebus inanimatis quamuis vnum procedat ab alio, ſicut ignis ab igne, non tamen ignis productus ab alio igne dicitur eius filius. Similiter ſi res non viua procedat a viuente, non inuenitur ibi ratio filiationis. ſicut artificiatum procedit ab artifice, non tamen dicitur eius filius: & ideo requiritur, ſicut dictum eſt, proceſſus viuentis a uiuente. Item hoc non ſufficit niſi ſit proceſſus ſecundum ſimilitudinem naturæ: quia pediculus procedens ab homine non dicitur eius filius, ſed ille qui procedit ab eo ſimilis in ſpecie. Aduertendum tamen, quod non eſt de perfecta ratione filiationis, q natura ſpecifica in patre & filio numero diſtinguatur: ſed hoc contingit ex imperfectione illius naturæ, quæ propter ſui limitationem in pluribus ſuppoſitis eſſe non poteſt vna numero exiſtens. Si igitur in diuinis ponatur uerbum diſtinctum perſonaliter a principio, a quo procedit, ſicut veritas rei ſe habet, vt magis patebit infra conſequenter oportet dicere, quod in ipſo perfecte inueniatur ratio filiationis, quia Deus non ſolum eſt uiuens, ſed vita per eſſentiam. & ideo verbum in diuinis neceſſario procedit ſicut uiuens a uiuente: & in identitate naturæ, non ſolum ſpecifica, ſed numerali. Et procedit etiã ſecundum rationem ſimilitudinis: quia de ratione verbi eſt, quod ſit perfecta ſimilitudo illius cuius eſt verbum: & ideo verbum in diuinis & filius idem ſunt per omnem modum. propter quod dicit Auguſt. vi. de trinitate. Verbum ſolus filius accipitur, & eo dicitur uerbum quo filius. His prælibatis procedendum eſt ad declarationem primæ concluſionis quam inducit Iohannes ad probandum æternam filij generationem, vt prædictum eſt. Nec debet aliquis admirari, quod tantum in iſtis ſteti, quia verba beati Iohannis continent ſententiam maximam. imo nobis incomprehenſibilem, ideo non poteſt paucis uerbis etiam modicum declarari. In ratione autem iſta beatus Iohannes ſupponit unum, quod ab omnibus ſupponitur tanquam manifeſtum. ſ. quod Deus ſit principium ſimpliciter primum, & per conſequens quod ſit intellectualis naturæ: aliter non haberet notitiam ſui & aliorum, quod eſt inconueniens maximum. & ideo quidquid eſt perfectionis in natura intellectuali, totum competit ei, modo tamen ſuperexcellenti. In natura autem intellectuali perfectionis eſt, quod ibi ſit verbum, quia hoc competit ei inquantum eſt in actu perfecto, vt patet per prædicta, ergo in ipſo Deo proprie & perfecte eſt verbum. Verbum autem de ſua ratione dicit quid procedens ab eo cuius eſt verbum, ſicut concepens a concipiente. Cum igitur uerbum & filius idem ſint, ſequitur, quod ibi ſit generatio filij a patre, ex quo eſt ibi proceſſus uerbi a dicente. Huius rationis Iohannes ponit tantummodo concluſionem, omittens iſtam deductionem. ſicut frequenter faciunt philoſophi tangendo ſolummodo unam propoſitionem ſuæ rationis. & hoc modo dicit Iohannes:*

Verbi diuini & humani differentia

G

H

Tom. 1.

a In p. e. u. *i. in ipſo Deo (q ab omnibus ſupponitur primum principiũ) neceſſario eſt verbum proprie dictum, vt patet per prædicta,*

b Et u. e. *Hic conſequenter probat patris & filij perſonalem diſtinctionem. Ad cuius intellectum ſciendum, quod perſona eſt intellectualis*

¶ *naturæ*

## MORALITER.

✱ *a In prin. e. u.* Iohannes euangeliſta tam ſublimiter loquitur de diuinis, quod multa de dictis eius exponere moraliter neſcio humanis actibus applicando, propter quod aliqua conuertam ad fidem, & aliqua aliis exponẽda dimittam. Sicut dixi in expoſitione literali, hic ponuntur quinque de diuinis perſonis. Primum eſt, intrinſeca verbi proceſſio, cũ dr̃, In principio erat verbum. Secundũ eſt, verbi & patris pſonalis diſtinctio, cũ dr̃, Et uerbum erat apud Deũ. Tertiũ eſt, eorum ſubſtantialis indiſtinctio, cum dr̃: Et Deus erat verbum. Quartum eſt, coæterna duratio, cum dr̃, Hoc erat in principio apud Deũ. Quintũ, indiuiſa operatio, cum dicitur: Oĩa p ipſum facta ſunt. Per primũ elidit pſumptio philoſophorũ, q nihil

✱ voluntre-



*a Omnia per ipſum.* Augu. Non eſt creatura, per quem omnis creatura facta eſt. Malum non eſt factum per ipſum nec ipſum idolum, quia nihil ſunt, nulla ſua natura ſubſiſtunt. Tamen quidquid mente concipitur, dicitur eſſe, hoc modo peccatum poteſt eſſe. Ea quæ ſunt, per ipſum facta ſunt. Illa autẽ ſunt, quæ a natura propria non recedunt. i. quæ concordant cuncti potentiæ diuinitatis.

A

*b Et ſine ipſ.* Origenes ita diſtinguit: Et ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, Ordo: Nihil quod factum eſt, factum eſt ſine ipſo. Augu. Quod factum eſt, erat vita in ipſo. Iohannes Chryſo. & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Hilarius, ſine ipſo factum eſt nihil, quod factũ eſt in ipſo.

*c Quod fa.* Augu. Si audis mutabilem creaturam per filium factam, non tamen credas mutabilem eius voluntatem, quia non ſubito aliquid voluit facere, ſed oĩa ab æterno fecit. Qđ factũ eſt, tpe tranſit. quod ĩ ſapĩa immutabili eſt, trãſire non pt̃. Faber. n. arcam prius facit in mente, poſt in opere. Quod in mente eſt, viuit cum artifice. qđ fit, mutaĩ cũ tẽpore

*Fuit homo*

a ¶Ipſe filius erat Deus. ¶Ne dicatur eſſe cum Deo, & non Deus. b ¶Hoc idem verbum non eſt nouus Deus, ſed erat apud Deum in princi. i. in patre exiſtens principium omnium cum patre. c ¶Ita erat unum cum patre, ut omnium creaturarum principium ſua præiret eſſentia.

& Deus erat uerbũ. Hoc erat in prin a b

a ¶i. omnis creatura viſibilis & inuiſibilis, omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium.

a cipio apud Deũ. † Omnia p ipſũ fa- c

a ¶Nulla res ſubſiſtens ſine ipſo eſt facta.

b cta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt † nihil a

a ¶Et omne. b ¶In tempore. c ¶In ſpirituali factoris ratione ſemper viuit & viuit.

c Quod factum eſt in ipſo uita erat, e

† ue vnum quidẽ, qđ factum eſt In

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *naturæ incommunicabilis exiſtentia, vel potius ſubſiſtentia. Verbum autem in diuinis non poteſt eſſe accidens, vt patet ex prædictis. & ideo oportet quod ſit quid ſubſiſtens in diuina natura. Eſt etiam incommunicabile, quia nec intellectus, nec natura capit, quod procedens ſit idem per omnem modum cum eo a quo procedit. & ideo quia uerbum in diuinis procedit per actum realem, oportet & inter ipſum & principium a quo procedit, ſit diſtinctio realis per proprietates ſuas alteri incommunicabiles. & ideo cum utrumque ſit ſubſiſtens incommunicabile in natura diuina, quæ eſt in ſupremo intellectualitatis, ſequitur, quod inter uerbum & principium a quo eſt verbum, ſit diſtinctio perſonalis. Et hoc eſt quod breuiter tangit Iohannes, dicens:* Et u. er. ap. d. *Nulla enim res dicitur proprie eſſe apud ſemetipſam, ſicut nec aliquis eſt in ſeipſo, vt dicitur. iiij. Phyſicorum, & ideo inter uerbum & principium, apud quod eſt verbum, ſcilicet patrem, eſt perſonalis diſtinctio. Non enim verbum procedit a patre per actionem tranſeuntem extra, ſed manentem intra. & ideo verbum manet intra illud, cuius eſt uerbum, tamen ab eo diſtinctum, quæ diſtinctio perſonalis eſt, ut patet per prædicta.*

Perſona

B

a Et de. *Hic conſequenter probat patris, & filij conſubſtantialitatem. verbum enim diuinum eſt quid ſubſiſtens in natura diuina, ut prædictum eſt. natura autem diuina non eſt multiplicabilis, quia nullo modo poteſt eſſe niſi una & ſimpliciſſima. & ideo oportet quod uerbum & principium a quo eſt uerbum, ſint idem penitus in natura, quamuis diſtinguãtur vt prædictum eſt in perſona. & hoc eſt quod dicit Iohannes* Et d. er. u. *ita quod ly Deus, ponatur a parte prædicati. dicendo ſic, Verbum eſt Deus. Nomina enim & verba tranſpoſita idem ſignificant. q. d. Iohannes, quamuis verbum ſit apud Deum, non tamen eſt aliquid extra eã natura, ſicut eſt uerbum noſtrum, ſed eſt naturæ diuinæ, quæ indiuiſibilis eſt. ideo eſt eadem omnino in ipſo & in patre.*

b Hoc e. in prin. *Hic conſequenter declaratur quartum. ſ. coæternitas patris & filij. Quod enim procedens ſit poſterius duratione eo a quo procedit, hoc contingit multipliciter. Vno modo, quia producens non habet a principio ſuæ durationis potentiam productiuam perfectam. ſicut homo a principio pueritiæ non habet potentiam generandi perfectam. & ideo eius filius neceſſario poſterior eſt duratione. Alio modo contingit propter modum producendi. quia quando aliquid producitur per motum, qui motus eſt in tempore, oportet quod productum ſit poſterius producente duratione, quia productum primo habet eſſe in illo inſtanti in quo terminatur ille motus. Tertio modo contingit hoc, quando aliquid producitur libere & non de neceſſitate naturæ, quia tale agens poteſt expectare ad producendum ſuum effectum, ſicut creaturæ producuntur a Deo, cuius potentia eſt perfectiſſima, & ſine tranſmutatione & motu, tamen non ſunt ei coæternæ. quia etſi ab æterno potuit producere creaturam, vt dicunt aliqui, tamen noluit. Nullo autem iſtorum modorum poteſt poni in diuinis, quod filius ſiue verbum quod eſt idem, ut patet per prædicta, ſit poſterior patre, quia in diuinis nulla poteſt eſſe potentia productiua imperfecta, vt de ſe patet. nec uerbum in diuinis procedit per mutationem & motum, quia in diuinis non habent locum, ſecundum quod dicit beatus Iacobus. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Item filius procedit a patre de neceſſitate naturæ, quia Deus neceſſario intelligit ſe. & ſic relinquitur, quod filius ſit æqualis patri in duratione. & hoc eſt quod breuiter dicit beatus Iohannes,* Hoc erat in pr. ap. de. *hoc ſcilicet verbum de quo loquutus fuerat, erat apud Deum a principio æternitatis. & ſic patet quartum, quod de verbo Dei fuerat ſupra poſitum.*

Iacob. 1.

c Omnia per ipſum fac. &c. *Poſtquam euangeliſta declarauit ipſius verbi eſſe ſeu generari, hic conſequenter declarat ſuum agere ſeu operari. Et diuiditur in duas: quia primo declarat hoc quantum ad omnes creaturas in generali. ſecundo, quantum ad homines in ſpeciali, ibi: Et uita erat lux hominum. Prima in duas: quia primo declarat propoſitum quantum ad producendi actum. ſecundo, quãtum ad producendi modũ, ibi: Quod factum eſt. In prima parte oſtendit, quod actus producendi ipſius verbi ſe extendit ad omnem creaturam in generali, quia creaturę producũtur à Deo ſicut artificiata per artificẽ. Sap. vij. c. Omniũ eſt. n. artifex &c. cũ Deus ſit agens per intellectũ. Quod aũt producitur per artẽ ſeu intellectum, producitur per cõceptũ artis ſeu intellectus. ſicut domus in re extra producitur à domo q̃ eſt in anima. vij. Metaph. Verbũ autem in diuinis idem eſt quòd conceptus intellectus diuini, vt ſupra dictum eſt. ergo omnia per ipſum producta ſunt. & hoc eſt quod dicit Iohannes:* Omnia per ip. facta ſunt. *Et quia poſſet aliquis credere, quod hoc ſignum omnia, diſtribueret ſolum pro creaturis corporalibus, eo quod in principio Gen. vbi agitur de prima rerum productione, non fit mentio niſi de corporalibus creaturis, ideo ad hoc excludendum additur.*

C

Diuiſio

d Et ſi. ip. fa. eſt ni. *quia etiam ſpirituales creaturæ ſunt a Deo ſicut ab efficiente. Conſiderandum tamen, quod Manichæus dixit nihil hic teneri affirmatiue: & per hoc ſecundum ipſum intelliguntur creaturæ corporales, quæ parum habent de entitate. & propter hoc ſignificantur hoc nomine nihil, eo modo loquendi quo dicit Philoſophus. ij. phyſ. q illud qđ eſt modicum nihil reputatur. Sic igitur exponit Manichæus dicens:* Et ſi. ip. fa. eſt ni. *i. ſine verbo facta eſt corporalis creatura: quia dicit ipſam eſſe factam a principio malo. Poſuit enim duo principia: vnum ſimpliciter bonum, alíud ſimpliciter malum: & ab iſto dixit corporalem creaturam procedere. Sed iſtud patet eſſe falſum, quia ens & bonum conuertuntur, & ideo quantum habet corporalis creatura de entitate, tantum de bonitate: & per conſequens a principio bono procedit. hoc etiam patet ex ordine rerum & connexione earum, quia vniuerſi corruptibiles creaturas & incorruptibiles videmus ad inuicem connecti & in unum ordinari. & ideo concedendum eſt eas ab vno principio produci, & in vnum finem reduci. propter quod philoſophus. xij. Metaph. ex connexione vniuerſi probat vnitatem primi principij dicens: Entia nolunt male diſponi, nec bona pluralitas principatuum. vnus ergo princeps. Pluribus etiam alijs modis error Manichæi poſſet impugnari: ſed omitto propter prolixitatem vitandam: & diffuſius habet tractari. ij. ſententiarum. Alij autem dixerunt, quod per nihil intelligitur diabolus, quem dicunt eſſe ſine verbo factum. Sed hoc patet eſſe falſum, quia diabolus non eſt natura malus. Si enim malum eſſet integrum, ſeipſum deſtrueret. & ideo natura ipſius bona eſt. & ideo facta eſt a verbo, a quo omnia bona procedunt. Et ideo exponendum eſt ly nihil, ſicut expoſitum eſt ſupra.*

Error Manichæi, & confutatio

D

e Quod fa. eſt in i. *Oſtenſo, quod verbum ſit cauſa productiua rerum, hic conſequenter oſtenditur per quem modum ſit cauſa earum. Ad cuius intellectum ſciendum, quod ſecundum Philoſophum. ij. de anima, quatuor ſunt gradus vitæ ſeu uiuentium: Vegetatiuum, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, & intellectiuum. Et inter iſtos gradus, intellectiuum tenet ſummum locum. & ideo ea quæ ſunt in aliquo ſecundum modum intelligibilem, ſunt in eo ſecundum modum uitalem. Creaturæ autem præexiſtunt in verbo, ſicut in conceptu artis vel intellectus,*

Gradus vitæ quatuor

¶ *vt patet ex*

## MORALITER.

✱ volunt recipere niſi probatum fuerit humana ratione, quæ tamen eſt valde deficiens. nam rem ſenſibilem & paruam, vt folium arboris vel aliquod huiuſmodi humana ratio non comprehendit, quantum ad eius omnes conditiones. ſ. quare ſit talis figuræ, coloris, & huiuſmodi, propter quod medici de virtute ipſius ſanatiua dicunt q eſt a tota ſpecie, neſcientes eam nominare, eo q nõ comprehendunt. propter quod dicitur Ecc. j. b. Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. Per ſecundum excluditur error Sabellij, qui ſicut in diuinis eſt vna eſſentia, ita dixit patris & filii vnam eſſe perſonam, quod eſt falſum, quia nulla res gignit ſeipſam. & ideo inter patrem & filium eſt diſtinctio perſonalis, & eadem ratione inter verbum & id cuius eſt verbum: quia eo filius quo & verbum. Per tertium repellitur error Arrii, qui dixit, quod pr̃ & filius eſſentialiter diſtinguuntur, ſicut & perſonaliter, qđ eſt erroneũ. qa ſic filius nõ eẽt Deus proprie, ſed tñ pticipatiue, cũ eſſentia diuina ſit indiuiſibilis. & de ipſo dr̃. j. Ioh. v. d. vt cognoſcamus uerũ Deũ, & ſimus in filio eius vero hic eſt verus Deus & vita ęterna. Per quartum reprobatur error Ebionitarum, qui dixerunt Chriſtũ añ Mariã non fuiſſe, & ſic eũ nõ fuiſſe ab æterno, cũ tamẽ Chriſtus dicat de ſeipſo: Principium, qui & loquor vobis. Et ibidẽ. g. Antequam Abraham fieret, ego ſum. Per quintũ excluditur error Manichæi, qui poſuit duo principia: vnum boni, & alterum mali: & hæc inferiora corruptibilia dixit eſſe a Deo malo: & per conſequens non ſunt a verbo ſecundum ipſum.

Infra c. 8. d

*e Quod fa. eſt in i. u. e.* Nam omnis creatura in verbo præexiſtit intelligibiliter. Intelligere vero eſt uiuere, & intellectio vita.



✱ *Et uita*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ❧ *a Fuit homo miſſus.* Poſtquam ſublimi volatu vltra omnem naturam in altitudinem theologię aſcendit, quia verbum apud patrem ſemper fuiſſe contemplatus eſt, mox ad humilitatem humanæ naturæ, & ſpecialiter pręcurſoris verbi deſcendit, cõtra illos, qui dicebant humanam naturam in primo parente ex toto perditam & ad nihilum redactam.

*b Homo miſſus.* Homo, non angelus, vt Hęretici volunt, miſſus a Deo. Ideo potuit dicere de Deo.

❧ *Erat lux*

a ¶Hæc id eſt ſapientia Dei. b ¶Non aliarum rerum. c ¶Tamen a tenebris non cernebatur.

& uitã erat lux hoĩm, & lux in tenē- a b c

a ¶Ante incarnationem, ſicut nec cæcus comprehendit lucem ſuper ſe lucentem.

bris lucet, & tenebræ eã nõ cõprehen d

a ¶Sed, ut etiam tenebræ comprehenderent. b ¶Præcurſor humanati verbi. c ¶Non ab hominibus.

derunt. Fuit homo miſſus a Deo: cui e f g

## NIC. DE LYRA.

¶ *vt patet ex prædictis: & per conſequens ſunt in eo per modum uitæ intellectiuæ. quia intelligere uerbi eſt ſuum eſſe, & ſuum uiuere. & hoc eſt quod dicitur:* Quod factum eſt in ipſo, uita erat. *quia qđ factum eſt in re extra, prius erat in uerbo per ideam, quæ idem eſt quod eſſentia diuina & vita. Et ſic patet modus, per quem creaturæ procedunt a uerbo, videlicet ſicut artificiata ab artifice uel ab arte. propter quod dicit Boetius.iij. de conſola. Tu cuncta ſuperno Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe Mundum mente gerens, ſimilique imagine formans. Alio modo exponitur hoc, inquantum creaturæ præexiſtunt in uoluntate uerbi. Ad cuius intellectum ſciendum, quod ſecundum Philoſophum, i. de anima, illa dicuntur uiuentia quæ mouent ſeipſa. hoc autem maxime competit voluntati quæ mouet alias potentias ad agendũ. & ideo ea quæ ſunt in uoluntate uerbi dicuntur uita in ipſo. Sic autem eſt de creaturis inquantum dependent a uoluntate Dei. & ſic exponitur illud,* Quod fa. eſt in i. u. e. *quia iſtę creaturę antequam fierent, erant in voluntate verbi ad producendum eas uel non producendum, & ſic patet modus per quem eſt cauſa productiua creaturarum, quia producit eas omnino libere. Per quod excluditur error aliquorum philoſophorum dicentium ipſum Deum eas de neceſſitate producere. Quod patet falſum quia uoluntas non vult aliquid de neceſſitate, niſi illud bonum ad quod habet neceſſariam habitudiaem. Voluntas autem diuina cum ſit infinita, non habet neceſſariam habitudinem, niſi ad bonum infinitum, & nihil vult de neceſſitate, niſi bonum proprium, & ideo nullam creaturam uult de neceſſitate, ſed tantum contingenter & libere, & ſic eam producit. filius autem ſiue verbum in diuinis aliter procedit a patre. ſ. naturali neceſſitate.*

F a Et ui. e. l. h. *Oſtenſo qualiter verbum ſe habet ad omnes creaturas in generali, hic conſequenter oſtenditur qualiter ſe habet ad homines in ſpeciali. Ad cuius intellectum ſciendum, quod animalia quæ ſunt infra homines, habent aliqualem rerum ſenſibilium cognitionem. ſicut aſinus cognoſcit ſtabulum ſuum & pabulum, & dominum proprium. & de ſimilibus eſt ſimile iudicium, ſed ſola creatura intellectualis poteſt attingere ad cognoſcendum ipſum Deum. Eo enim ipſo, quod facta eſt ad imaginem Dei, eſt capax ipſius per cognitionem & amorem, vt dicit Augu. xiiij. de trinitate. Veruntamen cognitio Dei & amor poſſunt dupliciter accipi. Vno modo pro cognitione & amore, qui poſſunt haberi ex naturalibus. Alio modo de cognitione & amore ſupernaturali. & ſecundum hoc litera iſta poteſt dupliciter exponi. ſ. de cognitione naturali & ſupernaturali. Primo igitur exponitur de cognitione naturali. Sicut enim patet ex prædictis, omnes creaturæ ſunt per verbum productæ, veruntamen humana natura excellentior eſt in cognitione, inquantum uirtute intellectus poteſt ad Dei cognitionem attingere, effectus in ipſum reducendo, per quem modum philoſophi habuerunt cognitionem de Deo. Omnis autem cognitio fit in aliquo lumine, & ideo natura humana ſuper alias creaturas inferiores eſt a verbo ſpecialiter illuſtrata. & hoc eſt quod dicitur:* Et uita. *i. ipſum verbum quod eſt uita, ut patet ex prædictis.*

ca. 4. to. 2. Cognitio Dei & amor dupliciter accipiuntur.

b Erat lux hominum. *inquantum attingit per naturam ſibi datam a verbo, ad altiorem cognitionis gradum. Subdit autem modum dicens:*

c Et l. in t. l. *Licet enim ipſum verbum quod eſt lux, per eſſentiam non poſſit eſſe forma intellectus noſtri, tamen intellectus agens qui eſt potentia animæ, eſt quædam lux deriuata a diuina luce, & ideo per ipſum poteſt homo ad diuina cognoſcenda quodammodo attingere, ſecundum quod dicitur Pſal. iiij. b. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Reſpondet. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. q. d. in lumine intellectus agentis impreſſo a te animabus humanis, poteſt haberi cognitio tuæ bonitatis. Et hoc modo lux diuina in tenebris lucet, inquantum natura humana de ſe eſt quædam tenebra, quia ex ſe lumen non habet, ſed a uerbo illuſtratur, eo quod luce ab ipſo deriuata modo prædicto informatur. Veruntamen quia talis cognitio Dei, quæ habetur ex naturalibus eſt defectiua, ideo ſequitur,*

d Et ten. eam non com. *quia lux diuina ſiue uerbum quod idem eſt, cognitione naturali per eſſentiam non videtur, quia talis cognitio eſt tantummodo per effectus, qui non adæquant virtutem primæ cauſæ, ſed in infinitum diſtant ab ea. ideo per talem cognitionem non poteſt uideri diuina eſſentia. Alio modo exponitur litera de cognitione ſupernaturali. Homo enim ad quendam finem ſupernaturalem ordinatur, qui excedit lumen naturalis rationis, ſecundum quod dicit Apoſtolus: Oculus non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparaſti diligentibus te. Ad finem enim incognitum non poteſt homo moueri, quia incognita non poſſumus diligere, ſecundum Augu. & ideo homo ad finẽ ſuum conſequendum indiget neceſſario illuſtratione ſupernaturali, vt in finem vltimum dirigatur. Deus autem paratus eſt hanc illuſtrationem hominibus dare, quia natura non deficit in neceſſarijs, vt dicitur. iij. de anima. Et ſic hoc verum eſt de natura naturata, multo fortius verum eſt de auctore ipſius naturæ, qui eſt natura naturans. Et ideo ſi homo faciat quod in ſe eſt, conuertendo ſe ad Deũ per cognitionem & amorem, prout poteſt ex naturalibus haberi, Deus ſupplet reſiduum, addendo naturæ perfectionem gratiæ, illuſtrans eum ſupernaturali illuſtratione. & hoc eſt quod dicitur.* Et uita erat lux hominum. *i. ipſum verbum non deficit illuſtrando homines per gratiam in cognitione ſupernaturalium.* Et l. in te. lu. *i. in peccatoribus, quia verbum quantum eſt in ſe illuſtrat eos luce gratiæ. Sed quod ſunt tenebroſi, hoc eſt, quia ſe ſubtrahunt influentiæ diuinæ lucis ſiue verbi. & ideo ſequitur,* Et te. eam non com. *quia peccatores hanc lucem non conſequuntur, non propter defectum lucis, vt dictum eſt, ſed propter proprium defectum.*

1 Cor. 2. b — G — Aug. li. 14. de trin. c. 1. to. 3.

e Fuit h. *Poſtquam euangeliſta deſcripſit ſeu declarauit æternam verbi emanationem & ipſius operationem, hic conſequenter declarat eius temporalem incarnationem. Et diuiditur in duas partes: quia primo agitur de miſſione præcurſoris, ſecundo de aduentu redemptoris, ibi:* Erat lux vera. *Prima in duas: quia primo ponitur commendatio præcurſoris, ſecundo tollitur occaſio erroris, ibi:* Non erat ille lux. *Commendatio præcurſoris ex quatuor deſcribitur. Primo ex conditione naturali, cum dicitur:* Fuit h. *i. viuens uita hominis ſecundum dictamen rectæ rationis. Et rationabiliter præcurſor Saluatoris fuit homo & non angelus, quia ſapientia diuina diſponit omnia ſuauiter, vt dicitur Sap. viij. a. quia facit omnia ſecundum modum conuenientem & decentem, mouendo quãlibet rem ſecundum quod nata eſt moueri. Homines autem communiter loquẽdo magis ſunt apti recipere doctrinam hominis quam angeli. Tum propter ſimilitudinem naturæ. Tum propter conſuetudinem loquutionis & vitæ, quæ requiruntur inter diſcipulum & doctorem. Si autem aliqui doceantur conuenientius ab angelis, hoc eſt verum de excellentibus uiris, & a communi vita hominum ſegregatis. Aduentus autem redemptoris annunciandus erat omnibus communiter, non ſolum excellentib. & ideo præcurſor aduentum Chriſti prænuncians, magis idonee fuit homo quam angelus. veruntamen licet Iohannes fuerit homo ex conditione naturali, fuit tamen angelus ab officio & puritate uirginali, ſecundum quod dicit Saluator: Hic eſt de quo ſcriptum eſt. ſ. Malach. iij. a. Ecce ego mitto angelum meum &c. Secundo, deſcribitur Iohannis commendatio ex diuina autoritate, cum ſubditur,*

Diuiſio. — Præcurſoris commendatio prima. — H — Mat. 11. b — Secunda commendatio.

f Miſſus a d. *quia non venit proprio capite. De hac miſſione Iohannis dicunt aliqui, quod fuit tantum per internam inſpirationem. ſed melius videtur, quod cum hoc fuerit per expreſſam Dei miſſionem & exteriorem apparitionem. quia ad ea quæ ſunt multum ardua ſolent prophetæ ſic mitti, ut patet ex decurſu veteris Teſtamenti. Myſterium autem Chriſti inter omnia fuit maximum, quia ad ipſum fuit ordinatum totum vetus Teſtamentum, ut declaraui diffuſe ſuper epiſtolam ad Hebræos. & ideo non eſt veriſimile, quin Iohannes fuerit ad hoc miſſus per expreſſam miſſionem Dei & apparitionem exteriorem, licet modus huius apparitionis non ſit ſcriptus. multa enim facta ſunt circa myſterium Chriſti quæ non ſunt ſcripta, vt habetur in fine huius euangelij. Hoc idem videtur innuere quod ipſe Iohannes dixit, ut habetur infra eodem. c. Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, ſuper quem uideris ſpiritum deſcendentem &c. Tertio deſcribitur commendatio Iohannis ex nomine, cum dicitur:*

Inf. 1. g — Tertia commendatio.

g Cui n. er. I. *Iſtud nomen fuit ſibi impoſitum non ex humana diſpoſitione, ſed diuina præordinatione, vt habetur Lu. 1. a. & ideo reſpondebat proprietati internæ, ſcilicet plenitudini gratiæ. Iohannes enim interpretatur, in quo gratia: & ideo fuit idoneus*

¶ *ad præcurrendum*

## MORALITER.

❧ *a Et ui. e. l. h.* i. verbum eſt manifeſtatiuum omnium, quæ ab hominibus cognoſcuntur. Per quod tollitur error dicentium, ꝙ diuina prouidentia ſe non extendit ad hæc inferiora. in quorum perſona dicitur Iob. xxij. c. Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat. Quod reprobatur ibidem, cum ſubditur: Quorum ſententia longe ſit a me. Philoſophus etiam. j. de anima reprehendens Empedoclem, habet pro inconuenienti, quod aliquid cognoſcamus, & ſit Deo ignotum.

*c Et l. in te.* i. in peccatoribus quantum eſt de ſe. ſicut cæcus lucem ſolis non videt ipſum illuſtrantem.

*e Fuit h. miſ. a d.* Per Iohannem præcurſorem domini ſignificatur prædicator euangelii. ideo dicitur hic homo, id eſt uiuens ſecundum dictamen rationis, & non vita beſtiali.

*g Cui no. e. Io.* qui interpretatur in quo eſt gratia. Ad hoc enim quod prædicator conuenienter & utiliter annunciet verbum Dei, requiritur gratia ſpirituſſancti.

❧ *Hic uenit*



❧ *a Erat lux uera.* Omnis homo dicitur illa natura in homine, q̃

A ad imaginẽ & ad ſimilitudinem Dei facta eſt. Alia oĩa, q̃ ſunt ĩ hoĩe, iferiores ptes hoĩs ſunt, & quodãmõ extra hoĩem ſũt. In illa. ſ. aĩa velut in quodã mũdo ſupiori vera lux lucet, & in illũ mũdũ veniẽtes & per gratiam renaſcentes illuminat, qa quorum vita & conuerſatio in cælis eſt, quaſi in alio mundo ſunt.

❧ *Et mundus.*

a ¶Non ab homine impoſitum, ſed a Deo, quaſi ſubſtantialiter datum. b ¶i. gratia qui totum a gratia habet & gratiam prædicat. c ¶Cur miſſus? ¶Agens libera uoluntate. ¶Hic miſſus eſt, hic venit in teſti.

nomen erat Iohannes. Hic uenit in a

a ¶Cuius rei? b ¶Quicunque contradiceret.

teſtimoniũ, ut teſtimoniũ perhibe- b

a ¶i. Chriſto nato. ¶Iam nomen verbi mutauit in lumen. b ¶Quare? c ¶Lumen Chriſtum eſſe.

ret de † lumine, ut omnes crederent b

a ¶Teſtificantem, quia Deum nemo vidit vnquam. b ¶Magnus quidem erat iſte, non tamen ex ſe lucens. Sunt tamen ſancti lux illuminata. c ¶Miſſus erat.

per † illum. Non erat ille lux, ſed ut c d

¶De quo?

teſtimoniũ perhiberet de lumine.

a ¶Autem. b ¶Chriſtus. c ¶Quia eſt non vera lux ſcilicet quæ non eſt ex ſe, ſed aliunde lucet. d ¶Non quod omnem, ſed quia nullus ſine illo illuminatur. ¶Vt etiam ipſum Iohannem.

† Erat lux uera, quæ illuminat oẽm e f

a ¶Id eſt qui a Deo recedens & cadens in mundum, cæcatus eſt, alioquin non indigeret illuminari.

hominẽ uenientẽ in hunc mũdum. g

a ¶Et hæc lux. ¶Præſentia deitatis, Non vt pars eius, ſed vt factor oĩbus creaturis infuſus regens quas fecit.

In mũdo erat, & mũdus per ipſum h

† Luce

## NIC. DE LYRA.

¶ *ad præcurrendum ante illum qui eſt autor gratiæ, ſecundum quod dicitur infra eo. b. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Simile inuenitur in ueteri teſtamento, quia Abraham, Iſaac & Iſrael ſic nominati ſunt ex diuina ordinatione, ad deſignandum eorũ proprietatem. Quarto deſcribitur eius commendatio ex officij nobilitate, cum ſubditur,*

Gen. 17. a. 21. a. & 32. f — Quarta commendatio. — Ipſe, ſubaudi lucé id eſt uerbũ.

a Hic uenit ut teſtimonium perhi. de lumine. *i. de filio Dei in mundum veniente. hoc autem teſtimonium perhibuit prædicando eius excellentiam, ut habetur infra eo. ca. Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, cuius non ſum dignus ut ſoluam corrigiam calciamenti eius. Similiter teſtimonium perhibuit baptizando in aqua, ut per hoc deſignaret illum qui erat uenturus baptizare in ſpirituſancto. propter quod forma baptiſmi Iohannis erat in nomine uenturi, ut habetur Act. xix. a. Sicut enim prophetæ antiquitus denunciabant aliquando futura, non ſolum uerbis, ſed etiã factis, quod patet de Ieremia, qui poſuit catenam in collo ſuo, ut uerbo & facto prænunciaret captiuitatem futuram regis & ciuitatis, ut habetur. xxvij. a. Sic Iohannes Baptiſta prædicando & baptizando annunciauit aduentum redemptoris. Finis autem ſui officij tangitur, cum ſubditur,*

¶ De hære. cum ex ſancto.

b Vt omnes crederent per illum. *Non dicit: in illum, quia ad hoc finaliter prædicabat, vt populus crederet in Chriſtum venturum. Notandum etiam, quod illud, quod dicitur hic:* Omnes crederent &c. *refertur ad illud, quod ſupra dictum eſt: Fuit homo miſſus, quia hic loquebatur generaliter omnibus, non ſic autem loquitur angelus, ſed ſolum excellentibus, vt ſupra dictum eſt.*

B c Non erat ille lux. *Hic tollitur occaſio erroris. Ex hoc enim, quod euãgeliſta dixerat de Iohanne tot magnifica, poſſet aliquis credere, quod eius aduentus ſufficeret ad ſalutem generis humani, ſicut & de ipſo multi ſunt opinati ipſum eſſe Chriſtum, propter excellentiam ſuæ ſanctitatis: propter quod ſacerdotes Iudæorum miſerunt ab Ieroſolymis interrogantes, ſi ipſe eſſet Chriſtus, vt habetur eo. c. & ideo euangeliſta oſtendit quod eius aduentus non erat ſufficiens ad ſaluandum humanum genus, dicens,* Non erat ille lux. *qui poſſet mentes hominum luce gratiæ illuſtrare, ſed tantum erat præcurſor huius lucis. Ideo ſubditur:*

d Sed ut teſtimonium perhi. &c. *Modus autem teſtificandi iam prædictus eſt in parte immediate præcedenti. Sed contra hoc videtur eſſe illud quod dicitur: Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. & ſic ratio lucis conuenit cuilibet iuſto & per conſequens Iohanni. Dicendum, quod lux gratiæ dupliciter accipitur in ſcriptura. Vno modo per eſſentiam, & ſic ſoli Deo conuenit, & appropriatur filio in diuinis, ſicut & alia quæ pertinent ad noticiam. & ideo proprietas huius lucis de Iohanne negatur, ſed de Chriſto affirmatur, ut ſtatim patebit. Alio modo accipitur lux per participationem, & hoc bene conuenit Iohanni & alijs ſanctis: & ſic loquitur apoſtolus in autoritate prædicta.*

Eph. 5. b — Lux gratiæ accipitur dupliciter.

e Erat lux uera. *Poſtquam euangeliſta declarauit miſſionem præcurſoris, hic conſequenter agit de aduentu redemptoris. Et diuiditur in tres, quia primo oſtenditur neceſſitas huius aduentus. Secundo inde conſequens fructus, ibi: Quotquot autem. Tertio veniendi modus, ibi: Et uerbum caro factum eſt. Circa primum conſiderandum, quod ratio naturalis eſt defectiua in cognitione diuinorum: quia non attingit ad eorum cognitionem, niſi per effectus, qui diſtant a Deo in infinitum. Item reuelatio de diuinis in veteri teſtamento erat imperfecta, quia ſub velaminibus & figuris. propter quod ante Chriſti aduentum homines multipliciter errabant circa cognitionem diuinorum, vt patet inſpicienti illius temporis decurſum: & ideo aduentus Chriſti in mundum fuit neceſſarius ad illuminandum homines in cognitione diuinorum, ſecundum quod ipſemet dicit: Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Ideo videmus, quod poſt eius aduentum idololatria ceſſauit, quaſi per totum mundum: ſicut fuerat per Zachariam prophetam prædictum: Et erit in die illa, dicit dominus, diſperdam nomina idolorum de terra. Quod autem Chriſtus ſit lux ſufficiens ad talem illuminationem, oſtendit triplici ratione. Prima ratio procedit ex lucis huius veritate. Secunda ex ipſius præſentialitate. Tertia ex euidenti eius manifeſtatione. Secunda tangitur ibi: In mundo erat. Tertia, ibi: Mundus per ipſum factus eſt. Circa primum aduertendum, quod aliquid dicitur verum tripliciter. Vno modo, quia diſtinguitur contra falſum. Secundo, quia diſtinguitur contra figurale, inquantum figura recedit a perfecta rei veritate. Tertio, quia diſtinguitur contra participans: quia illud, quod eſt tale per participationem, deficit a perfectione illius quod eſt tale per eſſentiam. Lumen ergo rationis naturalis in cognitione diuinorum primo deficit a ratione veræ lucis, quia etſi per eam philoſophi habuerant de Deo aliquam cognitionem, fuit tamen admixta erroribus multis. propter quod dicitur: Cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerant in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Et hoc patet in Ariſtotele, qui inter alios philoſophos dicitur uerius ſcripſiſſe, & tamen in pluribus deuiauit a ueritate ſicut patet de mundi æternitate, de intelligentiarum numero & earum felicitate, quorum perſequutionem cauſa breuitatis omitto. Lumen vero cognitionis diuinorum, quod fuit in ueteri Teſtamento deficit a ratione ueræ lucis: quia licet habuerit ueritatem abſque admixtione falſitatis, tamen ipſa erat figuralis & quaſi vmbra veritatis. Lumen vero cognitionis euangelicæ tertio modo deficit a perfectæ lucis ueritate, quia licet vera & aperta ſit, tamen eſt participata. Lux autem diuina hoc modo dicitur uera, quia eſt lux per eſſentiam. Et ex hoc ſequitur, quod ipſa ſit ſufficiens ad omnium illuminationem. quia quod eſt tale per eſſentiam, eſt cauſa omnium aliorum. ſicut ignis eſt cauſa caliditatis in omnibus alijs, ut habetur. ij. Meta. Talis autem lux appropriatur filio, vt dictum eſt. Et ſic patet prima ratio ſuæ efficaciæ ad illuminationem gratiæ, quæ tangitur cum dicitur:* Erat lux uera. *ſine falſitate, ſine umbra & ſine participatione, ſed lux per eſſentiam. Ideo ſequitur,*

Ioan. 18. g — Zach. 13. a — C — Verum tripliciter aliquid dicitur — Rom. 1. c

f Quæ illuminat omnem hominem &c. *quantum in ſe eſt, quia ſi aliqui non ſunt illuminati, hoc eſt, quia ſe ſubtrahunt ab influentia huius lucis. Poteſt hoc etiam intelligi de lumine naturalis rationis, qui ſe extendit ad omnes etiam peccatores, & eſt quædam participatio diuinæ lucis, vt patet ex prædictis.*

g Venientem in hunc mundum. *Per hoc non eſt intelligendum, ꝙ homines ante fuerunt in alia vita, vnde venerint in mundum iſtum. Vel quod animæ fuerint a principio mundi creatæ, ſicut intellexerunt aliqui hæretici, ſed euangeliſta utitur tali modo loquendi, ad denotandum, quod anima intellectiua datur ab extrinſeco per creationem. Et dicitur hic ipſe homo, eodem modo quo pars principalior rei dicitur ipſa res, ut habetur. x. Ethicorum.* D

h In mundo. *Hic tangitur ſecunda ratio ad idem ex præſentialitate. Ad cuius intellectum ſciendum, quod aliquid dicitur eſſe alicubi tripliciter. Vno modo per potentiam, ſicut rex eſt in toto regno. Alio modo ꝑ præſentiam, ſicut rex eſt in aula ſua, quia omnia, quę ſunt ibi, patent eius aſpectui. Tertio modo per eſſentiam, ſicut rex eſt in loco ſuo determinato, cui proportionatum eſt corpus eius. Deus autem præſens eſt ubiq; hoc triplici modo, quia eius uirtus ad omnia ſe extendit, & quia omnia ſunt nuda & aperta oculis eius, & etiam quia præſens eſt ubiq, per eſſentiã. Quod patet, quia non ſolum dat eſſe rebus, ſed eas in eſſe conuerſat, coniungens principia rerum ad inuicem. Hoc autem non poteſt per aliquod quod ſit medium inter ipſum & creaturam, quia nullum eſt tale mediũ. Et ideo oportet, quod hoc faciat per ſeipſum vbiq; præſentialiter & per eſſentiam exiſtentem. Et ſic patet, quod cum diuina lux ſit idem, quod ipſe Deus, quod ipſa ſit efficax ad prædictam illuminationem, propter ſuam præſentialitatem. Et hæc ratio breuiter tangitur, cum dicitur,* In mundo erat. *Nomine enim mundi intelligitur vniuerſitas creaturarũ.*

Deus præſens vbique tripliciter.

i Et mundus per ipſum factus eſt. *Hic ponitur tertia ratio ad idem ex euidentia lucis diuinæ. quia etſi non ſit euidens in ſe, eſt tamen euidens in ſuo effectu, ſcilicet in uniuerſitate creaturarum a Deo productarum, ex quarum pulchritudine & ordine lux diuina etiam poteſt in naturali ratione cognoſci, ſecundum quod dicitur Sapien. A magnitudine ſpeciei creaturarum, poterit creator* c. 13. b

§ *horum vi-*

## MORALITER.

❧ *a Hic uenit in te. ut te. per. de lu.* i. de Chriſto, qui eſt lux per eſſentiã, ideo in prædicatore debet eſſe huius lucis participatio per bonam uitam & famam, quia ſicut dicit Greg. homel. xxxviij. Cuius uita deſpicitur, reſtat, ut eius prędicatio contemnatur. In euangel. to. 2.

*b Vt omnes crederent per illum.* Debet enim intendere ſalutem auditorum, & non propriam laudem uel quæſtum.

*c Non erat ille lux, ſed.* Quia prædicator non docet interius mentem illuſtrando, ſed Deus. ideo ſequitur,

*e Erat lux ue. quæ il. o. ho.* Lumine gratiæ quantum eſt de ſe, ſed mali non illuminantur, eo quod ponunt obicem huic illuminationi, de quibus dicitur Iob. xxiiij. b. Ipſi fuerunt rebelles lumini.

 ❧ *Et mundus*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Et mun.eum non.* Non quod creatura non cognouerit, ſed homo, qui in mundum mente amando deſcendit. Prius mundus ipſa creatura dicebatur. omnis enim creatura ſuum creatorem recognoſcit, homo uero minime.

b *Et ſui eum.* Ab initio mundi nullum tempus erat, in quo receptores diuini verbi non eſſent. vnde addit, *Quotquot autem re.*

c *Filios Dei.* Mirabilis poteſtas, vt qui filii diaboli erant, & filii Dei & fratres Chriſti per eum liberati dicantur. quo autem ordine filii Dei fiant, & quomodo hæc generatio diſtat a carnali, ſubditur, *Qui non ex ſan.*

d *Et uerbum.* vt autem ſecure credamus homines naſci ex Deo, ſubdit Deum naſci ex homine. ex hac ſuſceptione infirmitatis ſanatur noſtra infirmitas, vt poſſimus filii Dei fieri. Et hoc eſt: *Et uer.ca.fa.eſt.* Quod ſuperius erat, inferius deſcendit. Quid mirum, ſi qđ erat inferius, in id quod ſuperius eſt, aſcendit? Nec mirum, ſi homines naſcuntur ex Deo, qa Deus ex homine eſt natus.

*Plenum*

a ¶Dilectores mundi, quia omnem ſenſum & intellectum diuina lux excedit.

factus eſt, & mundus eum non co- a

a ¶In humanam naturam. ¶i. in mundum qui ſuus eſt. b ¶Chriſtus per carnem. c ¶i. quicunque homines, præſertim Iudæi, quos omnibus prætulit. ¶Eius cognati. ¶Sui, non quod nulli, quia aliqui, ſed rari. Et quotquot recepe.

b gnouit. In † propria uenit, & ſui b c

a ¶Siue Iudæi ſiue Gentiles. ¶Per fidem.

† eum nõ receperunt. † Quotquot d

a ¶Per ſpiritumſanctum non tantum reformari, ſed.

autem receperunt eum, dedit eis e

a ¶Adoptiuos. ¶Vt ſint fratres eius & cohæredes per gratiam, ſicut & ipſe filius vnigenitus per naturam, vt iam non ſit ſolus. ¶i.

c poteſtatem filios Dei fieri, his qui

a ¶Deum eſſe & hominem. b ¶i. iure eius nominis. ¶i. Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus.

credunt in † nomine eius. Qui nõ f

a ¶Pluraliter, vt ſignificet maris & fœminæ materiam ¶Sunt nati de materia patris & matris. ¶Hic miſera conditio apponitur. b ¶Concupiſcentia carnis, i. fœminæ, quæ eſt caro Adæ, & regitur.

ex ſanguinibus, neque ex uolunta- g

a ¶Vir dicitur ſpiritus qui regit.

te carnis, neque ex uoluntate uiri,

a ¶Operante per baptiſmum. b ¶Homines ex Deo, & Deus ex homine. c ¶Id eſt filius Dei.

d ſed ex Deo nati ſunt. Et uerbum h i

c ¶Homo. b ¶Habitu inuentus ut homo.

caro factum eſt, & habitauit in no-

† ſua † ipſum † nomen

## NIC. DE LYRA.

§ *horum viſibiliter cognoſci. ad Roma. i. c. Inuiſibilia Dei a creatura mundi. i. ab homine, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur &c. Et hæc ratio tangitur, cum dicitur:* Et mundus per ipſum factus eſt. *quia nomine mundi omnis creatura intelligitur, vt dictum eſt, quæ ducit in cognitionem creatoris ſicut effectus in cognitionem ſuæ cauſæ.*

a Et mun.eum *Hic remouet quandam obiectionem: quia contra prædicta poſſet obijci ꝑ hoc quod videmus multõs homines non habere cognitionem Dei. Et ipſe reſpondet, quod hoc non eſt ex defectu lucis: ſed magis ex malicia hominum ab ea ſe auertentium, dicens:* Et mundus eum non cogno. *Nomine mundi intelliguntur peccatores mundialiter viuentes. & ideo aliter accipitur mundus quam in parte præcedenti, quia ibi accipitur pro eſſentijs rerum, hic pro malitijs hominum.*

F b In propria uenit. *i. in mundum, quem ipſe fecerat. venit per carnis aſſumptionem: & ſic fuit ibi nouo modo. Vel aliter:* In propria uenit. *i. in Iudæam, quæ dicebatur terra Dei, vt patet in pluribus locis veteris Teſtamenti.*

c Et ſui eum non rece. *i. Iudæi, quia in ueteri Teſtamento dicuntur populus peculiaris ipſius Dei, quia pauci de Iudæis comparatiue crediderunt Chriſto. ſecundum quod fuerat prædictum, quod eſſet futurus in lapidem offenſionis & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael.* Iſai. 8. e

d Quotquot autem rece. eum. *Hic conſequenter ponitur aduentus Chriſti utilitas ſiue fructus. Et diuiditur in duas: quia primo oſtenditur propoſitum, ſecundo, remouetur quoddam dubium, ibi: Qui non ex ſanguinibus. Circa primum ſciendum, quod ſicut verbum incarnatum eſt vere filius Dei naturalis, ita illi, qui ſunt membra eius per fidem formatã, efficiuntur filij adoptiui. Et in hoc apparet vtilitas nobis proueniens ex ſuo aduentu. Et hoc eſt quod dicitur,* Quotquot autem rece. *credẽdo.* Diuiſio

e Dedit eis poteſtatem fi. Dei fi. *per regenerationem baptiſmi, qui non datur niſi profitentibus fidem Chriſti per ſe ſi ſint adulti, uel per alium ſi ſint paruuli.*

f Qui non ex ſan. *Hic conſequenter remouet dubium, quia poſſet forte aliquis credere, ꝙ hæc generatio eſſet per modum generationis carnalis ideo hoc remouet, dicens:* Qui non ex ſan. &c. *Licet enim ſanguis in latino plurale non habeat, habet tamen in Græco. & ideo tranſlator, vt ſequaretur veritatem textus, non curauit de regulis grammaticæ transferens in plurali. Ex ſanguinib. Ad generationẽ n. carnalem concurrit duplex ſanguis, quia ex parte matris requiritur ſanguis menſtruus pro materia, ex parte viri requiritur ſemẽ in quo cõſiſtit virtus formatiua. hoc aũt ſemẽ eſt reſiduũ alimẽti sãguinei, qa nutritiua miniſtrat ipſi generatiuæ. hoc tamen reſiduum, quod tranſit in ſemen dealbatum, eſt propter maiorem digeſtionem. Iſtos igitur ſanguines excludit euangeliſta generatione ſpirituali, dicens: Qui non ex ſanguinibus nati ſunt.* Genera ionis carnalis ſanguis duplex.

g Neque ex uo.car. *Per carnem hic intelligitur fœmina, quæ parũ participat de rõne reſpectu viri. propter hoc noĩatur caro Gen. ij. d. Hoc nũc os ex oſſib. meis: & caro &c. Copula ãt maſculi & fœminæ requiritur in carnali generatione, ſic in oĩ alia actiõe naturali reqritur cõiũctio actiui & paſſiui. & hæc copula maris & feminę excluditur a generatione ſpũali, cũ dicitur,* Neque ex uo.car. neque ex uo.uiri. *Aliter pt exponi, ita ꝙ ꝑ volũtatẽ carnis intelligatur cõcupiſcẽtia large loqndo de volũtate: put accipitur ꝓ appetitu ſenſitiuo. Per volũtatẽ viri intelligatur appetitus intellectiuus, quia vterque appetitus concurrit in generatione carnali hominis. Appetitus ſenſitiuus vt mouens, intellectiuus ut conſentiens & hoc remouetur a generatione ſpirituali, cum dicitur:* Neque ex uo.car. &c. *qualiter ãt fiat generatio iſta oſtẽditur, cum dicitur.*

h Sed ex Deo &c. *Inqñtũ hoĩes a Deo recipiẽtes gratiã, trahũtur quodammodo ad naturam diuinã, quia per donum gratiæ efficiuntur conſortes diuinæ naturæ vt habetur. ij. Pe. i. c. Per quem maxima & precioſa nobis promiſſa donauit vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Ex prædictis patet, quod filij carnales cõtrahũt quãdã maculã & fœditatẽ ex mõ ſuæ generatiõis: nõ ſic ãt filij ſpũales, ſed magis nobilitatem.* G

i Et uerbum ca.fa.eſt. *Hic conſequenter oſtendit modum verbi in mundum venientis, quia non venit vbi prius non erat, ſed quia nouo modo ibi incepit eſſe: ſicut rex qui prius eſt in aliqua ciuitate per ſuam potentiam tãtum, quando venit illuc perſonaliter, incipit eſſe nouo mõ. ſ. per ſui pſentiam. ſic Dei filius qui prius erat in mundo per potentiam, pſentiã & eſſentiam, vt patet ꝑ pdicta, venit ibi nouo modo. ſ. per carnis aſſumptionem. Et hoc eſt quod dicitur,* Et uer.ca.fa. ẽ, & ha. in no. *Ex hoc uerbo, verbum caro factum eſt, Euchites accepit occaſionem errandi, dicens quod ex verbo & carne facta eſt una natura ſicut & una perſona. Sed hoc manifeſte patet falſum & impoſſibile, quia illa natura eſſet compoſita ex uerbo & natura humana, & uerbũ veniret in compoſitionem alterius. hoc autẽ eſt impoſſibile, quia omne quod componitur alteri, eſt aliquo modo in potentia, potentia aũt nullo mõ põt eſſe in uerbo, cum ſit actus purus, ergo &c. Item ſi eſſet poſſibile vnam naturam ex ambabus fieri, illa tamen non eſſet natura humana, nec diuina, quia natura compoſita ex duab. nõ eſt aliqua illarum, ſed aliquid alud reſultans ex ipſis, vt patet de mixto ex elementis: quia mixtum non eſt aliquod elementorum, nec ipſa ſimul ſumpta, qa tunc mixtum non eſſet aliquid vnum. & ideo ſi ex verbo & carne fieret una natura, ſequeretur, quod Chriſtus non eſſet homo neq; Deus contra ſcripturarum noui & vet. Teſt. Propter quod Arrius dixit, quod ex carne & verbo non eſt facta vna natura, ſed ipſum verbum carnem aſſumpſit, non tamẽ aĩam quia uerbũ ſupplet locũ aĩæ ſecũdũ ipm. ſed iſtud dictũ implicat contradictionẽ, quia caro non eſt in ſpẽ carnis, niſi per animam, vt habetur. iiij Meteororũ. Et ideo dicere, quod verbũ aſſumpſit carnẽ & nõ aĩam, ĩplicat cõtradictionẽ. Nec ualet, ꝙ dicit uerbũ ſupplere locũ aĩæ, quia caro illa etiã ſecũdũ ipſum nõ eſt informata per uerbũ, ſed tantũ aſſumpta. Et ſi diceret ipſam per verbũ informari, hoc tamẽ eſt impoſſibile. Itẽ ſeqretur ꝙ Chriſtus nõ eſſet hõ, vt patet manifeſte. propter quod Appollinaris dixit, quod verbum aſſumpſit carnem, quia ſecundum ipſum aſſumpſit aĩam ſenſitiuã, quæ dat eſſe carnis: non tamen aſſumpſit aĩam intellectiuam cum verbum ſit maxime intellectiuum. & ideo in Chriſto ſolũ mõ põebat ĩtellectũ verbi. Sed hoc patet falſum: quia licet iſte in Chriſto poſſet ſaluare carnem, non tamen carnem humanam: quia caro non dicitur humana niſi per aĩam intellectiuã, etiã ſecundum ponentes pluralitatem formarũ. Itẽ Chriſtus non eſſet homo, cũ homo in ſpecie humana reponatur per aĩam intellectiuã, ſed magis eſſet aĩal brutum, quia aĩa ſenſitiua non reponitur niſi in ſpecie bruti. Hæc autẽ omnia contra fidẽ ſunt & ſacram ſcripturam & ideo ſunt tanq̃ hæretica & reprobata. Et licet pluribus alijs vijs poſſent prædicta improbari, tamen propter prolixitatem vitandam omitto. propter quod dicendum quod cũ dicitur:* Verbũ ca.fa. eſt *per carnem intelligitur natura humana, ſicut frequenter in ſacra ſcriptura, unde dicitur: Omnis caro fœnum &c. Et quod per carnẽ intelligatur natura humana, patet per illud, quod ſubditur, Vere fœnum eſt populus. Caro igitur iſta. i. natura humana aſſumpta eſt a verbo, nõ ĩ unitate naturæ, ſed in vnitate ſuppoſiti vel perſonæ. Et iõ eſt ſenſus:* Verbum ca.fa. *Ac ſi diceretur, Deus hõ factus, quia licet fieri repugnet deo uel uerbo abſolute, põt tamẽ dici de eo ratione naturæ humanæ adiunctæ, vt diffuſius declaratur. iij. ſententiarum. quia per tale fieri non habetur, quod Deus de nouo incipiat eſſe, quod eſt impoſſibile, ſed quod incipiat eſſe homo, quod eſt poſſibile, quia ſuppoſitum diuinum eſt infini-* § *tę ſubſiſtentiæ.*

† De pđiſtinct. 4. c. hanc ſoctatem. Contra Euchites. — Contra Arrium. — H — Contra Appollinarem. — Iſai. 40. b

## MORALITER.

✱ a *Et mundus eum non cog.* i. hoies mundialiter uiuẽtes, q̃ ſuũ intellectũ & affectũ defigunt in terrenis, & ſic auertuntur a diuinis.

b *In propria ue.* licet autem oẽs Chriſtiani ſint ſui, magis tamẽ proprie clerici, qui dicuntur a cleros ꝙ eſt ſors, eo ꝙ ſunt de ſorte Dei, & tñ eorum multi nõ recipiũt ipſum, ſed magis abiiciũt quã laici.

d *Quotquot autem rece.* per fidem charitate formatam.

e *Dedit eis pote. &c.* per adoptionis gratiam.

f *Qui non ex &c.* nam hæc filiatio non eſt per participationem eſſe naturæ humanæ, ſed magis diuinæ, ſm qđ dicitur. ii. Pe. i. a. Qui uocauit nos ꝓpria gloria & uirtute, ꝑ quę maxia & ꝓcioſa nobis promiſſa donauit, ut per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.

i *Et uerbum ca.* & ſic Deus voluit eſſe particeps humanæ naturę, & hæc mutua pticipatio debet eſſe rõ maximæ dilectionis, licet non ſit ſiſis vtrobiq;, qa verbũ aſſumpſit humanã naturã verã, ſed Dei filii adoptiui nõ recipiũt ſic diuinã, ſed pticipationem eius ꝑ gratiã.

✱ *Et uidimus*



A a *Plenum gratiæ.* Homo Chriſtus plenus fuit gratia, quia nullis præcedentibus meritis ex quo conceptus eſt, fuit deitas in eo implens hominẽ illum omni plenitudine redundante in omnes ſanctos. vnde & mater eius non tantum dicitur mater hoĩs, ſed & mater Dei. Nec mirum ſi dicitur hõ ẽt Deus cũ Deus dicatur etiã hõ, hęc ãt gr̃a dr̃ & ueritas, qa ſic olim ꝓmiſſum eſt, & mõ exhibitũ. ſ. vt Deus ſit in hoĩe implẽs eum omni bono, & per eum ſuos.

b *Hic erat.* Per demonſtratiuum pronomen innuitur Chriſtum affuiſſe in illo loco. Sæpe enim ipſe dñs adhuc ignotus antequam baptizaretur & pdicaret, ad Iohãnem ſolitus erat venire. †Spectauimus †tanquam

c *Qui poſt me.* Qui poſt me natus, poſt me prædicaturus, baptizaturus, moriturus. Non quod iam non eſſet natus, quando hæc dixit, quia etiam baptizatus. Sed venturus in prædicatione, in morte, ſed non in reſurrectione.

d *Ante me factus eſt.* Ex Græco, coram me factus eſt, id eſt apparuit mihi quidem, ſcilicet quia prior me erat

*Et de ple-*

¶Et per hoc ſanati. ¶Nos quos elegit. a ¶Id eſt cognouimus Deum eſſe glorioſum. b ¶Maieſtatem eius per humanitatem, in qua docuit & miracula fecit, in qua transfiguratus eſt, in qua ſurrexit. ¶Vel altitudinem.

bis. Et † uidimus gloriam eius, glo a

a ¶Non vt cuiuslibet ſancti.

riam † quaſi unigeniti a patre, b

a ¶Vidimus illum hominem. b ¶Secundum humanitatem. c ¶Secundum deitatem. d ¶Non ſolũ ego dico: ſed etiam. ¶Baptiſta.

a plenum gratiæ & ueritatis. Iohan- c d e

a ¶ſ. quod verbum caro factum eſt, quia ipſe præmiſſus ei teſtatur idipſum. ſ. celſitudinem humanitatis, & æternitatem diuinitatis.

nes teſtimonium perhibet de ip- f

a ¶ſ. Chriſto. b ¶Aperte, non obſcure, vt lex. c ¶Verbum ſubſtantiale. ¶Ab æterno.

b ſõ, & clamat dicens: Hic erat g

a ¶Vobis quærentibus, an eſſem Chriſtus.

c quem dixi, qui poſt me uenturus i

a ¶Id eſt mihi præpoſitus eſt etiam in humanitate: Et quod dixi iterũ dico. b ¶Cur? c ¶Æternitate deitatis.

d eſt, ante me † factus eſt, quia prior k

## NIC. DE LYRA.

§ *tæ ſubſiſtentię, & ideo poteſt naturam in ſeipſo ſuſtẽtare, ut diffuſius declaratur. iij. ſententiarum. Conſiderandum tamen, quod euangeliſta non ſine ratione dicit, verbum eſſe carnem factum magis quam hominem, quia per hoc euitatur error illorum, qui dixerunt naturam humanam habere in Chriſto hypoſtaſim propriam. Si enim dixiſſet, verbum factum eſt homo, cum homo ſignificet naturã humanã in ſuppoſito, dediſſet occaſionẽ cogitãdi, quod natura humana in Chriſto ſubſiſteret in propria hypoſtaſi. Similiter magis dixit, uerbũ factũ eſſe carnẽ q̃ aĩã, ne daretur occaſio cogitãdi, quod illa vnio eſſet tantum ſecundum actũ animæ, ut per cognitionem & amorem, non tamen in vnitate ſuppoſiti.* Verbum caro non hõ, nec aĩa factũ dicitur.

a Et uidimus. *Poſtquam euangeliſta declarauit verbi emanationem & eius incarnationem, hic conſequenter oſtendit qualiter ipſe & alij apoſtoli habuerunt de hoc cognitionem. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponit innoteſcendi modum. Secundo, manifeſtat ipſum, ibi: Et de plenitudine. Prima in duas ſecundum duplicem modum innoteſcendi* B *quem ponit. Secunda, ibi: Iohannes teſtimonium perhibet. Primus autem innoteſcendi modus, eſt per uiſum. Sciendum tamen, quod videre aliquando accipitur non ſolum pro viſione corporali, ſed etiam pro cognitione intellectuali, per quem modum dicimus: Vides tu hoc, i. intelligis? & hoc eſt, quia viſus eſt ſpiritualior inter alios ſenſus & plures rerum differentias nobis demonſtrat, vt habetur. i. Metaph. Et ideo nomine uiſus utimur aliquando in his quæ pertinent ad intellectum. Vtroque modo uidendi habuit Iohannes & alij apoſtoli noticiam verbi incarnati, quia cum ipſo fuerunt corporaliter conuerſati, & ſic uiderunt ſenſibiliter opera uirtutem totius creaturæ excedentia, ſicut eſt ſuſcitatio mortui, illuminatio cæci, & conſimilia, ex quibus uiſu mentis perceperunt eius diuinitatem in carne latentem. Viderunt etiam hoc mentaliter per internam inſpirationem, quando aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, vt habetur Luc. vl. d. Et hoc eſt quod dicitur:* Et uidimus glo. eius. *i. excellentiam omnem creaturam excedentem. propter quod ſubditur quaſi exponendo prædictam gloriam,* Diuiſio

b Quaſi unigeniti a patre. *i. naturaliter ab eo procedentis & per conſequens eandem naturam numero cum ipſo habentis. Hoc enim uiderunt apoſtoli primo per patris teſtimonium in transfiguratione, in qua fuit Iohannes cum Petro & Iacobo, vt habetur Mat. xvij. a. Et ideo tunc audiuit vocem patris dicentis de Chriſto, Hic eſt filius meus dile. &c. Secundo viderunt hoc per angelorum obſequium, quia angeli miniſtrabant ei ſicut ſuperiori, ut habetur Mat. iiij. b. Supra naturam angelicam nihil eſt niſi natura diuina. Tertio, viderunt hoc per hoc quod creaturæ etiam uiſibiles obediebant ei ad nutum, ſicut domino & creatori. propter quod dixerunt Matt. viij. d. Qualis eſt, hic? quia uenti & mare obediunt ei. Quarto hoc uiderunt per docendi & operandi modum. Moyſes enim & alij prophetæ non dabant populo præcepta, ſed de præceptis Dei ipſum inſtruebant. & ideo dicebant: Hæc dicit dominus, uel aliquid ſimile. Similiter de Moyſe ſcriptum eſt, Locutus eſt dominus ad Moyſen &c. Chriſtus autem tanquam Deus a propria autoritate loquens dabat doctrinam ſuam, ut patet Mat. v. g. vbi dicitur. Ego autem dico uobis. vnde in fine illius ſermonis dicitur, quod erat docens ſicut poteſtatem habens. Et ſimiliter perpenderunt per operandi modum, quia etſi alij fecerunt miracula, hoc fuit tantum deprecando. Chriſtus autem etſi in miraculis faciendis aliquando orauerit, vt in ſuſcitatione Lazari, tamen communiter miracula faciebat imperando, vt patet ex decurſu euangelij. Per quod oſtendebatur, quod illa faciebat virtute propria ſicut Deus. propter quod dicitur, quod virtus exibat de illo, & ſanabat omnes. Sequitur:* Quaſi unigenitum uiderunt apoſtoli quadrupliciter. — Ioan. 11. a — Luc. 6. e

c Plenum gra. *Et hoc primo propter gratiam vnionis. Ille enim perfectiſsime eſt plenus gratia, qui perfectiſsime Deo coniungitur, natura autem humana in Chriſto non ſolum coniuncta eſt Deo per cognitionẽ & amorem, ſicut in alijs, ſed per realem unionem. & hæc dicitur in Chriſto gratia unionis, per quam homo dicitur Deus: & econuerſo per communicationem idiomatum. Dicitur autem talis unio gratia, inquantum diuina liberalitate & miſericordia facta eſt. Secundo propter gratiam habitualem, quæ plenius fuit in Chriſto quam in alijs. propter hoc dicitur, quod datus eſt ei ſpiritus non ad menſuram, quia non ſolum habuit plenitudinem ſufficientiæ, ſed etiam redundantiæ in alios. quia eſt caput non ſolum hominum, ſed etiam angelorum. Quod autem uirgo Maria & aliqui alij ſancti leguntur pleni gratia, ut dicitur de Maria & de Stephano, hæc tamen eſt alia plenitudo. Plenum enim opponitur uacuo: & ideo tot modis dicitur plenum, quot modis dicitur uacuum. Dicitur autem uacuitas gratiæ. Vno modo propter uirtutis defectum circa proprium ſubiectum & tali uacuo opponitur plenitudo gratiæ ſanctorum. Alio modo dicitur uacuitas gratiæ, eo quod non redundat ad corpus. & tali uacuo opponitur plenitudo Marię: inquantum gratia eius aliquo modo redundabat ad corpus, ſupernaturaliter concipiendo. plenitudo tamen Mariæ non ſe extendit ad alios, ita quod ſit gratię datrix, ſed ſolum inquantum eſt gratiæ imperatrix. Chriſti autem plenitudo ad alios ſe extendit, & ſic opponitur vacuo, non ſolum reſpectu ſui, ſed etiam aliorum, quia fuit in Chriſto plenitudo gratię, non ſolum reſpectu ſui, ſed etiam reſpectu aliorum.* C — Infr. 3. d — Luc. 1. c — Act. 6. b — Vacuitas gratiæ dicitur dupliciter.

d Et ueritatis. *In quantum in ipſo fuit veritas diuina, ſiue increata per vnionem naturæ, ſimiliter in anima Chriſti fuit plenitudo veritatis, inquantum habuit notitiam omnium, quæ cognoſcit Deus noticia viſionis. Similiter fuit in Chriſto plenitudo veritatis, inquantum impleuit omnes figuras & promiſſiones legis Moſaicæ.* †fuit, extitit

e Iohannes teſtimonium perhibet. *Hic ponit ſecundum modum, quo innotuit Iohanni & apoſtolis alijs verbum incarnatum. & hic modus fuit per auditum, quia audiuit a Iohanne teſtimonium de Chriſto quod erat efficax, propter Iohannis mirabilem natiuitatem, & propter excellentem vitæ ſuæ ſanctitatem. Et hoc eſt quod dicitur,* Iohannes teſtimonium perhibet de ipſo. *Et bene dicit, perhibet, ad oſtendendum quod eius teſtimonium fuit continuatum: quia non ſolum ſemel, ſed pluries teſtificatus eſt de Chriſto. Et ideo dicit, perhibet, ad denotandum continuationem huius teſtimonij. Secundo oſtenditur iſtud teſtimonium clarum cum ſubditur,* D

f Et clamat. *Quia Iohannes non loquebatur de Chriſto in occulto, ſicut faciunt illi qui habent doctrinam ſuſpectam, ſed in palam coram populo. Dicitur autem hoc teſtamentum certum & verum, quia eodem modo teſtificatus eſt prius de Chriſto in abſentia, & poſt in præſentia. quod notatur cum dicitur,*

g Hic erat quem dixi. *Scilicet ante: & idem modo dico. Vlterius oſtenditur quod de Chriſto dixit, cum dicitur:*

h Qui poſt me uenturus. *Patet quod Iohannes non loquitur de aduentu Chriſti in mundum quia iam erat natus & fere triginta annorum, ſed loquitur de aduentu ad prædicandum & myſterium noſtræ redemptionis complendum.*

i Ante me factus eſt. *Ex hoc loco arguit Arrius quod verbum ſecundum naturam verbi ſit factum, quia non eſt dubium, quod Iohannes pręceſſit Chriſtum ſecundum carnem. Et ideo cum dicit,* Ante me factus eſt. *de natura verbi intelligendum eſt. Sed litera ſequens hoc deſtruit per hoc quod ſubditur:* Error Arrij.

k Quia prior me erat. *Et per conſequens habuit eſſe ante Iohannem, ideo ſi de factione naturæ loqueretur, aliter ordinaſſet literam, dicens:* Prior me erat: *quia ante me factus eſt. Et ideo ſic debet intelligi:* Ante me factus erat, *i. mihi prælatus. Cuius rationem aſſignat dicens:* Quia prior me erat. *non ſecundum humanitatem, ſed ſecundum diuinitatem, in qua eſt ab æterno. Poteſt etiam aliter exponi referendo hoc ad Chriſtum ſecundum humanam naturam. Ad cuius intellectum ſciendum, quod puer eſt in fieri ſecundum curſum naturæ vſque* § *ad natiuitatem*

## MORALITER.

✱ a *Et uidimus gloriam eius &c.* Nam fideles vident eum nunc per ſpeculum & in ænigmate, poſtea vero uidebunt clare & manifeſte. 1. Cor. 13

d *Iohannes teſtimonium perhibet de ipſo.* Hic ponitur ipſius Iohannis modus teſtificandi, per quem ſignificatur modus prædicandi, q debet eſſe cum affectu magno & etiam in publico. Ideo ſubdit:

f *Et clamat dicens.* Habentes enim doctrinam ſuſpectam, magis docent occulte & ſine clamore.

g *Hic erat, quem dixi, qui poſt me uenturus eſt, ante me.* Quia prædicator quærere debet honorem Chriſti, & uirtutem prædicationis attribuere ſibi. Ideo ſubditur:



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES